

enim adeò breuem esse libellum hunc, vt misto quincunce, id est, infuso vino in poculum, datoque poculo conuiua posito parumper in mensa, antequam tepeſcat, id est, aliquid remittat de frigiditate, poterit conuiua legere librum hunc. Quod vt intelligas, nota priscum morem veterum in poculis. Hæc implebantur vino ea mensura qua quis petebat, vt lib. i. dictum est epigr. 72. & hoc dicebatur miscere, quamuis merum esset. quod liquet ex epigr. 6.lib.8.

Hic scyphus est in quo misceri iussit amicis

Largius Aeacides, & bilit ipse merum.

Vbi Aeacides iussit misceri amicis largius merum, & ipse bilit. & lib. 13. epig. 108.

Misceri decet hoc à Ganymede merum.

Iuenalis Satyr. 5. verf. 60.

— *nescit tot millibus emtum*

Panperibus miscere puer.

Dixit autem, quincunce, pro quo quis poculo. Dabantur igitur conuiuiis pocula à pincernis vino plena: illi autem vel protinus hauriebant, vel deponebant in orbibus, hoc est, rotundis mensis, quæ iungebantur triclinio. Porrigi à ministris pocula manifestum est ex hoc Poëta, libr. 9. epigr. 26. cùm enim dixisset:

Dantem vina tuum quoties aspeximus Hylum,

tertio disticho subiungit:

Auertam rutilia tanquam mibi pocula Gorgon

Porrigat? —

& lib. 11. epigr. 12.

Tolle puer calices, tepidique tareumata Nili,

Et mibi securâ pocula trade manus.

Quod miror negasse doctissimum P. Ciaconium lib. de triclinio, cui ego non negarem aliquando ab ipsis ministris posita esse pocula. inde pone re vinum antiquos dicere solitos diximus ad lib. 1. epig. 45. quia pocula eodem plena ponebantur. Sed vt cunque ponebantur in orbibus, ponebantur coram eo qui ea iusserat miscere. Hinc queritur Helene Paridis lasciuiam, qui pocula ipsi apposita sumebat amoris testificandi caufa.

Et modo suspiras, modo pocula proxima nobis

Sumis. —

Et ne citrei orbes, qui auro contra væniebant, circulis poculorum macularentur, linteal ijs superponebant. lib. 14. epigr. 138.

Nobilis villa tegant tibi linteal currum,

Orbibus in nostris circulus esse potest.

Sed ante linteorum usum ob hanc eandem causam, machinulas quasda ligneas imponebant mensæ, super quibus statuebantur lagenæ, has intiegas appellabant. Paullus ex Festo. Incitega machinula in quâ constituebatur in conuiuio vini amphora, de qua subinde deferrentur vina. Hec

machinula quamuis à Græco deduci potest, Græci enim *εψυθκν* vocant, tamen dicitur ab integendo, cui verbo, vt multis alijs per epenthesin addebant syllabam *ti*, vt dicerent *incitgere*, quemadmodum dicebant *reciprocum*, *pro, reprocum*, *reciperare*, *pro reparare*, *concipilare*, *pro compilare*. Sed crescente luxuria has machinulas abiecerunt, & instrauerunt mensis ci-treis gausapa, vt probat distichon Martialis supra positum. Ex hoc etiam Festi loco colligo morem à paucis obseruatum in cōuiuijs, solere in orbibus amphoram vel lagenam vino plenam statui, vt inde ministri conuiuis subministrarent. Cum igitur conuiuae mistus esset quincunx, & ipse acceptum à ministro posuisset in orbe antequam hauriret, poterat breuissimum hunc libellum torum perlegere, nec tamen eo breuissimo temporis spatio vinum porrectum frigidum positum tepesceret; & hūc existimo esse verum huius loci sensum. Ex quo obiter colligere est, in conuiuijs fuisse frequentes recitationes carminum. Vnde multi sales inuenti à Martiale in eos, qui miserōs conuiuas recitandis carminiibus obtundebant; vt in Ligarium lib. 3. epig. 44. & 50. & Persius sat. i.

— ecce inter pocula quarunt

Romulida saturi, quid dīa poemata narrent.

6 *E s e tibi tanta cautus breuitate ridentis.*] cauere proprium iurisconsultorum verbum, & officium: ipsi enim alijs cauent, id est, prouident, ne illis vel iuris ignorantia, vel actionum non curantia aliquid damni accidat. Cicero ad Trebatium. *Cum tu multa mibi & meis cauisses.* Cautus igitur is est, qui præmunitus ad quodvis damnum futurum, ne sibi lædat, est.

AD EPIGR. II.

Celebrat Daciam victoriam, & triumphum quem egit Domitianus solus, cuius laurea tota eius fuit, nec cum alio communicata amplificat hoc argumentum à comparatis, enumeratis iis qui præcipua cognomenta ex prouinciis deuictis compararunt.

1 *C R E T A dedit magnum.*] L. Metellus triumphauit de Cretenibus expugnatis, & appellatus est Creticus, illustri cognomento.

2 *M A I V S dedit Africa nomen.*] P. Cornelius Scipio Africanus dictus est ob euersem Carthaginem, & vniuersam Africam in prouincia nomen redactam. Maius nomen Africani fuit, quod tertiam orbis, non minimam partem Romano Imperio subegit, quam Metelli, qui insulam non maximam.

3 *N O B I L I V S ! domito, &c.*] Nobilius nomen Germanici acquisiuit primus omnium Drusus Liuiæ ex Nerone filius, ab Augusto adoptatus, pater Germanici Cæs. qui Drusus obiit in Germanica expeditione; ne te fallat Raderus, qui suo more fallitur, cum existimet Germanicum Cæsarem, qui fraude Pisonis interiit, esse primum cui Germanici nomen obtigit; non enim is fuit, sed eius pater Drusus, vt patet ex lectione i. lib. Annal. Cornel. Tacit. Sed poteris dubitare, quomodo hoc loco dicat nobilius nomen tributum à Germania; an no-

bilius nomine ab Africa desumto? Germania præ Africa angulus quidem est ignobilis. Deinde cur non assignet eum cui Germanici nomen obtigit domito Rheno: cùm Metellum Cretæ, Scipionem Africæ superiori disticho accommodarit? Sic soluo nodum: Nobilius nomen non dixit; quod maioris esset dignitatis & auctoritatis, sed quod magis notum; eo quod pluribus fuerit accommodatum. Nam cognomenta ex victoriis sumta non communicabantur filiis & heredibus. Metelli namque filij non sunt dicti Cretici, nec Marcelli Syracusani. At verò Germanici nomen semel & primò acquisitum à Druso, continuò tributum est eius filio Germanico, & deinde Claudius Nero, Galba, Otho, Vespasianus, Titus, & tandem Domitianus adhuc iuuenis hoc cognomentum assumserunt; vt constat ex veteribus numis, et si non reportassent nouas ex Germanis victorias: quamuis Domitianus, vt testatur Tranquillus cap. 2. non necessaria expeditione in Germaniam profectus, nomen Germanici aptauerit sibi. Sed credo ferocem illam gentem passim insurrexisse aduersus Romana præsidia, præbuisseque his omnibus Imperatoribus victoriae occasionem, vnde Germanici nomen assumerent. Nobilius igitur dixit, quod Africani nomen in solo viatore cognitum fuit, & Cretici in solo Metello illo triumphatore, & sic in reliquis omnibus: at verò Germanici nomen in quamplurimis fuerit nobilitatum, & hac de causa non assignavit proprium victorem qui hoc nomen acquisierit. Ideo subiungit Iudaicum triumphum Vespasiani patris communem fuisse cum Tito fratre, quod testatur Sueton. cap. 2. in Domit. Vt tandem concludat lauream de Dacis maiorem esse, quod eius solius sit, & cum alio nullo communicata.

4 Q uæ datur ex Dacis.] Lipsius lib. 1. epig. 5. contendit Cattis legendum esse. ego Dacis magis probo; vnde Dacici nomen assumpit Domitianus, vt patet ex numis. Quod argutatur Heraldus de laurea Ioui Capitolino data laudo, sed huc non facere existimo.

A D E P I G R . III.

E Ludit Sextum quendam, qui gloriabatur se nihil debere, cum vt debet non esset soluendo: Concedit enim id, & deinde subiungit rationem, qua vrgeat vehementer Sextum, cùm dicat eum soluere nō posse: Qui enim soluere non potest, suum fecit, quod mutuò accepit. Ex suo autem nihil debet quis. Eleganter epigr. 105. lib. 9. ad Phœbūm.

Quod tibi non possum soluere Phœbe, meum est.

A D E P I G R . IV.

A Spergit Amianum quendam incesti cum matre concubitus suspicione: desumit coniecturam à nominibus, quibus se hi mutuò appellabant: fratrem eum mater, is sororem matrem vocabat.

I FRATER te vocat, & soror vocatur.] fratris & sororis naturæ honestissima nomina turpicula tegendi criminis causa facta sunt. Amicos fœminæ fratres vocabant, amicas viri sorores. Tibull. lib. 3. eleg. 1.

*Hac tibi vir quondam nunc frater mitto Nearya.
& hic noster, lib. 12. epig. 20.*

*Quare non habeat Fabulla queris
Vxorem Themisen, habet sororem.
& lib. 10. epigr. 65.*

*Quare desine me vocare fratrem,
Ne te, Carmenion, vocem sororem.*

Quid quod & Cinædos te^cto nomine fratres appellabant? Petronius in Satyrico: *Si non fastidis, inquit, sœminam ornatam, & hoc primum anno virum expertam concilio tibi, & iuuenis, sororem. Habes tu quidem & fratrem; neque enim me pugnit inquirere. Sed quid prohibet & sororem adoptare? & in toto opere Cinædos.* ille Giton frater appellatur: Ideò hæc vocat nomina nequiora.

2. M A T E R, *qua cupit esse se sororem.*] Elegans Epiphonema, & conclusio totius sententie, vbi priori versu *m' sororem*, sumitur obsecna significatio, posteriori, propriâ.

AD EPIGR. V.

*E*xcusat se, quod non videat s^epius Decianum, & simul eum accusat, quod s^apè negetur esse domi. causatur longam locorum intercapendinem: & tandem eleganti antitheto concludit Epigr.

1. N E valeam.] formula de qua lib. 4. epigr. 31. vt dispeream, de quo iureirando supra dictum est lib. 1. epigr. 40.

2. T O T I S Deciane diebus & tecum totis noctibus esse velim.] proverbialis Hyperbole pro multo temporis spatio usurpata. Sic apud Horat. in arte:

— vos exemplaria Graeca

Nocturna versate manu, versate diurna.

Quod Hispani imitamur, dicimusque de dia y de noche.

3. S E D duo sunt qua nos distinguunt millia passum.] fortè hyperbolicas dictū, & fortè verè & Latinè. Nam in vrbe adeò lata probabile est fuisse intercapidinem tantam: & cum perseveret in eodem spatio signando, inclino in hanc sententiam, vt verum spatium sit.

4. V E L tantum causis, vel tibi s^epè vacas.] illud tantum significat, hunc caussidicu, quando meditabatur orationes suas, solere excludere salutantes; & etiam quando ibi vacabat, id est, quando vel lauabat, vel coenabat, vel ludebat.

5. T E tamen vt videam.] acutissima & elegantissima antithesis in *videam*, & non *videam*, *duo millia, & quatuor millia, non piget, & piget.* Est autem acuta & pungens sententia, si qua alia apud hunc auctorem.

AD EPIGR. VI.

F astidiosum Seuerum quemdam notat, quod præpropera festinatio- ne vix degustato libello, ad finem quam primum peruenire cupiebat, quem etiam perstringit leuiter lib. 5. epigr. 81.

1. I nunc.] formula indignantis & alterius factum reprehendentis, vt supra lib. 1. epigr. 43.

In nunc & ferrum turba molesta nega.

& lib.10.epigr.96.

I cole nunc reges: quicquid non praefat amicus,

Cum praefare tibi possit Amite, secus.

2. **S P E C T A S** [Scaliger in Tibullum iugurthi] diminutiū legi vult, quod sit contraria pars in libris in quibus sunt scapi vel partes adglutinatae. Ego ut vera ea omnia concedam, non tamen mutarem vulgatam lectionem, ut sit id quod in ultimo scriptum est. **Spectas**, nam subinde finem libri spectare impatientis est & nimium properantis.

3. **R A P T A** scribere, sed Vitellianis.] illud sed paradoxon, est, ut diximus, supra lib.1.epigr. Nam Vitelliani elegantiores pugillares erant, in quibus res lasciviae & elegantes scribebantur: ut lib.1 4.epig.8.

Nondum legeru hos licet puella,

Nouit quid capiant Vitelliani.

4. **H A C** sunt singula que sinu ferebas.] ex singulis epigrammatiis iunctis simul libellus fit. Est igitur absurdum, singula per se magni facere, simul autem omnia collecta fastidire & abilicere. Sinu autem ferre vel gestare formula est vsitatissima apud veteres, pro charum habere, ut ex sinu illius, vel illius esse, pro ex intima familiaritate: hic autem & propriè, & etiam hac notione usurpat. Sic lib.3.epig.2.ad librum suum.

Faustini fugis in sinum?

& epigr.5.ad eundem, Iulio Cereali missum.

Est illi coniux; que te manibusque sinuque

Excipiet, vel si puluerulentus eas.

& lib.6.epigr.61.

Meque sinu omnis, me manus omnis habet,

Quid? quod multa in sinum condebant quæ secum portare erat necesse, Petronius in Satyrico. Ego quoque sinum meum faxis onerabo, ut quotiescumque caperis à te exire, sanguinem tibi à capite mittam: & alibi: illa de sinu lictum protulit varijs coloris, filis intortum, cernicenque rinxit meam. & alibi: duas infitas ancilla protulit de sinu, alteraque pede nostros alligavit, altera manus. quo loco leguntur liqui, sura: sed male: non enim diceret latinissimus auctor, protulit de sua: sed, soluit. & Horatius lib.2. sat.3. — *nuncque*

Ferre sinu laxo domare & ludere vidi.

Pecunia item sinu condebat. Noster lib.4.epig.51.

Postquam bis decies tribuit Dea tœca, sinumque

Ruperunt nummi, factus es, ecce pedes.

& lib.5.epigr.16.

Et sicut vario sordidus are sinus.

& Ouid.lib.1.eleg.10.cum nudum dixisset amorem, subiungit,

Quid puerum Veneris pretio praestare iubetis?

Quo preium condat, non habet ille sinum.

Hinc natum proverbiū: *vacuo finu remittere, id est, pauperem, inopem, & vacuum, vt lib. 10. epig. 78.*

Felix aurifera colonet terrae.

Rectorem vacuo finu remittes.

& implere finum, id est, diuitiis abundare. Seneca lib. 6. de benef. cap. vltim. plurium finum, ac domum implere.

P E R conuinia cuncta per theatra.] in conuiuiis, porticibus & theatris locum habebant Epigrammata lasciva, & homines etiam faceti. Sic lib. 7. epig. 75. in Philomusum facetum hominem:

Quod te diripiunt potentiores,

Per conuinia, porticus, theatra.

6 N V L L O crassior ut sit umbilico.] supra de hoc dictum est epig. 67. li. 1.

7 S I totus tibi triduo legatur.] omnino legendum *toto*, id est, Quid mihi prodest edidisse parvulum libellum, quem intra horam posses perlegere, si tamen triduum totum consumis in eo perlustrando.

8 N V M Q V A M delicie supiniores.] Iohannes Britannicus vir non in doctus ad illud Iuuenialis sat. 1.

Et mulum referens de mæcenate supino.

Mollem, delicatum ac negligentem dicit significari Cilnium Mæcenatem, quod ego concedam libenter, sed adducit locum hunc & interpretatur supiniores molliores, quod non concedam. Hoc enim loco supiniores segnes significat, & oscitâter sumtas: nam delitiae alaceriter sunt percipiendæ.

9 L A S S U S tam citè deficis viator.] Elegans allegoria, cuius versum tertium iam dudum emendauit Iosephus Scaliger in Proprietum, lib. 2. & legit:

Interiungere, id est, à iugo soluere equos vel boues cibi capiendi & lastudinis vitande causa, vt lib. 3. epigr. 67.

Exarstique dies, & hora lassos

Interiungit equos meridiana.

& Seneca eleganter per metaphoram vsus est eadem voce epist. 83. *Con-suetudinem, inquit, meam nosci, breuiissimo somno vtor, & quasi interiungo: satis est mihi vigilare desisse.* Camenæ namque inter urbem & Bouillas erant.

A D E P I G R. VII.

A ttalum irridet, qui sibi in omnibus placebat, belleque se omnia gerere iactabat. De qua voce iam supra lib. 1. epi. 10. dictum est, & plura Martialis lib. 3. epig. 62.

1 MAGNVS es Ardelio.] lib. 4. epig. 79.

— deformius Afer

Omnino nil est ardelione scena.

Proverbialiter ardeliones vocantur illi, qui magna ostentatione nil agentes, omnia volunt videri facere. Est enim ardelio ex aubus vnguibus quædam, quæ sæpiissimè per multum temporis spatium alas qua-

tiens, in aëre veluti pendet, nec progreditur aliquò. Hispani *cernicalo* vocamus, à verbo nostrate *cerner*, quod significat surfures à farina separare & discriminare: sic dicimus de his qui in nihilo agendo occupatissimi sunt: *Cerner y no bechar harma.* id est, multum operæ ponere, nil tamen proficeré aut efficere. Magnus Ardelio, id est, multum ardelioni similis. Imitamur hoc Hispani, & dicimus esse aliquem *gran gallina*, *gran zorro*. id est, simillimum gallinæ, simillimum vulpi.

AD EPI GR. VIII.

EXcusat errores suorum epigrammaton, & causatur in ijs librariorū festinationem, suam etiam non curantium, quam libenter fatetur; & manifesto mala esse sua non inficiatur, sed tamen se esse solum huius generis scriptorem affirmat.

1. *Non meus est error, nocuit librarius illis.*] in hoc errore Raderus totò errat cœlo: existimat enim librarium hunc sua præpropera festinatione adeò Martialem vrsissē, vt ipse nimis properaret, siccū multa non dato ad emendandum spatio, obscura & parum Latina inculcasse: quod quidem manifestò falsum est. Non enim dixisset *Martialis, non meus est error*: nam quamvis librarij festinatione parùm consideratè scripsisset epigrammata, haberet erroris aliquam quidem excusationem, suus tamen esset error. Quād igitur dicere poterat, *Non meus est error?* Quid quād librarij serui erant bibliopolarum? bibliopola Poëtas vrgebant: non librarij: erant enim librarij, qui transcribebant Poëtarum carmina in multa exemplaria, quæ bibliopola in taberna venderet: sed vt pensum absoluerent, solebant nimis properare, & interrumpere voces ipsas, versus aliquando integrōs præterire, transmittere alios, & loco mutare. Vnde obscuritas & Latinitatis corruptio sāpè consequbatur. & hic est verus horum carminum sensus.

2. *T v n c ego te credam cordis habere nibil.*] aut ego nihil cordis habeo, aut hic versus non est à Martiale sic scriptus. Quis enim vel mediocriter in hoc Poëta versatus non intelligit alienum hunc sensum esse à summa eius vrbanitate? Nam infinitis prope Epigrammatis iocum captat à sui irrisione & contemtu. Adde quod si Lectorem dicet nihil cordis habere, quod existimet se peccasse, non autem librarium, quād poterat sequenti versu obiectioni illi: *Ista tamen mala sunt, respondere, quasi nos manifesta negemus?* Quæ lectio germanissima est ex Aldina & Colinea editionibus. Si manifestum est esse mala tua carmina, cur me stultum appellas, quod errores tuos non librario, sed tibi imputem? Ausim affirmare Martialem sic scripsisse:

Num ne ego te credam cordis habere nibil?

id est, si dixeris me peccasse, te cordatum & sapientem iudicabo. Eodem sensu supra li. i. epig. penult. in Lupercum, cum dixisset apud Attrectum venalem esse suum librum denarijs quinque, subiungit:

Tanti non es, aīs sapis Lupercē.

³ H E C mala sunt, sed tu non meliora facis.] satis vrbane se laudat, cum Epigrammatarium Poëtam se solùm legi dignum vocet, nam cùm alloquitur lectorem non nominatum, omnes quotquot sunt comprehendit.

AD EPIGR. IX.

EX Ouidio desumpta sententia, quemadmodum alia multa ab eodem: Nam lib. i. de arte amandi, scribit bene sperandum esse de puella, quæ quamuis initio inexorabilis esse videatur, per gradus tamen, quos habet negotium istud, tandem deueniat ad legendam epistolam, ab amatore missam: & deinde rescribat, quo facto tandem victa succumbat. verba eius sunt:

Legerit, & nolit rescribere: cogere noli.

Tu modo blanditias fac legat ipsa tuas,

Quas voluit legisse, volet rescribere lectius:

Per numeros veniunt ista, gradusque suos.

fingit igitur se Næuiæ scripsisse, illam verò rescripsisse nihil.

¹ N O N dabit ergo:] Respondet daturam proculdubio, quòd literas ad se scriptas legerat.

AD EPIGR. X.

NOmine ficto Posthumi, eius molestas basiationes hoc epigramma-
te & infra 12.21.22. & 23. inspectatur.

¹ B A S I A dimidia qua das mibi Posthume labro.] magis arridet vetus le-
tio, quod das, &c. Sequitur enim, *laudo*.

² D I M I D I O labro.] erat fortè delicatulorum basiatorum, vnum labrum protrahere, & eius dimidia parte alterius os contingere. Quod etiam dicitur epigrammate 22. inf. Laudat igitur Posthumum quòd non vtroque labro basiaret, quod ob fœditatem oris, vel spurcitem fellandi vel lingendi esset intolerabile, Concedit deinde, ut ab hoc dimidio de-
mat dimidium, & tantum quarta labri parte osculetur. Vnde colligo basiationem dimidio labro non esse signum arcta necessitudinis, sed fieri tantum cum ijs, qui leuiter cogniti erant. Concedit enim Martialis eam basiationem, & superaddit minorem etiam dimidia parte sufficere. Adit tandem ab inexpectato, inenarrabile donum sibi futurum, si hoc to-
tum dimidium sibi habeat, nec se vlla ratione contingat.

AD EPIGR. XI.

Cœnipetam Selium hoc epigrammate & seqq. 14. & 27. multis modis Cirridet, vt Monogenem lib. 12. epigr. 84. quamquam doleret, quod à nemine vocaretur.

¹ Q U O D ambulator porticum terit serus.] inf. epigr. 14.

Si quis ibi serum carpat amicus iter.

² L V G V B R E quiddam quod tacet piger vultus.] Elegans dicendi modus;
vultus tacet, id est, tacendo præ se fert lugubre quiddam & mœstum. Sic
dixerat supr. lib. i. epig. 69. de Rufo.

— *Si tacet hanc loquitur.*

Piger, dixit, quia mœstuspigro similis & lento.

3 *Q u o d pene terram tangit indecens nasus.]* & nasi naturalem enormitatem in Selio, & habitum etiam pudore correpti ob neglectum ostendit: nam pudibundi, cum præ pudore oculos demittunt, in faciem eminentem nasum adspiciunt, & longiorem se habere videntur. Hunc habitum exprimunt Itali, qui significantes aliquem illusum & pudibundum remansisse, aiunt: *restò con yn palmo di naso.* & Galli dicunt: *il demeura avec vn pied de nez.* Item inferiores Germani: *by heeft eenen langhen nuese.* Est hyperbole, quod terram pænè tangat. Hic habitus in sacris literis peculiari forma exprimitur: dicitur enim vultus concidere eius, qui pudibundus est, vt Genesis 4. vers. 5. *Irratusque est Cain vehementer, & concidit vultus eius*, & alijs innumeris in locis. Quod Hispani, qui multos habemus Hebraismos, exprimus ijsdem verbis, cum dicimus: *Cayò se le la cara de verguença.* Huc respexit D. Orientius Illiberitanus Episcopus, cuius poëmata nuper ad nos adducta, à Martino Antonio Delrio, doctissimo viro Societatis Iesu sacerdote, Louanijs ab eo reperta, & exemplo curauimus illum Salamanticæ typis mandare, dum Disticho 213.

Pendula qua mœrent rugis deformibus ora

Protulerant vanum conspicienda decus.

vbi dixit, *pendula ora*, vt exprimeret habitum mœrentium, quem exprimit Horatius in arte poëtica, agens de decoro personarum his verbis:

Format enim natura prius nos intus ad omnem

Fortunarum habitum: iuuat aut impellit ad iram,

Aut ad humum mœrore graui deducit & angit.

Post effert animi motus interprete lingua.

Mœroris igitur causa, quod domi cœnat, melius & verius editio Colinei,

M O E R O R I S igitur causa que est: domi cœnat.] Hisce enim lurconibus cœnare domi, velut summa calamitas est, qua occasione finxit lib. 5. epig. 79. domicœni nomen,

Si tristis domicenio laboras.

AD EPIGR. XII.

P Osthimum, cui fœtebat anima, & accitis odoribus id dissimulare conabatur, taxat hoc epigrammate, quem eundem sup. epi. 10. & infra epig. 21. 22. 23. infectatur.

1 *P O S T H V M E non bene olet, qui bene semper olet.*] Elegans epiphonema, & lusus in verbo, *bene olet*: priori loco, *bene olere* ex se significat, posteriori *bene olere*, ex acquisitis odoribus. Sic lib. 6. epig. 55.

Rides nos, Coracine, nil olentes:

Malo, quam bene olere, nil olere.

AD EPIGR. XIII.

S Anum litigantibus in turpi causa consilium: & obiter taxat iudices, qui à litigantibus pecuniam extorquent, quasi dicat, Maior erit iactu-

ra pecunia, si auditati Iudicis & patroni satisfactorius sis, solue absque
lite creditori.

AD EPIGR. XIV.

DEscribit Paulino Selij cœnipetæ summam in quærendis vocationi-
bus diligentiam, & celebriora vrbis loca nominat, vbi maximus ci-
vium concursus fieri solebat, vt inde conuiuatorem inueniret: quæ o-
mnia loca notissima sunt, tum per se, tum etiam omnibus commentari-
js, nec est quod in re manifesta immoremur. Hi enim cœnipetæ hanc
ponebant operam in captandis cœnis. Sic Catullus epigr. 48. indignatus,
quod spurci illi duo Porcius & Socratio luxuriosè conuiuantur, &
sui sodales vix haberent, quo famem leuarent, inquit:

*Vos conuiua lauta sumtuose
De die facitis, mei sodales
Quarunt in triujs vocationes.*

¹ INDE petit centum pendentia tecta columnis.] de hoc dictum est sup. epi.
1. lib. spectaculorum, n. 5.

² NEC Gryli tenebras Aeoliamque lupi.] vide quæ diximus lib. 1. epig. 60.

³ AD Europest tepida buxeta recurrit.] cur tepida, dixerit, explicat lib. 3. epi.
20. *Inter terpentes pest meridiem buxos.*

⁴ AD cœnam Selium tu rogo, Taure, voca.] quasi dicat: si tecum cœlestis
Taure cœnet Selius, morietur. Allusit ad morem Græcorum, qui dice-
bant apud inferos cœnatores eos, qui morituri essent. Cicero lib. 1. Tu-
sculan. Quæst. *Quid ille Dux Leonidas dicit? pergite animo forti Lacedamonij, ho-*
die apud inferos fortasse cœnabimus. loquitur autem de gloriofa illa Sparta-
norum apud Thermopylas cum Xerxe pugna, quam Valerius Maximus
lib. 3. cap. 2. de fortitudine in externis, §. 3. decerpit: vbi sic Leonidæ re-
tulit dictum: *Sic prandete commilitones tanquam apud inferos cœnaturi.* & sub-
iungit statim explicans hanc formulam Valerius. *Mors erat denunciata,*
Lacedamonij perinde, ac se victoria esset promissa, ductori intrepide paruerunt. Idem
refert Plutarchus in Laconicis. Imitamur hoc proverbiū Hispani, cū
dicimus: *fuse acenar con Dios, id est, obijt.*

AD EPIGR. XV.

VRbane spurcum notat Hermum, cum videatur eum laudare, & sus-
pcionem superbiæ remouere, quod calicem suum nemini propi-
naret; poterat enim hoc superbū videri: humanè tamen dicit factum,
ne scilicet compotores habitu fœrido & spurco offenderentur, quod a-
cutè lectori relinquunt inferendum. Habant autem veteres peculiares
qui calices, illi siquidem qui honoratores erant: sic legimus Heroi-
cis temporibus vñitatum: Vnde celebratissimus ille Nestoris Pylij calix,
duobus fundis & columbis argenteis ornatus. & epig. 6. lib. 8.

Hi duo longauo censemur Nestore fundi:

Police de Pylio tria columba nitce.

& deinde Achillis scyphum enumerat:

Hic scyphus est, in quo miseri iussit amicis

Larginus AEacides, & bibit ipse merum.

& mox:

Hac propinavit Bytie pulcherrima Dido,

In patera Phrygio cum data cena viro est.

Vnde etiam collige, solere ijs, quos chariores habebant, vel honorare volebant, calices suos propinare: & colligitur etiam ex hoc eodem epigrammate, & ex notissimo propinandi amicis more apud Gallos, de quo infinitis locis extat mentio apud veteres scriptores, quod fiebat post exhaustum poculum, mittendo calice illi, cui propinabant & quem nominabant. Locupletissimus testis huius moris Cicero lib. I. Tuscul. Quæst. circa finem de Theramene, qui (inquit) *cum coniectus in carcere trigesima insu tyrannorum, venenum ut sibi reddito, ridens, Propino, inquit, hoc pulchro Critia qui in eum fuerat teturrisus. Graci enim in coniuiciis solent nominare cui poculum tradituri sint. Quod idem narrat Valer. Maxi. lib. 3. cap. 2. §. 6. in externis. Cumque potionem exhaustam ab eo dixisset, subiungit: Quotque ex ea superfluerat iocabundus illum humo clarum edere sonum coegit, renidensq; seruo publico, qui eam tradiderat, Critia, inquit, propino; vide igitur ut hoc poculum ad eum continuo perferas. Quem morem à Græcis acceptum Romani paulum immutarunt; non enim calicem solum, sed & vinum calici infusum libatum propinabant, & in orbem circumferebatur: ad quem morem respexit Virgilius extremo primo lib. Aeneid. ver. 733.*

Hic regina grauem gemmis auroque poposcit,

Impletuitque mero pateram.

& paulò post:

Dixit, & in mensa Laticum libauit honorem,

Primaque libato summo tenus attigit ore:

Tum Bitia dedit increpitans, ille impiger haust

Spannantis pateram, & pleno se prolnit auro.

Post alijs proceres.

Et Varro lib. 4. de ling. lat. idipsum declarat his verbis: *Præterea in poculis erant pateræ, eò quod pateant latius ita dictæ. Hisce etiam nunc in publico coniuicio antiquitatis reincidente causa, cum magistri sunt, potio circumfertur. Et Plautus in Persa: Age, circumfer mulsum bibere, Da usque plenis cantharis. Lucianus in mercede conductis. Hinc Synesio fax ep. 32. ὡς μὲν δέκαδιον τὸ κατάπυρτον καρδιῶντος εἰ τὸ πόνεις οὐ πορρά. id est, ut non exhilaretur scelerato saltante in poculi circumlatione. Hoc est quod respexisse videtur Pontifex in dist. 44. cap. 10. dum inquit: singuli singulun bibere faciant, & maximè ultra terciam vicem poculum non contingant. & Ouid. idem innuit in arte, & alijs in locis. & etiam amatori residuum poculi dabant, ut Plautus, Horatius, Petronius & alijs probant. Superbi verò nec calicem suum alijs propinabant, nec porrectum ab illis gustabant. quod eleganter Iuuen. sat. 5. ver. su 127. reprehendit.*

*Quando propinas
Virro tibi, sumitque tuis contacta labellis.*

Pocula? quis vestrum temerarius usque adeoque?

¹ H V M A N E facis.] Eadem formula vius est lib. 12. ep. 55. de Aegles cunilingæ basis, vbi humanitatis causam, quam non hic explicat, dicitur ponit,

Humanè facit hoc tamen, sed unum est:

Gratis quæ dare basium recusat,

Gratis lingere nec recusat Aegle.

AD EPIGR. XVI.

Z O I L I animi morbum irridet, qui ostentandæ supellestilis causa corporis morbum simulabat: eundem carpit, lib. 5. epigr. 80. quod actum simulans, subinde in cœna mutaret vestes. Eiusdem argumenti est epigr. 59. lib. 6. de Baccara hibernas tempestates & frigora optante, vt gaußapinas vestes sumere posset.

¹ F A C I V N T hanc stragula febrem.] Imposuit nobis audax Grammaticus Laurentius Valla, qui lib. 6. inelegantum elegantiarum, cap. 46. Vlpianum doctissimum Iurisconsultum fingit scripsisse, instrato omne vestimentum contineri, quo amicimur, Labeone teste; & subiungit Vlpianum videri intellexisse, stragulam vestem esse vestimentum hominis, quo amicitur, quale est Græcorum pallium; se verò non meminisse stragulam vestem reperiri in hoc sensu, sed in operatorium lectorum potius, vbi dormiebant & discumbebant. Raderus autem ad Vallæ lapsum labitur etiam, cœcorum more. Neuter viderat Vlpiani verba: & quod mage mireris, Alexander ab Alexandro, qui geniales scripsit dies, eodem errore alia via lapsus est: vult enim Vlpianum defendere, cum magis offendat: nam sudat multum, vt probet stragulæ vestis nomine, hominis vestimentum intelligi, quod Vlpianus numquam somniauit. Lege attentè verba L. instratum 45. II. de verb. significacione. vbi contrarium omnino affirmat Vlp. nam cùm L. 43. verbo *victus*, vestem quoque contineri ex Labeonis sententia docuisset, ita scribit, hac L. 45. *Instrato omne vestimentum contineri, quod injiciatur, Labeo ait. Neque enim dubium est, quin stragula vestis sit omne pallium οὐσίων: in victum ergo vestem accipiemus, non stragula, instratu omnem stragulam vestem. vbi docet vestis nomine absolute significari eam qua amicimur: si verò voluerimus id quod in stratum continetur, significare, non dicemus absolute, vestem, sed, vestem stragulam; vt pallium absolute est quo cooperimus, pallium autem οὐσίων, quod sternimus. Explicit se ipse Vlpianus in L. quæsumus 12. §. proinde 28. II. de instructo, & instrumento legato. Proinde inquit, si fundus sit instruētus, legatus, & supplex continetur, qua illuc fuit usus, ipsius gratia & vestis non solum stragula, sed qua ibi uti solebat. Vbi nota dubitasse summa cum ratione Vlpianum, an vestis, qua amiciebatur dominus fundi, cederet legato, cùm non esset ipsa in usum.*

fundi. Nam stragulas vestes notum est esse in usus ipsius fundi: Ideo adiecit vestem non solum stragulam, quae id omne est quod in stratum continetur, ut supra dictum est, sed etiam vestem absolutè dictam, quae est, qua amicimur, & qua ibi ut solebat dominus fundi, cedere legato. Quod clarius infra. §. idem respondit 41. expressit. Idem (inquit) respondit theriacam quoque & cetera medicamenta, quae secessus causa dominus ibi habuit, & vestem propter secessum ibi depositam instructo fundo legato inesse. Melius igitur fuisse Alexandro Neapolitano mendacij Vallam arguere, quam eius mendacium defensionis nomine fulcire, contra Vlpianum contrariam sententiam, ut probauimus, afferentem. Ex dictis obiter notare poteris in fundis habere veteres depositas vestes, quibus in secessu veterentur. Nam Romæ togati incedebant, togam vero deponebant in secessibus. Vnde lib. 10. epigr. 47. de vita beata,

— Toga rara, mens quieta.

Et lib. 4. epigr. 66.

Idibus & raris togula est excussa Calendis.

Et lib. 12. epigr. 18.

Ignota est toga, sed datur petenti

Rupta proxima vestis è cathedra.

Hoc igitur loco stragula, tapetia & aulea & vestes, quibus sternebatur cubans Zoili lectus, nomine strangularum intelliguntur. De iisdem lib. 14. ep. 147.

Stragula purpureis lucent villoso tapetis.

Et sequenti epigrammate, de lodicibus,

Ludo stragula ne toro paterent,

Iunctæ nos tibi venimus sorores.

2 Si fuerit sanus coccina quid facient?] Ludit in nomine sanus: significat enim & qui valet & qui mente constat. Eodem voto festiuè vtitur lib. 6. epigr. 84. Octaphoro sanus portatur Auite Philippus:

Hunc tu si sanum credis, Auite, fuvis.

3 Quid sindone tinctus oleniti?] Tinctus substantium nomen, id est, tinctoria: Est autem Hypallage, tinctus oleniti sindone, id est, sindon oleni tinctu: erat autem dibapha vestis, id est, bis tincta murice, quae grauiter olebat ex tinctura purpuræ. Sic lib. 1. epigr. 50.

olidaque vestes murice.

Vbi vide quae in hunc sensum notaui. Sindon autem quid sit, à multis video ignorari, cum quibus errat more suo Raderus, sed paucis verum accipe. Sindon vestis erat Tyria à Tyro aut Sidone, vnde nomen traxit, adiecta, subtili bombice & delicato contexta. Hanc vestem sumebant frequenter, qui pila desierant ludere, aut post balnea, lib. 4. epigr. 19. de Andromide,

Ridebis ventos hoc munere tectus & imbres,

Non sic in Tyria sindone tutus eris.

Vocabimus igitur sindones Hispanè *ropas de leuautar*, non autem *sabanas*, vt vulgus credit. Ex sacris literis idem colligo, Iudicum cap. 14. dicit Samson: *proponam vobis problema: quod si solueritis mibi intra septem dies coniunctū, dabo vobis triginta sindones, & totidem tunicas. Si autem non potueritis soluere, vos dabitis mibi triginta sindones, & eiusdem numeri tunicas.* Vides hic sindones accipi pro palliis, aut vestibus cooperientibus tunicas inferiores; & in fine capitum vtrisque vestes appellat sic: *descenditque Ascalonem & percussit ibi triginta viros, quorum ablatas vestes dedit ihs qui problema soluerant.* & Isayæ cap. 3. inter varia & preciosa ornamenta mulierum sic infert: *& mutatoria, & palliola, & linctamina, & acus, & specula, & sindones, & ritas, &c.* Et Dominus noster IESVS-CHRISTVS mortuus inuolutus sindone sepultus est, Matth. 24. cap. *& accepto corpore Ioseph inuoluit in sindone munda.* & Marci 15. *Ioseph autem mercatus sindonem, & deponens eum inuoluit sindone.* Erat enim mos vt vestibus cooperi sepelebantur, quemadmodum Romæ induti toga deferebantur, vt lib. 9. epigr. 58.

& pallens toga mortui tribulus.

& Iuuenalis satyr. 3. vers. 117.

Pars magna Italia est si verum admittimus, in qua.

Nemo togam sumit nisi mortuus,

Cui addere possumus huius ritus mentionem in nostro iure ciuili. Nam Paulus L. filius familias II. dein rem verso, inquit, *filius familias togam emit, mortuo deinde eo pater ignorans & putans suam esse, dedicauit eam in funus eius.* & paulo inferius: *atquin si filio pater togam emere debuit, in rem patris res versa est, non tunc quo funerabatur, sed quo tempore emit.* & Vlpianus, in l. & si quis 14. II. de religios. & sumtibus funerum, §. impensa. 4. *impensa perege moriui, que facta est, vt corpus perferretur, funeris est, licet nondum homo funcretur: idemque & si quid ad corpus custodiendum, vel etiam commendandum (legit Cuiacius, commendandum) factum, vel si quid in marmor vel vestem collocandam. (alijs elocandam.)* vbi vides vestem in funeris impensa. & Scœuola in l. si plura. ultima eiusdem tituli. *Ei cui vestimenta legantur, si in funus erogata, utilem actionem in heredem dandam placuit & privilegium funerarium.* Illa enim verba, *in funus erogata* sunt de hoc Romanorum iure intelligenda. Sed dices quid commune habet sindon, aræctoria vestis cum decumbente in lecto? Soluo nodum, quem quæris in scirpo: Vestes quibus ornabantur, solebant in lecto, super stragula sternere, pauperes, togulas: diuites vero & delicati sindones purpureas & vestes alias. De togulis est epigr. 57. lib. 11. de paupere Chærämone, *Et breuis atque eadem nocte dique toga.* die scilicet amicta, nocte strata supra lectum, & lib. 4. epigrammate 53. de Cynico.

Cerea quem nudum tegit vxor abolla grabatis.

De vestibus delicatis hoc epigramma testimonio, cum hic vanus preciosæ supellestilis ostetator sindonem strauerat lecto. & eodem epigrammate 57. lib. 11. *Constringatque tuos purpura texta toros.*

vbi pro *textia* togam intelligo purpuream prætextam. & epi. 63. lib. 9.

Tinctus murice vestibus, quod omni

Et nocte vistur, & die Philanis.

Fœminæ item sternebant pallia lectis. constat id ex Iuuenale sat. 6. vers.
234. — *tunc corpore sano*

Aduocat Archigenem, onerosaque pallia iactat.

id est, simulat febrim, & quasi æstu fatigata reiicit à lecto pallia. Notandum obiter pallium virorum fuisse indumentum, à Græcis ad Romanos translatum, simile nostrorum Sacerdotum pallium, quod Hispani vocamus M A N T E O. Hinc palliatæ comœdia, in quas Græci inducebantur: contra togatas, in quas Romani. Erat etiam & fœminarum cultus, sed aliâ figurâ & vsu, nam eo pallio fœminæ operiebant tunicas, & in conuiuis lasciuiae causâ, tunicatae, & pallio cooperatae cubabant. Vnde Noster cùm Silæ futuræ vxori leges præscribens inquit, lib. II. ep. 24.

Ad cœnam venies: sed sic diuisa recumbes,

Vt non tangantur pallia nostra tuis. & epi. 18.

Esse verò diuersa utraq[ue] pallia constat perspicuè ex I. C. Vlpiano in l. *vestis*. 23. §. 1. de auro & argento legato. vbi enumerans muliebria vestimenta, & in ijs pallia: vt etiam Scœuola in l. *Titia*. 38. §. 1. eiusdem tituli, inquit: *Muliebria sunt, qua matri familiæ causâ sunt comparata, quibus vir non facile vit posse sine vituperatione: veluti stola, pallia, &c. ergo muliebria pallia diuersa à virilibus. Inde palliolatae incedebant mulierculæ*, lib. 9. epi. 33.

Hanc volo, quæ facilis, quæ palliolata vagatur.

ad eundem modum Hispani fœmineum pallium vocamus M A N T E O D E M V G E R. quod fœminæ nostræ auro intextum sternunt lecto ægrotantes. Vnde soluo difficillimum in hac ead. lege nodum, qui difficultate sua deterruit doctissimos quosque viros coegeritq[ue] dissimulare. Enumerat Vlpianus inter peculiaria mulierum vestimenta, pallia & penulas, quibus vir sine vituperatione non vtatur. Subiungit deinde: *Communia sunt quibus promiscuè vtitur mulier cum viro, veluti si eiusmodi penula pallium est, & reliqua huicmodi, quibus sine reprehensione vel vir vel nror vtatur.* Quomodo vir sine reprehensione vtetur pallijs & penulis quæ numerata sunt supra inter muliebria vestimenta? Aliquam prætulit facem sed exiguæ lucis quicunque Pandectis Florentinis addidit vocem illam [*eiusmodi*] diabibus lineis interclusam. Ego sic me expedio. Pallia & penula quibus fœminæ vtebantur, diuersa erant figura à pallijs & penulis virilibus, sed viri non poterant honestè mulieribus vti: fœminæ verò honestè poterant virilibus. quemadmodum olim promiscuè togis vtebantur, & hodieq[ue] nostræ fœminæ & pallijs & togis virilibus in Hispania vtuntur, absque reprehensione, vel noctu, vel iter facientes, aut ægrotantes, aut ad pluuiam, aut ad frigus arcendum. Ideò adiunxit ille nescio quis vocem [*eiusmodi*] quasi diceret si ea forma pallia & penula sint, vt viris conueniant & continuo feminis.

AD EPIGR. XVII.

NO T A T auaram mœcham tonsoris cuiusdam, quæ adolescentis pecunias corradebat: ludit autem in nominibus eius artificij. Tonorum enim est & tondere & radere, vt ait Vlp. in L. item *Mela* 11. in principio. ad Leg. Aquil. & sic serui, quem tonsor radebat, gula sit praecisa adiecto cultello, &c. Et Græci detonsionem, qua crines radebantur & barba, *oxdior*: illam verò qua seruabantur ad honestatem & decorum & pili, *κνητοι* appellabant. Non tondebat igitur, sed erat vxor tonsoris, sed radebat non capillum aut barbam, sed pecunias.

Priores tres versus consumit in descriptione loci, vbi hæc tonstrix habitabat, ad ingressum scilicet suburræ, vbi solebant verberari fontes, & tortores, flagella ibi suspendebant, propeque Argiletum, vbi tabernæ futoriæ, vt dictum sup. lib. i. epigr. 118.

Vltimo versu legit Heraldus, *inquis*, vbilegitur *inquam*, sed vtrumque admittit.

Hæc tonstrix occasionem nocta erat suarum nequitiarum, à conuentu adolescentium, qui in tonstrinis conueniebant, & ibi otiosi sedebant, prætereunte & accedentes ad tonstrinam inspicientes: patet id ex Phormione Terentij, actus 1. scen. 2.

Nos otiosi operam dabamus Phaedrie

In quo hoc discebat ludo, ex aduersum ei loco

Tonstrina erat quedam, hic solebamus fere

Plerumque eam operiri, dum inde iret, domum.

Interea dum sedemus illuc, &c.

Vnde apud Plautum in *Amphytr.* 4. scen. Naucratem quem. Amphytruo enumerans quæ percurrit loca ad inueniendum Naucratem, ait:

Nam omnes plateas perreptani, gymnasia, myropolia,

Apud emporium atque in macello, in palestra atque in foro,

In medicinis, in tonstrinis, apud omnes aedes sacras.

Et in Epidico Act. 2. Scena St. tacete;

Periphanem per omnem urbem quem sum defessus querere,

Per medicinas, per tonstrinas, in gymnasio atque in foro,

Per myropolia, & lanienas, circumque argentarias.

Theopastus item in characteribus ethicis, cap. ii. σὲι βελυεῖας coniunctit hæc duo tonstrinam, & myropolium, vera hominum ociosorum conciliabula; his verbis. Εἰ διηγῆσθαι τοιούτους τοὺς κουρέτους, οὐ μωροπώλιον, &c. Hinc παρομιαχός dictum κουρεάκη λαλία, vt apud Polybium quilib. 3. scripta falsa, qualia Chæreæ & Solyli, reprehendens, sic inquit: οὐδὲν ἀνθρώποις λέγεται οὐδὲν ισολέγεται, οὐδὲν κουρεάκης τοιούτους πανδίκους λαλίας ἐποίει τὸ δοκοῦντος περιεχεῖν τὴν διωγμόν. Plura vide apud Adagiographum. Adag. notum lippis, & tonsoribus.

AD EPIGR. XVIII.

VRbane valere dicit Maximo, cuius cliens fuerat, & causam reddit, quod Maximus ipse cliens esset alterius; & cœnipeta etiam: quo nomine parem dicit utrumque esse, & tandem concludit non debere clientem alterius esse, qui vult habere clientes.

1. *Capto tuam, puer heu, sed capto.*] Elegans confessio suæ turpitudinis; nam cœnipeta egregie ab ipso taxantur superioribus epigrammatis, in Selium & alijs, quæ videbimus infra.

2. *I am sumus ergo pares.*] frequens Martialis in his repetitionibus, vt li. 1. epi. 78. & alijs multis, quæ Raderus diligenter adnotauit.

3. *Tumidi que anteambulo regis.*] Ne te fallant, qui hoc nomen unius formæ esse putant. Videbis enim ex carminis ratione duas esse formas, quod ex e & a suppressimatur per synalœpham illud e, quod in nomine unius formæ fieri non poterat. Hac voce vius est etiam lib. 3. epig. 7.

4. *Esse sat est seruum: iam nolo vicarius esse.*] Est vicarius in familia seruus, sub alterius serui potestate ex domini voluntate constitutus. Vide, si vacat, Rodiginum, lib. 25. cap. 23. Eadem sententia dicit infra epigr. 32.

Non bene crede mibi seruo seruitur amico;

Sit liber dominus qui volet esse meus.

5. *Qui rex est, regem Maxime non habeat.*] Notissimum est, reges à priscis appellari potentiores amicos. sic suprà lib. 1. epig. 113.

Cum te non nossem, dominum regemque vocabant.

& lib. 3. epig. 7.

Regis superbi sportula recesserunt. & lib. 5. epigram. 20.

Luxuria est, tumidisque vocant hac munera regis.

& epigrammate 23.

Rex nisi dormieris non potes esse meus. de quo loco multa He-
raldus, cui adiunge Senecam in Hercule furente primo choro.

— *ille superbos Aditus regum durisque fores Expers somni colit.* —

Et Columellam in præfatione lib. 1. de re rustica. *An honestius duxeris mercenarij salutatoris ancipium, circumvolitantis limina potentiorum, somnumque regis sui rumoribus inauguratoris.*

AD EPIGR. XIX.

CONTUMELIOSÈ carpit Zoilum, qui felicem credebat eum, quem ad cœnam vocaret: adeoque sordidam esse cœnam dicit, vt nullum liberum hominem beare possit; sed rogatores dignos Zoili conuiuio tantum esse: De cuius Zoili molesto fastu est longum & elegans epigramma lib. 3. 81.

1. *Debet Aricino coniuua recumbere cliu.*] in cliuo Aricino frequentes erant mendici & rogatores; Iuuenalis.

Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes.

Lusit autem in verbo *recumbere*, nam recumbebant rogatores, & recumbebant etiam coniuuae.

AD EPIGR. XX.

Plagiarium Paulum excusando carpit, qui, cum carmina emeret, vt sua recitabat: nam emtione res sunt emtoris. Sic supra lib. i. ad Fiden-

tinum, epig. 30.

Si dici tua via, hac eme, ne mea sint.

In libris Ciceronis eandem hanc homonymiam explicat Seneca, lib. 7. de benef. cap. 6. & hic Noster lib. 6. epigr. 12. Fabullam eodem loco per-

stringit.

Iurat capillos esse, quos emit, suos

Fabulla. numquid Paule peierat?

AD EPIGR. XXI.

DE hoc epigrammate dictum est sup. epigr. 10. Nec intelligas cum multis manum dari basiandam: hoc enim Imperatores soli facere poterant, & quidem inuidiosè: fastuosi enim & elati Imperatoris erat, manu non osculo excipere. Sueton. in Domit. cap. 12. ab iuuenta minime ci-
uilis, animi confidens etiam, & tum verbis, tum rebus immodicus, Cinedi patris con-
cubina ex Istria reverse, osculumque ut assenerat efferenti, manum præbuit. & Plin.
in Panegyrico ad Traianum. Iam quo assensu senatus, quo gaudio exceptus es,
cum candidatis, vt quemque nominaueras, osculo occurreres? denexus quidem in pla-
num, & quasi unus ex gratulantibus, te mirer magis, an improbem illos, qui effecerunt,
ut istud magnum videretur, cum velut affixi curulibus suis manum tantum, & hanc
cunctanter & pigrè & imputantibus similes promerent? Hinc Senecæ lux Epist.
47. cuius initium, Libenter. qui delicatos fugillans seruorum alienorum
osculantes manum, eosdem ait se deprehendere: vt significet alienos ser-
uos ab his delicatis venerari, tanquam egregios viros summosque Im-
peratores. Intellige igitur manum tangendam & præbendam his dari,
velut fidei & amicitiae pignus. Ouid. de remed. amoris.

Sed felix ut ames, non omni porrigere dextram:

Sunt expertori toxica damna suo.

Sic candidati prehendebant ciuium manus in campo. Vnde prehensa-
re dicebantur petitores. Horatius lib. i. ep. 6.

Si fortunatum species & gratia præstat,

Mercemur seruum, qui dicet nomina, leuum

Qui fodiat latus, & cogat trans pondera dextram

Porrigeret.

vbi, trans pondera, intelligo de his, qui vel carnes, vel pisces, vel aliud quid
quod ponderaretur, populo vendebant: qui erant trans pondera, hoc est,
trans lances & stateras sedentes, quibus magni illi Senatores, qui prensa-
bant, admoniri à nomenclatoribus, dextras porrigebant. quod fuit dictū
ab Horatio, vt indignitatem ambitionis ostenderet. Hæc autem manu-
um porrectio, si libenter fieret, honori, si cunctanter & pigrè, non item,
tribuebatur. Idem Horatius lib. i. sat. 9. in descriptione garruli.

Accurrit quidam notus mihi nominis tantum,

Arreptaque manu. Quid agis dulcissime rerum?

AD EPIG. XXII.

Hoc Epigramma liquet per se & ex epig. 10. supra.

AD EPIGR. XXIII.

Dicit Posthumi nomen confictum esse à se, neque esse verum, ut promisit in epist. 10. libri, quæ iam explicata supra extat. Causam autem cum reddat, cur verum nomen huius ficti Posthumi non proferat, eum magis laedit, cum dicat has offensas basiationes posse se bene vindicare, scilicet basiendo, ut faciebat Linus quidam descriptus facetissimo epigr. 94. lib. 7.

AD EPIGR. XXIV.

Conqueritur non respodere sibi Candidū mutuo amore & necessitudine, quod paratus Martialis sit ad omnē aduersam fortunam cū eo tolerandam, ipse autem de prospera nihil communicet cum ipso. Eundē hunc, tanquam gloriosum officij iactatorem carpit infra epigr. 43.

1 *S Q V A L L I D V S b a r c o p a l l i d i o r q u e r e.*] de vestis mutatione in reatu, tam rei ipsius, quam propinquorum & amicorum, differuit latè Lipsius lib. 1. Electorum cap. 13. sed his hoc addere potest. Non esse permittum lege, imò prohibitum, vestem sordidā rei nomine in publico habere, capillumue submittere, nisi ita coniunctus esset affinitati, ut inuitus in reū testimonii dicere cogi non possit. ijsdem verbis habetur in 1. vestem. 39. II. de iniurijs, & mirum videri possit sub titulo de iniurijs hanc legem contineri, cum in ea nec verbum sit vllum de iniuria. Vnde, quemadmodū ex alijs infinitis Pandectarum locis colligere possumus, fragmenta illa sapè manca & absque delectu in titulos esse congesta; & verò Venuleius, è cuius libris sumtum est fragmentum illud de publicis iudicijs, agebat in quibus iniuria erat, quemquam sordidatum rei gratia aedisse. Probatur hoc ex Vlpiano l. item apud Labconem 15. §. generaliter. 27. eod. tit. cuius verba sunt: *Hec autem ferè sunt, que ob infamiam alicuius sunt, ut puta ad iniuidiam alicuius, veste lugubri visitur, aut squalida, aut si barbam demittat, vel capillos submittat.* Hinc illud Senecæ 10. declamationum 1. *Sordidatus es, non queror, sed si sordes tue iniuidiam miki concitant, queror.* & Sidon. Apollin. lib. 1. epi. 7. *& ab industria squallidi præripuissent reo debitam miserationem sub iniuidia sordidorum.*

2 *P E R f r e t a p e r s c o p u l o s e x u l i s i b o c o m e s.*] per freta & scopulos prouerbia liter dicitur, id est, per loca periculosa & difficultia. Exulis autem comitem, signum arctæ & raræ amicitiae. lib. 7. epig. 43. de Ouidio Maximi Cœseni comite.

Æquora per scyllæ magnus comes exulis isti,

Qui modo nolueras Consulis ire comes.

& epigrammate sequenti de ijsdem.

Hunc nuper Siculas secutus vndas:

O nullis Ouidi tacende linguis!

Sprenisti Domini furentis iras.

& lib. 12. epi. 25. cùm obijceret Thelesino veteri sodali auaritiam & sordes, qui nō credebat Martiali pecuniam, nisi dato agello pignori, inquit:

Ecce rem Carus se detulit, ad sit agellus.

Exily comitem queris? agellus est.

3 *Q V O D si Deus ore sereno annuerit.] de verbo annuendi, vide quas collexit Briffonius de formulis l. 1. & quæ perperam fuisse hic transcribere: rogabant enim Deos ut annuerent.*

4 *F E L I X Candide solus eris.] id est, te relinquam, & tuæ amicitiae renunciabo deinceps, cum nolis opes tuas mecum communicare.*

AD EPIGR. XXV.

FAceta antistrophe in Gallam, quæ semper promissa fallebat, promitterebat enim se daturam roganti, deinde non dabat: rogat igitur ut aliquando neget, quod futurum sit ut det,

AD EPIGR. XXVI.

LI B. 1. epigr. 11. de argomento huius epigrammati dictum est, de his scilicet, qui vetularum ægrotantium nuptias ambiebant, vbi de tussi satis dictum. Irridet nunc Bithynicum, qui hæc signa in Næuia propinquæ mortis esse sibi persuaserit, cum tamen ipsa blandiretur ei, & gratificaretur querula spiratione, frequenti tussi & sputo in sinus millo.

1 *I A M te rem factam.] Formula, ut lib. 1. epigr. 29. vbi de ea dictum est. & lib. 6. epigr. 60.*

— *rem factam Pompilus habet.*

AD EPIGR. XXVII.

SAtis agitatus Selius iste coenipeta, supra est, epigr. 11. & 14.

SI *A C C I P E sive legas sive patronus agas.] Acclamantium officia præstabantur recitantibus carmina, vel historias, vel declamationes, hæc enim recitatio legendo siebat. Persius sat. 1.*

Sede legens celsa liquido cum plasmate guttur.

Mobile colluerit, patranti fractus ocello.

Et Plin. lib. 9. epist. 34. *Cogito ergo recitaturus familiaribus amicis, experiri libertum meum. Hoc quoque familiare, quod elegi non bene, sed melius scio lecturum; sed tamen non fuerit perturbatus. Est enim tam nouus lector, quam ego Poeta. Vide quomodo recitaturus legebat, quod clarè dixerat initio epistolæ. Audio male legere dñi a xat versus, orationes enim cōmodius. Et Suet. in Augusto, multa varij generis prosa oratione composuit; ex quibus nonnulla in cœtu familiarium, velut in auditorio recitauit; sicut rescripta Bruto de Catone. Quæ volumina cum iam senior ex magna parte legisset, fatigatus Tiberio tradidit perlegenda. & in Claudio cap. 41. In principatu quoque & scriptit plurimum, & aſidue recitauit per lectorem. Ex quibus locis colligo id, quod antea dixi, recitationem non memoriter sed lectione fieri: & deinde auctores solete aliqua urgente*

causa impeditos, quo minus per se ipsos legere possent, lectorem aliquem sibi sufficere: presentibus tamen & audientibus iisdem ipsis recitabant Lectores. Eadem acclamations siebant patronis in causæ defensione, vel accusatione: & hoc significat, sine patronus agas. hoc officium petentibus præstabatur à non amicis, vt lib. 10. epigr. 70.

Nunc Consul, Praetor retinet, reducesque choroæ:

Auditur toto sape Poeta die.

Sed nec caußidico posse impune negare,

Nec si te Rhetor, Grammaticus re rogent.

2. **E F F O S T E.**] De his acclamationibus supra diximus lib. 1. epigr. 4. Hæc autem, effæc, male accepta fuit à nostris Criticis, & quod non intellecta, relecta statim & mutata. Nec desunt suffragatores libri veteres, tanquam mortui testes. Heraldus mutat effæc, alij affecte, id est, perfecte. Ego nil muto: effecta etiam illa dicuntur, quæ omnino iam fœtum emiserunt: per metaphoram, effæc dicitur id, quod ita dicitur, vt nihil amplius dicendum reliquerit in eare; quasi diceret: ita bene & perfecte, vt nihil supra dici possit.

3. **H o c volui.**] Verba sunt recitatoris vel patroni respondentis Selij acclamationibus.

4. **F A C T A eſt iam tibi cena.**] Eadem notione hoc dicitur, ac ea formula de qua superiori epigrammate, rem factam habere.

5. **T A C E.**] Legerem libentius, tacet, quod verbum Poetæ est notantis Selij audiitatem cenæ, qui statim ac factam sibi cenam audivit, tacuit.

A D E P I G R. XXVIII.

Sextillum notat, quod fellator & cunnilingus eslet. distichum primum explicatum iam & affatim supra lib. 1. epigr. 1. & 93. cetera sic intelligentur. Impuritatis sex sunt scelera: primum, cinædum esse, secundum, paediconem: tertium, fututorem: quartum, irrumatorem: quintum, fellatorem: sextum, cunnilingum. Negat Sextillum quatuor habere priora, & dicit eum scire duos superesse, hoc est, fellandi & liggendi turpitudinem. primo disticho cinædus continetur. tertio versu paedico & fututor. quarto irrumator. Ultimo disticho hæc quatuor negantur, & res duas quæ supersunt, obiciuntur Sextillo, id est, fellare & lingere. Eodem sale perficit Coracinum quemdam, lib. 4. epigr. 43.

A D E P I G R. XXIX.

DEscribit fastum liberti cuiusdam, ad Senatoriam dignitatem eucti, qui cum notatus fronte & signatus, stigmatiam Græci vocant, eset spleniis frontem contegebat; & simul tacite carpit infamiam sui seculi, quod tales admitteret Senatores; de qua re Iuuenalis sat. 1. latius.

1. **R V E vides illum subsellia prima tenentem.**] Non est audiendus Calderinus, qui ad iudicium subsellia hoc refert. Nam neque in iis prima sunt aut postrema; nec Martialis si hic stigmatias Iudex fuisset, in-

tactum eius officium & fastum iudicialem præteriisser. Sed omnino intelligendum est de subselliis in Orchestra, in quibus Senatores sedebant spectantes in theatro, non loco aut ordine, sed quod dignitate cetera præcederent. Quid quod in ipsa Orchestra iste fastuosus prima occupabat subsellia; quemadmodum de Manneio ficio Equite, in faciliissimo illo epigr. 14. lib. 5.

Sedere primo solitus in gradu semper.

Nam quamvis Equites in quatuordecim ordinibus sedebant, hic tamē primum gradum occupabat. Codices multi habent, terentem, multi, tenentem. Ego potius ultimam lectiōnem amplecterer, tenere enim imperiosam quandam indicat possessionem. ut tenere Galliam, Hispaniam.

2. *Q v & q v e Tyron toties epotauere lacerna.*] Dibaphæ purpureæ erant huius lacernæ: id dictum eleganti metaphora verbi, epotauere, & metonymia verbi Tyron, pro purpura ex Tyro allata. Ex autem lacernæ dedicatiōrum erant, præcipue in theatalibus spectaculis.

3. *E t toga non tactas vincere iussa niues.*] Elegantissimè dictum. verbum autem iussa, significat à fullonibus dealbatam fuisse togam illam. in fullonica autem sic dealabantur vestes, ut vel æquare, vel vincere niues viderentur. Est hoc manifestum ex sacra Euangelij historia: nam Matthæus 17. cap. nu. 2. in transfiguratione Domini. Et splenduit, inquit, facie eius, sicut Sol, vestimenta autem eius facta sunt alba, sicut nix. Quod idem Marcus sic expressit c. 9. num. 3. Et vestimenta eius facta sunt splendentia & candida nimis, velut nix. qualia fullo non potest super terram candida facere. Inde dicti erant petitiōes candidati, non quod candida toga soli yterentur, quæ communis ferè omnium erat: sed quod ita cretata, splendens, & candida eorum esset toga opera fullonica, ut oculorum aciem præter cetera perstringeret, & ab hoc splendore vestis Candidati dicebantur.

4. *N o n extrema sedet lunata lingula planta.*] Senatorij calcei lunati, quamuis nigri. Horatius lib. 1. sat. 6.

Nam ut quisque insanus nigris medium impedit crus Pellibus.
& Iuuenalis, sat. 7. vers. 192. de Quintiliano,

Adpostam nigra lunam subtexit aluta.

Quamuis ad luxuriā aliqui Senatorios hos calceos cereos, galbos, hedaceos, coccinos, solebant induere; ut hīc sequenti versu,

Coccina non lesum cingit aluta pedem.

Sed negotium facessit hoc loco, quid sit, *non extrema lingula*. Hadrianus Iunius emendauit, *non externa*, id est, non nupera, ut dictum sit à Poeta ad inuidiam concitandam contra hunc, qui iam diu nobilitatem fuisse adeptus: Sed stulta omnino hæc esset sententia: nam antiqua nobilitas minori inuidiae subiecta est, quam recentior. Ideo Heraldus meliori iudicio legit, *cuique hesterna*, id est, recenti, non hesterno die ei concessa, ut dixit Persius hesternos Quirites, nouissimos ciues Romanos, qui vel

pridie ante sui heri mortem libertate donati erant, sat. 3. vers. 106.

Hesterni capite induito subiere Quirites.

Sed uterque meo iudicio toto aberrauit cœlo : non enim animaduerterunt Senatoriam dignitatem non in lingula, sed in linula calcei significari. Luna autem iam notatur à Martiale, cum dicat, *Sedet lunata planta, lingula* verò in calceis erat fibula aurea vel argentea, quam delicatores auream & gemmatam gestabant. Retineo igitur antiquam lectionem, & non extremam *lingulam* interpretor inter primas numerandam, & multis pretiosiorem, dictum per liptotem, id est, contrarij negationem, ut non indoctus pro docto.

Non lesum, hoc loco *pedem* intelligo suffultum in ipso calceo linteis tenuissimis, vel hombycinis delicatissimis, ne pes soleæ duritie offenderetur.

Et numerosa linunt stellantem splenia frontem.] de spleniis, quæ erant cinctones quidam ex lino vel serico, quæ fasciola fronti alligata continebantur madefacta vnguentis, vel medicamine aliquo ad capitum dolorem, vel oculorum morbum, multi multa dixerunt inter quos videndus Theodorus Marcilius ad Persij sat. 1. pag. 14. & plurima eorum apud Martialem mentio, quare non amplius addam de iis. *Numerosa* interpretor grandia. Nam hic frontis notas tegere cupiens, latis vtebatur spleniis, quas etiam passis capillis & in frontem promissis tegebant alii. Colligo id ex Petronio, cuius sunt verba, *Simul ut nota quoque literarum non adumbrata comarum præsidio totæ ad oculos legentium accederent*: Et easdem ipsas Ausonius, epigr. 15. & 16. Sed literæ vel singulatim scriptæ, vel per compendia & notas, id autem siebat in fronte, & etiā per totam faciem. *Quæ pœna* erat fugitiuorum, & notum epigramma antiquis, quamuis nobis ignotum inscribebatur. Petronius, *Implevit Eumolpus frontes virtusq. ingentibus literis, & notum fugitiuorum epigramma per totam faciem liberali manu duxit*. Vnde indicebantur ferui stigmatitij, inscripti lib. 8. epigr. 75.

Quatuor inscripti portabant vile cadaver.

Et literati, Plautus in Casina. *Si hic literatus me finat, quod bonum, atque fortunatum mibi sit.* & fronte notati, ut epigr. 21. lib. 3.

Proscriptum famulus seruauit fronte notatus.

Sic Seneca, lib. 3. de Ira: *Varia vinculum generæ, varia pœnarum, lacerationes membrorum, inscriptiones frontis.* De notis Vlpianus intelligendus in L. I. II. de fugitiis. §. Tandiu 8. *Custodiuntur autem tandem, quandiu ad Præfectū vigilum, vel ad Præsidem deducantur, eorumque nomina & nota, & cuius se quis esse dicat, ad magistratus deferantur, ut facilius agnoscit & percipi fugitiū possit.* Notæ autem verbo etiam cicatrices cōtinentur. Illa vltima verba sic accipienda sunt: aliquando domini irati non compungebant notis seruum frontes, sed deformabant cicatricibus. Patet hoc ex Vlp. L. locum. II. de vñfr. *Quamvis usufructuarins nec contrarius quidem ministerius, nec inusitatis artificium serui corrumpere posset, nec seruum cicatricibus deformare, quod præcipue fiebat in*

fiebat in seruis Aethiopicis fortasse, quod in nigro colore non poterant perspicue literarum imprimi. Colligo id ex Petronio. Nam cum Eucolpus suaderet, ut ad euitandum periculum se atramento inungerent, & fierent nigri, inquit, Ita tanquam ferni Aethiopes, & presto tibi crinus, & permutato colore imponemus inimicis. Respondebat Gyton refutans sententiam illam, Age, numquid & labra possumus tumore tetrico implere, numquid & crines calamistro conuertere? numquid & frontes cicavibus scindere? Quæ omnia signa necessaria erant, ut verè serui Aethiopes videretur. Damnati etiam in metallum, qui tam erant serui quam liberi, ut constat ex Imperatoris Gordiani edicto. L. metalli. C. de pœnis. solebant in facie notis depingi. Probo id ex Imperatoris Constantini prohibitione. L. si quis. eod. tit. de pœnis: Si quis, inquit, in metallum fuerit pro criminum deprehensorum qualitate damnatus, minime in eius facie scribatur, cum & in manibus & in suris possit pena damnationis una inscriptione comprehends, quod facies, qua ad similitudinem pulchritudinis celestis est figurata, minime maculetur. Notandum etiam est inscriptiones in suris, ut in cruribus fieri. Claudianus lib. 2. in Eutrop.

pars compede suras

Cruraque signatis nigro lucemita ferro Iura regunt.

Et in manibus ad tyronum imitationem, qui in manibus scribebantur, ne si militiam subterfugarent, latere possint. Ostenditur ex Aëtio celeberrimo medico, cuius Græca verba sic Latinè sonant: *Stigmata rocent inscriptiones in facie, vel in alia quamvis corporis parte, qualia sunt militum in manibus.* & D. Gregorius, lib. 2. ep. idem docet scribingens, Ne quis manu signatus ante expletam militiam, in monasterio recuperetur. Idem fiebat & in brachiis, ut probatur in L. Stigmata 3. Cod. de fabricenfib. *Stigmata, hoc est, nota publica fabricenfib. brachiorum ad imitationem tyronum insigantur, ut hoc saltem modo possint latitantes agnosci.* Imperator vero Zeno in L. decernimus. Cod. de aquæ ductu. iubet aquarios, vel aquarum custodes, quos hydrophylacas nominant, & suo felici nomine singulis membris impresso signati. Ex quibus omnibus colligere possumus seruos signari solere in facie, in suris, in brachiis, & in manibus. Sicq. Plin. lib. 18. cap. 8. Queritur quod viatores suo tempore serui essent, his verb. At nunc eadem illa vinceti pedes, damnate manus, inscripti vulnus exercent. ubi damnatas manus intellige inscriptas & stigmatis compunctas.

6 LINVN T.] dixit, id est, vngunt vnguento vel medicamine. Sed quid sit *stellantem*, dubitauit diu, quamuis Domitius stellis vel notis insignita indicat, & Iuretus ad Symmachum, lib. 4. epist. 2. idem affirmet & multa adducat testimonia, quibus probet hanc significationem. Sed mea sententia indignum esset Martialis acumine, qui epigramma ioco ab inexpectato, & *νηροσθετο* clausurus, aculeum in praecedenti versu ostendisset. nam si splenio texisset notatam stigmatis frontem, iam superuacuum esset idem dicere sequenti versu. Præterea *Stigmatias* seruus literis notabatur domini nomen exprimentibus, vel aliud quid, quod

seruitutem testaretur, ideo dixit: — *plenia tolle leges.*

Stellæ non leguntur. Lego libentissimè cum doctissimo Lipsio *sillan-*
tem frontem, id est, fluentibus & decidentibus stillis vnguëti Marcelliani,
vel eius quo madefacta splenia erant.

AD EPIGR. XXX.

Reprehendit Caium, vt illiberalē & parum sibi in amicitia respon-
dentem, à quo cùm petiisset exiguum pecuniae summam, ipse con-
nabatur Martiali persuadere vt causas ageret: Sic rem facturus monet
eum, vt det quod petit, non autem consilium, quod non petit. Nam ri-
diculum est non potenti consilium dare vel utile; vt lib. 5. ep. 20.

Iam dudum tacita rides Germanice nō,

Utile quod non vis do tibi consilium.

Iocus hic desumptus à Seneca, ep. 45.

1. M. V T V A *viginti sestertia.*] Ex hoc loco conatur Agricola persuadere
sestertium generis neutrius eandem summam esse, ac sit sestertius ge-
neris masculini, qui valet decem nostros marauetinos. Sic enim agit: *Si*
viginis sestertia essent viginti millia numūm HS. que summa apud Nostrates du-
centa millia marauetinorum, qui poterat Martialis adiungere,

Quæ vel donanti non graue munus erat,

cum ingens sit pecuvia. Sed refellitur ab omnibus Agricola, & exsibili-
tur, tanquam angusti animi & ignarus antiquæ illius opulentiae &
magnificentiae. Erant enim Romanorum ingentes & incredibilis opes,
si cum pauperie nostra conferantur: nec est mirum exiguum eam eo
fœlici tempore summam Martiali videri: *Quid? quod adiungit:*

Quippe rogabantur felisque vetusque sodalis,

Et cuius laxas arca flagellat opes.

De felici supra dictum est lib. 1. epigr. 13. & de veteri sodali item lib. x.
ep. 37. de arca etiam lib. 1. ep. 77. & eadem formula, qua hic vsus etiam
est lib. 5. ep. 13. *Et libertinas arca flagellat opes.*

Dicitur autem arca flagellare opes, quando inferiori parte omnino ple-
na & pene cumulata, superiores postes, qui arcam claudunt, pecuniam
ipsam tangunt & premunt. Vide Turnebum, lib. 21. cap. 4.

AD EPIGR. XXXI.

FAcetè & tectè Christinam notat non placentem in actu Venereo.

1. SÆPE ego *Christinam futui.*] De hoc verbo iam admonuimus, lib. 1.
ep. 41. proprium esse coitus naturalis, quando vir & fœmina propria
generationis instrumenta coniungunt & copulant. rarissimum est aliter
hoc accipi. Quod si animaduertisser Robertus Titius, lib. 3. Con-
trouers. locorum, cap. 19. non tam sibi in purida illa huius epigramma-
tis explicatione placuisse. Vult enim Christinam hanc significari hoc
loco fellatricem; quod est omnino à vero alienum, quamuis in eodem
capite duos illos ex Priapeia locos bene & docte interpretatus est, nec
eum sua laude fraudabo: nil tamen ad nostrum epigramma.

2 D E T quam bene queris? *Dandi verbum turpiculum esse iam antea admonuimus, & ex mille locis sequentibus colligetur.*

3 S V P R A quod fieri nil Mariane potest.] Difficilis locus, & quod sciam, à nemine intellectus, quem sic accipio. Acumen eius est in ambiguitate illius formulæ, *Supra quod fieri nil potest.* Significat enim in communi sermone, nihil melius esse posset. *facere autem & fieri obscena verba sunt,* vt probauimus lib. I. epi. 47.

Cum discis propero, fac si facias Aedila, &c.

Cum igitur videatur Poëta significare ita bene dare Christinam, vt nihil supra: significauit ex ambiguo ita male dare, vt supra, id est, iterum faceret non possit. ita vt si semel eam facias, non possis iterum.

AD EPIGR. XXXII.

Ponticum, qui ab alijs colivolebat, carpit urbanè, quòd liber non es-
set, sed multis ambitione seruiret, fingitq[ue] multa negotia, in quibus
operam suam recusabat Ponticus patronus adhibere, veluti litem cum
Balbo & Licinio, iurgium de agelli finibus cum Patroba, causam plagij
cum Laronia.

1 O R B A est.] de muneribus missis, senibus atque viduis dicemus in-
frā lib. 4. ep. 56. Nunc verò in lucrum orbitatis vide quæ Tacitus in hæc
verba lib. de moribus Germanorum, *Quanto plus propinquorum, quo maior
affinium numerus, tanto senectus gratioſior, nec villa orbitatis preſta.* Et Seneca lib.
de consolatione ad Martiam, *in cimitate noſtra plns gratia orbitas confert, quæ
eripit, adeoque senectutem ſolitudo quæ ſolebat deſtruere, ac potentiam ducit, vt quidam
adia filiorum ſimulent, & liberos ciuient, & orbitatem manu faciant, vbi legendum
ex emendatione Christophori Choleri pro [ac potentiam] agmen potius.*

Hac quæ ſelecta: catena plebis habet.

2 S I T liber, dominus qui volet eſſe meus.] vt ſup. ep. 18. eand. sententiam.

AD EPIGR. XXXIII.

Vſcam Philenim irridet hoc Epigr. vt epig. 65. lib. 4. & quòd nolit e-
lam basiare, vt etiam dicit lib. 10. epi. 23. tres cauſas in hoc reddit, quod
calua sit, quod rufa, quod lusca.

1 C A L V A es] caluæ foeminae deformes habentur, vt etiam viri; quod
ex multis locis conſtat.

2 R U F A es.] rufus color in foeminae nullius veneris eſt.

3 L U S C A es.] cum fere omnis pulchritudo in oculis ſita ſit, oculorū
defectus multūm eas deformat.

4 T E qui basiat, hic Philenifellat.] acuta nimis facetia eſt: alludit enim
ad pondus, caluum, rufum, & luscum, vt etiam nominatur lib. 9. epig. 38.

Et ſit lusca licet, & tamen illa videt.

& cum fellare dici poſſit basiare: è conuerso, qui Philenim basiauerit,
fellare dici poſteſt.

AD EPIGR. XXXIV.

Gallam luxuriosam anum insectatur, quæ tota sua dote redemerat Philerum seruum, & cum eo consuetudinem habebat, patiebatur quæ tres natos suos ex defuncto marito fame perire.

1. **P R A E S T A T U R** cano tanta indulgentia cunno.] Quod Veneris gratia impendebant viri obscenis, præstare dicebatur, Poëticè & irrisoriè: vt sup. lib. 1. epi. 59. Quod autem fœminæ, dicebatur præstari eiusdem baratro, vt hoc loco, & lib. 10. epi. 90. Cano cunno dixit, pro vetulo. Sic Horatius lib. 1. sat. 2.

— mirator cunni Cupiens albi.

2. **Q V E M** nec casta potest iam decussc Venus.] Id est, iam te non decebat virum, nedum amicum habere.

3. **P E R P E T U A M** Dite faciant Philerois amicam.] hæsit mihi multo tempore aqua in hoc versu: nec video ab aliquo huc usque intellectum, intatum video à plerisque. Quem ego sic intelligo: vt optet Martialis eam quamprimum mori. Nam hoc pacto perpetua futura esset amica Philerotis, vt quæ iunctæ matrimonio moriuntur, semper nominantur vxores eorum, quorum fuerant tempore mortis, quæ fortè si vixissent diutius, possent à viris repudiari, & vxores esse desinerent. sic ista Galla nisi statim moriatur, potetit non amica esse Philerotis, quod iurgia & iræ inter eos intercedere possint, quæ discessus sint causa. Perpetua igitur amica erit interueniente morte, nam aliter esse non potest perpetua. Quid: quod fortè hic Phileros erat idem atque ille elator vxorum, de quo lib. 10. epig. 43.

Septima iam Phileros tibi conditur uxor in agro,

Plus nulli Phileros quam tibi reddit ager.

4. **O** mater quæ nec Pontia deterior.] in veteri, est Pontica, vt sit Medea quæ liberos trucidauit, & prouerbio locum dedit de inquis matribus, vt dicatur, mater deterior Medea. Sed Iuuenalis sat. 6. vers. 637.

— sed clamat Pontia, feci,

Confiteor, puerisque meis aconita paravi.

& potuit Martialis prouerbium sumere à venefica sui temporis matre, Ego vtrumuis probauerim.

AD EPIGR. XXXV.

Irrisio quedam est à comparati sumpta. Phœbus enim quidam vatus erat, distortis cruribus & talis coeuntibus, quæ crura similia esse dicit cornibus Lunæ: itaque posse Phœbum in Rhynthio lauari. Rhythum notum est genus esse poculi cornu simile: ita tamen vt figuram Y referret. constat ex Athenæo lib. 2. cap. 1. 5. & 16. inde Rhynthum diminutiuum.

AD EPIGR. XXXVI.

Carpit Pannicum quemdam, vt mollem virum, qui nimium vir videbit, volebat, turbatis capillis, horrida barba, sordida cute, cruribus & pectori setosis.

1. PECTERE te nolim.] mallem, flectere: nam pexus non est nimius in homine cultus, flexus vero feminarum est, vel virorum mollium. Sic lib. 3. epig. 62. in Cotilum, bellum & mollem.

Bellus homo est flexos qui dirigit ordine crines.

& epigrammat. 65. lib. 10.

Inflexa nitidus coma vagaris.

Sic Spartianus comam Hadriani Imperatoris nimium cultam notauit, quod ad pectinem flexa esset in fine vita eius. Hi flexus siebant calamistris igne carentibus. Vnde formula, *calamistris inuovere*, & huius cultus ministri *ciniſſones*, vel *cinerary*, quod in cinere calefacerent calamistra. Sic Arnobius lib. 2. *Nec in ſormas erubefcerent maſculorum calamistris vibrare caſariem*. Quem locum corruptum emendauit D. Scaliger, & legendum praecepit, *Nec in ſornis erubefcerent calamistris vibrare maſculorum caſariem*, vt fit fornis calamistris, id est, calidis. nam fornum calidum vocabant veteres, inde fornucapes, quæ postea fornipes, quod forna, id est, calida caperent.

2. SED nec turbare capillos.] Aliud est extreum, turbare capillos more ferarum, quod alienum est ab hominis humanitate.

3. SPLENDIDA fit nolo, ferdida nolo cutis.] splendida cutis vel vnguentis vel fuco siebat. Sic sup. lib. 1. de Carino, epi. 78.

Tingit cutem Carinus & tamen pallet.

contrarium autem est ferdida cutis.

4. NEC tibi mitrarum, nec fit tibi barba reorum.] Barbam mitrarum intelligo barbam mitras gestantium, vt Phrygi olim, vt apud Virgil. 4. Aeneid. Larbas Aeneæ sic obijcit:

Maonia mentum mitra crinēque madentem

Subnixus.

& lib. 9. obijciunt Rutuli Troianis mitras:

Et tunicae manicas, & habent redimicula mitrae.

Barbari enim illi summo cultu barbas nutriebant. Contra est reorum barba: nam rei ferdidati turbato capillo, & promissa in pectus barba incedebant. Vnde Seneca epi. 78. *Caſar, cum illum tranſenſentem per Latinam viam vni ex cuſtodiariuſ agnīne, demiſſa uſque in pectus vetere barba rogarerit mortem, nunc enim, inquit, viuſ. vbi nota, cuſtodiariuſ vocem pro cuſtodiis positam eſſe: vt Sueton. in Calig. cap. 27. cū ad saginam ferarum munere preparatarum carius pecudes compararentur, ex noxijs laniandoſ adnotauit, & cuſtodiariuſ recognoſcens nullius in ſpecto eloſio, ſtantummodo intra poricuſ mediam à calvo ad caluum duci imperauit.*

5. NUNC tibi crura pilis, &c.] Mollium erat crura depilare. ep. 62. lib. 5.

Crura gerit nullo qui violata pilo.

& dicto epigr. 65. lib. 10.

Lenis dropace tu quotidiano,

Hirſutis ego cruribus, geris que.

& lib. 12. epigr. 38.

Ore tener, latus pectore, crure glaber.

vbi legerim, lēuis pectore. Nam de effēminato homine loquitur, cui non erant pilosa pectora, vt contra de his viris Virgilius.

Barba viros hirtaque decent in corpore setæ.

& in hoc epigrammate sequenti commate:

— & *sunt tibi pectora setis Horrida.*

potuitque facile corrumpi ex visitata à multis scriptura. Scribunt namque lanis priori syllaba cum diphthongo, & ex e factum est ter. Denique notandum est, pumice molles se leuigare solere, & crura: vt apud Ouid. lib. i. de arte amandi, vers. 508.

Nec tua mordaci pumice crura teras.

& Manilius lib. 5. Astronomico de mollibus.

Pumicibusque canis borrentia membra poline.

de manu apud Nostrum lib. 5. epig. 42.

Et pumicata pauperes manu monstras.

& de lumbis apud Iuuenalem sat. 8. vers. 16.

Si tenerum attritus catinensi pumice lumbum,

& etiam nuce ardenti, vt de Augusto docet Suet. cap. 68.

6 *M E N S est Pannice vulsa tibi.*] Elegantissima καλέγονται, cum de mente quæ neque hirsuta neque vulsa sit, vulsa dicatur. Est etiam Metonymia, per vulsam mollem & effēminatam intelligit, sumto signo pro re significata & consequenti.

A D E P I G R. XXXVII.

CÆcilianum gulosum & impudentem conuiuam mēfas omnes euerentem facetè & describit & reprehendit.

1 *Q V I C Q V I D ponitur hinc & inde verris.*] aptissima visus est metaphora. Nam qui solum verrit, nihil in eius superficie relinquit.

2 *M A M M A S suminis.*] Notissimum quid sit apud antiquos sumen, & quod habitum in delirijs. Persius sat. 1.

— *calidum scis ponere sumen.*

3 *I M B R I C E M Q V E porci.*] id est, vertebram demitis costis: Spinam vocamus Hispani.

4 *C O M M V N E M Q V E duobus attagenam.*] collige ex hoc aliquod ferculum, vt auem, integrum apponi solitum inter duos. Nam ea quæ vel parua erant, veldiudi commode poterant, singulatum apponebantur, vt constat ex epig. 19. lib. 7. de illo gulo Sanctra, qui per fraudem ter poscebat apri glandulas, quater lumbum, & vtramque coxam leporis, & duos armos, neque erubescerat peierare de turdo, id est, falsò iurare sibi non esse appositum.

5 *H A E c um condita sunt madente mappa.*] Mos erat ad conuiuia mappas singulos ferre, ac præcipue eos qui aliquid de alienis epulis domum ferre volebant. Constat ex eodem Sanctra epigrammate, & lib. 12. epigr. 29. de Hermogene fure.

*Attulerat mappam nemo, dum furti timentur,
Mantile è mensa surripit Hermogenes.*

Vnde colligo à domino conuiuij non apponi mappas: & in eod. epigr. ultimo disticho.

*Ad cœnam Hermogenes mappam non attulit unquam.
& Catullus idem scribit de Asinio Marrucino mapparum etiam fure.*

epigr. 12.

*Marrucine Asini manu sinistra
Non belle vteris, in ioco atque vino,
Tollis linteum negligenterum.*

6 C R A S te Caciliane non vocabo.] iamdiu Domitius & Modius, *vocati*, reposuerunt arguto sensu & vero. De verbo *vocandi* vide quæ diximus ad illud *renabitur vocatus*. epig. 50. lib. 1.

AD EPIGR. XXXVIII.

F Acetum responsum ab inexpectato Lino querenti, quem fructū capiebat ex Nomentano agro, & fortè irridenti Martialem, quod agrū haberet in sterili illo solo, Respondet hunc maximum fructum se capere, quod dum rusticatur in eo agro, non videt Linum.

1 Q V I D uiri reddat ager.] verbum *reddendi* solum est de agris & prædijs dictum, quæ dicuntur reddere, hoc est, fructum dominis exhibere. In de redditus, quem Hispani *renta* appellant, & reddere *rentar*. Eodem verbo usus est lib. 10. epi. 43.

*Septima iam Phileros tibi conditur uxor in agro,
Plus nulli Phileros, quam tibi reddit ager.*

AD EPIGR. XXXIX.

M Attronarum cultus stola, meretricum toga, mœchæ ad supplicium toga induitæ ferebantur, lib. 10. epigr. 52.

Thelin viderat in toga spadonem.

Damnatam Numa dixit esse mœcham.

& Iuuenalis sat. 2.

Damnetur si vis etiam Calphurnia, talem.

Non sumet damnata togam.

& lib. 6. epigr. 64.

Sed patris ad speculum tonsi matrisque togata.

Filius. & Horatius sat. 2. lib. 1.

— *quid inter-*

est in matrona, ancilla, pecesse togata?

De qua re etiam scripsierunt Briffonius select. antiq. lib. 1. cap. 14. & Lipsius annales Taciti lib. 2. & Heraldus heic.

Dicit igitur mœcham hanc famosam potius morte dignam, quam preciosis vestibus. Id autem significat urbanè illis verbis,

*Vis dare que meruit munera, mitte togam.
quam scilicet sumat damnata ob adulteria.*

AD EPIGR. XL.

IN gulosum Tongilium morbum simulantem inuehitur facetissime, qui causatus hemitritaeum, quicquid esculent & poculenti appetebat, impudenter flagitabat ab amicis.

1. **V R I hemitrita.**] Morbus hic, ut scribit Lucius Serenus, lib. i. cap. 24. non habebat Latinum nomen, quamuis posteriores Medici semiterianam febrem vocarunt deinceps. de qua re lege doctrinissimum Mercutiale, lib. i. Var. lect. cap. 24.

2. **S V B D O L A tenduntur crassis modo retia turdis.**] Elegans Metaphora ab aucupibus sumta, qui retia tendunt ad captandas auiculas. Sic iste gulosus morbi simulatione captabat turdos crassos ab amicis. Eademque metaphora à piscatu sumta vitetur sequenti versu,

Hamus & in nullum mittitur atque lupum.

3. **CÆCUBA siccantur.**] Satis de hoc loco contendit Turnebus, lib. 17. cap. 18. & lib. 23. cap. 24. legendum esse siccantur, ubi multa de saccis vinaris, quibus vina refrigerari & liquari solebant. Ego non multò repugnarem, si quis lectionem veterem vellet retinere; ita ut siccantur sit, exhauiantur. & sit hypallage, siccantur vina, id est, siccantur amphoræ cæcubi vini & Optimiani. Sic lib. i. ep. 27. de Sextiliano bibone.

Testa sed antiqui felix siccatur Optim.

4. **CONDANTVR parco fusca Falerna vitro.**] Parco vitro dixit, quod, cum Falernum vinum preciosum esset, non poterat peti ample vase, & præterea erat indomitum, nec poterat largè sumi: aut si mauis refer ad verba petentis, qui extenuabat petitionem, cum parcum appellabat vitrum, ut vulgo fieri solet.

5. **O M N E S Tongilium medici iussere lavari.**] Mirabile nostris temporibus medicamentum, sed visitatissimum priscis in febribus.

6. **GVL A est.**] Eadem conclusio in simili argumento est lib. ii. ep. 87.
Non est hac tußis Parthenopæ, gula est.

AD EPIGR. XLI.

Maximinam verulam pene edentulam monet, ne in risus soluatur, ita ut oris deformitatem prodat, sed potius seriis & luctuosis rebus intersit, ut fletum non risum edat.

1. **R IDE si sapiis ò puella, ride.**] Absque dubio carmen est Phaleucium alicuius Poetæ, qui hodieque non extat. Ouidij fuisse docet sequens versus:

Pelignus puto dixerat Poet.

Nam quamvis alij possent præter Ouidium Peligni Poetæ esse, tamen hac periphrasi solus Ouidius intelligitur. Domitius existimat sententiam tantum, non verba ab Ouidio esse desumpta, in lib. 3. de arte amandi, p. 273. sed tamen Martianus Capella in Satyrico hunc eundem versum Peligno iuueni tribuit. Genus vero carminis suasit Beroaldo fuisse desumptum ex Ouidij Medea, & idem argumentum dedit Politiano Beroaldi refutandi, quod Phaleucium carmen alienum sit à cothurno Tragico,

Tragico , tribuitque hunc versum epigrammatis Ouidij , quæ nusquam apparent. Nam de Medea et si non extet , est certissimum Quintiliani testimonio. Versum esse ut ponitur à Martiale , arguit parodia vltimo epigrammatis huius versu,

Plora , si sapis , ô puella plora.

2 *SED non dixerat omnibus pueris .] Hæc sententia vere defusa est ex loco Ouidij sup. citato , qui pueras pulchro ore , dentibus albis monet vt rideant. Contra autem deformi ore , nigris dentibus , ne rideant ; idèò non dixit omnibus pueris.*

3 *ET tres sunt tibi Maxima dentes .] oris deformitatem augebant tres dentes nigro pallore. Tres autem dixit , ad augendam paucitatem , quemadmodum sup. epi. 20. lib. 1. quatuor dicebat dentes , & infra lib. 3. epigr. 92. totidem dentes & tres capillos : vbi me ipsum vide.*

4 *DEBES non aliter timere risum .] Satyrico stilo obiter perstringit spantium , qui flexis capillis ventum timebat , vel forte caluam diductis ad frontem capillis tegebat , & ne flante vento redirent ad suum locum capilli , nuda relicta calua timebat ventum , vt Marintis lib. 10. epigr. 83. quem sic alloquitur ,*

*Raros colligis hinc & hinc capillos ,
Et latum nitida , Marina , Calua .
Campum temporibus tegis comatis .
Sed moti redeunt iubente vento ,
Redditurque sibi , caputque nudum
Cirris grandibus hinc & inde cingunt .*

Perstringit etiam & Priscum , qui manum timebat , quod forte compo-
sita veste refugiebat tangentes , vt Hortensius olim , & de homine bello ,
lib. 3. epigr. 63. *Pallia vicini qui refugit cubiti .*

Vel forte gipsatis manibus fugiebat alterius manus contractum : Nam
amici manus dextras iungere solebant in salutationibus , vt supra dictū
est , epigr. 21.

5 *MIMOS ridiculi Philistiones .] id est , Mimos ridiculos Philistionis.
Mimorum duo genera . alij fuere ridiculi , & obsceni , alij graues etho-
logi . Vlpian. 2. Olynth. οἱ μίμοι στραφεοὶ παντὸς ανθράκοι εἰσι . ἀλλοι δὲ μίμοι
πλαστοι . id est , mimi Sophronis Poetæ graues sunt : alij autem mimi ridi-
culi . Sed propriè mimi erant ridiculi & obsceni . Diomedes , lib. 3. Mi-
mus est sermo cuiuslibet motus sine reverentia , vel factorum cum lasciva imitatio .
Ouid.*

*Scribere si fas est imitantes turpia mimos ,
Quid si scripsisses mimos obscena iocantes ?*

De Philistione Eusebius , & Sidonius Apollinaris , & alij multi .

6 *TE mæstæ decet assidere matri .] ineptum existimo quod Domitius
sentit , mæstam matrem hic Hecubam intelligi , lugentem virum Andro-
machem , lugentem fratrem suum Electram : Ego communiter existi-
mo dictum , suadereque Maximinæ , vt mæstis omnibus assideat : Nam*

his Tragicis personis, quas Domitius dicit, non poterat Maximina assidere, nec dixisset postea,

7 Et tantum Tragicis vacare Musis.] quod de lectione Tragœdiarum dictum puto. Absidere, autem dixit, quod solennis esset mos lugentium mortuos, sedere: Probant multa veterū testimonia. Tibull. lib. 2. eleg. 7.

Illi ad tumulum fugiam supplexque sedeo.

& Propertius, lib. 3. eleg. 14.

Affert buc vnguenta mihi fertisque sepulchrum

Ornabat custos, ad mea busta sedens.

& in sacris literis Ezechielis, cap. 8. & ecce mulieres sedebant plangentes Adonidem. & Matth. cap. 27. Erat autem ibi Maria Magdalene & altera Maria sedentes iuxta sepulchrum. Sic lib. 7. epigr. 57.

Ad tumulum Picens dum sedei ipse suum.

AD EPIGR. XLII.

Zoilum spurcum fellatorem, vel cunilingum, vel vtrumque nota, quod in solio podicem demergeret, idque consulto & conspurcat, admonetque ut caput mergat, quod fiat ut spurcius reddatur solium.
1 SOLIVM.] Vas esse solium lauationi accommodatum, quod habebatur in balneis, notissimum est, & præterea ligneum fuisse: deinde gliscente fœminarum luxuria argenteum fieri solitum notissimum est, præcipue ex Plinio, lib. 33. cap. 12. sed qua forma fuerit fabrefactum video ignorari, & à nemine quod viderim inquiri. Nam solium diuersum erat à labro. Labrum namque vas erat longum & amplum, capax cuiuscunque iacentis hominis: sed solium existimo dictum à similitudine solij regij, quod erat vas ample & lato ore; ita ut sedentes immisso intus cruribus pertingente aqua usque ad genua, lauari vel foueri possent: Illi scilicet qui nollent in labris mergi, neque ut aqua ventrem & stomachum ablueret. Id videor probare ex hoc epigrammate. Quæ enim est Martialis reprehensio, si Zoilus sublueret podicem in eo vase, in quo solerent iacentes demergi? Et præterea ex epigr. 70. infra quod concludit hoc versiculo,

Ante hinc mentula quam caput lauetur.

Quod epigramma eiusdem est cum hoc argumenti. Sed clarius ex epigr. 81. lib. 6.

Iratus tanquam populo Charidemus lauaris;

Inguina sic toto subluis in solio.

Si vas illud esset ut labrum, quid posset Charidemus aliis nocere, submersis inguinibus. Sed relictis coniecturis manifestè deprehenditur hoc ex M. Catone, lib. de re Rust. cap. 10. ubi enumerans Cato, quæ necessaria sunt ad instruendum agrum, enumerat labra ad multos usus, sed præcipue labrum eluacrum unum, solium unum, & eadem verba repetit 11. cap. labrum autem eluacrum appellat ad lauandum & eluendas sordes.

Ergo solium non erat vas, in quo totum corpus submergeretur. Patet id etiam ex loco Cornelij Celsi : *interpositis duabus horis in solium aquae calide resipinus demittendus est, sic ut a genibus ad umbilicum aqua pertingat.* Ergo necesse fuit, ut hic æger genibus flexis demitteretur in solium : Aliter enim non posset aqua a genibus ad umbilicum pertingere : nam solium ipsum, quod siebat ad crura solum lauanda, sedentes recipiebat, pertinente aqua usque ad genua. Erat igitur necessarium, ut in genua procumberet quis, siue inguina vel ventrem lauare vellet. Probat id etiam locus Suetonij in Augusto, cap. 82. *At quoties nervorum causa, marinis Albulisque calidis viendum esset, contentus hoc, ut insidens ligneo solio, quod ipse Hispanico verbo, Duretam vocabat, manus ac pedes alternis iactaret.* vbi notandum verbum *insidens*, & præterea iactationem illam manuum & pedum non posse fieri, nisi sedendo : & clarius percipitur ex Petronij Satyrico, vbi Eumolpus narrat, ut fuerit e balneo electus ob importunam narrationem ; eius verba sunt : *Nam & dum lauor, pene vapulauit, quia conatus sum circa solium sedentibus carmen recitare.* *At postquam e balneo, tanque de theatro, electus sum, circuire omnes angulos capi, & clara voce Encolpum clamitare.* vbi sedentes fuisse dicit circa solium, idque in balneo. Et Iulius Paulus, lib. 3. sentent. tit. 6. §. 88. de mundo muliebri differens, sellam balnearem enumerat inter alia : vbi non video dubitasse aliquem, aut quæsiuisse quæ sit sella balnearis. Ego existimo solium esse. Nam sellarum in balneo nulla unquam mentio. Vlpianus in L. argento 25. D. de auro & arg. legat. §. ornamenta. 10. in eodem muliebri mundo lauacionem ponebat : existimo esse eandem cum sella balneari Pauli, & solio nostro.

AD EPIGR. XLIII.

Candidum quemdam magnificè liberalitatem laudantem, & Pythagoricam sententiam subinde usurpatem, *πάτε κοινὰ φίλων, nihil autem amicis largientem taxat urbanissimè*; & docet distributione eleganti non esse bona & delicias Candidi amicis communes, & contentione facta inter Candidi opulentiam & suam paupertatem, ostendit eum verbo tenuis, non reapse esse liberalem.

1 CANDIDE κοινὰ φίλων.] Notissimum Adagium est, quod lege apud adagiographum,

Amicorum omnia sunt communia.

2 AT ME QUÆ PASSA EST, &c.] De hoc disticho dictum est satis, ad lib. spectaculorum, epigr. 22.

3 T V LIBYCOS INDIS SUSPENDIS DENTIBUS ORBES.] De orbibus citreis ex Libya Romanum adductis & in magno pretio habitis, qui eburneis pedibus fulciebantur, latus institui posset communis locus, sed quodd notissimus sit (vel ex nostro Poeta Plinio, lib. 13, cap. 15. & Paulo IC. in L. si sterilis. 21. §. quamuis. π. de action. emti) prætermittetur. Tantum dicam notandum esse illam dicendi phrasim : *suspendis orbes Indis dentibus.* vbi *suspen-*

dere fulcire est, & ea quæ sic fulta sunt pendere dicuntur. Prioris formulae exemplum est in Topicis Ciceronis: *Eius operis vitio, quod ita edificatum est, ut suspendi non possit.* de qua & posteriori satis multa à nobis supra dicta sunt ad lib. spectacul. epigr. I. n. 5. Erat verò opulentia argumentum hoc Libycos orbes ebore suspenso possidere, epig. 23. lib. 9.

Credis ob hoc me Pastor opes fortasse rogare. & paulò post:

Vt Mauri Libycis centum stent dentibus orbes.

4 *F V L C I T V R testa fagina mensa mibi.*] à vili mensa materia auger paupertatem suam, & quod fulciatur testa, inæqualem significat; qualis erat pauperum, vel eorum, qui modico contenti rura sua habitabant, vt supra lib. I. epigr. 56.

Pinguis inæquales onerat cui villica mensas.

& Ouid. Metam. 8.

— mensa succincta tremensque.

Pontanus i mensa sed erat pes tertius impar.

Testa parem fecit. —

5 *I M M O D I C I flava tegunt chrysendeta nulli.*] *Chrysendeta,* lances auro & gemmis distinctæ opulentorum supellex, de quibus multa Martialis multis in locis. Nullus autem quanto in pretio haberetur, notissimum est vel ex conquestione Tiberij Cæsaris apud Sueton. cap. 34. Corinthiorum vasorum pretia in immensum exarsisse, tresque mullos triginta millibus nummum vñisse grauiter conquestus. Et Plin. lib. 9. cap. 17. Octo millibus nullum emtum ab Asinio Celere scribit. & Iuuenalis de Crispino. — *nullum sex millibus emit.*

Immodici- verbo mira opulentia amplificatio continetur; nam nullib[re]s magno in pretio erant; propterea quod id pondus raro excedebant. Plin. codem loco, *Ex reliqua nobilitate & gratia maxima est & copia nullis, sicut magnitudo modica, binasque libras ponderis raro admodum exuperant, neque in viuaris piscinisque crescunt.* & noster lib. II. epig. 50.

Nunc vt emam grandem ve lupum, nullum ve bilibrem.

Vbi bilibrem coniunxit cum grandi lupo, vt donum amplificaret. Quamvis Plinius eod. libro, cap. 18. nullum in mari rubro captum octuaginta librarum scribat Licinium Mutianum prodiisse, sed non tam grandes inueniebantur in suburbanis littoribus. Maximum omnium existimo fuisse quatuor pondo & ad selibram, de quo Seneca ep. 95. facetam narrationem apponit, eum scilicet Tiberio Cæsari missum, eius iussu delatum in macellum & venditum, cumque ipse Tiberius prædixisset fore, vt aut Apicius eum, aut P. Octavius emturus esset: Licitati ambo sunt, vicitque Octavius: cum quinque sestertijs emisset pescem, quem Cæsar viderat, ne Apicius quidem emerat. Deinde Martialis tempore librarum quatuor inueniebantur, vt lib. 10. epigr. 31.

Nam bene cœnasti nullus tibi quatuor emtus

Librarum, cœna pompa caputque fuit.

6. At mihi succurrit pro Ganymede manus.] De hac obscenitate dicemus,
lib. 9. epigr. 42. & lib. II. 74.

7. Ex opibus tantis veteri fidoque sodali.] Emphasis est in nomine veteri,
vt diximus supra.

AD EPIGR. XLIV.

Carpit Sextum fœneratorem, vt sordidum & illiberalem, qui petitio-
nem Poetæ, quam timebat, solebat, anteverttere, enumeratis credi-
toribus suis & ingenti ære alieno, quo se premi conquerebatur. Hoc au-
tem sordidorum esse hominum docet Aristoteles, l. 2. Rheror. ad The-
o-decten; vbi cum enumeret ea, quæ pudorem cuius possunt incurere,
hoc addit, *Quando suspicio est aliquid à nobis mutuò esse petiturum, ab eo ante mu-
tuò petere, aut aliquid facere, unde posse à petitione ille retardari.* Seneca etiam
lib. I. de benefic. cap. I. hoc vitium reprehendit his verbis: *Quis enim
nostrum contentus fuit, aut leuiser rogari, aut semel? Quis non, cum aliquid à se peti-
suspiciatus est, frontem adduxit, vultum auertit, occupationes simulavit, longis ser-
monibus, & de industria non invenientibus exitum, occasionem petendi abstulit, &
varijs artibus properantes necessitates elusit? &c.* Idem hoc est Sexti vitium.
Desumit forrasse occasionem fingendi hanc narratiunculam Martialis
ex his locis: Solet enim grauissima quæque ex magnis scriptoribus sum-
ta ad iocos & risum detorquere.

1. *Emi seu puerum togam ve pexam.*] *pexa toga* opponitur *rudi*, quæ pexa
non erat, sed crasso & impolito filo contexta. Vnde *Martialis iocus in*
Fabianum, lib. 3. epigr. 36.

Hoc merui Fabiane toga tritaque meaque,

Et nondum credas me meruisse rudem. & lib. 7. epigr. 85.

Nec leuis toga, nec rudes laceria.

Aliquando *pexa* opponitur *trite*, id est, laceræ, & jam sine villo, vt inf.
epigr. 58. *Pexus pulchrè mea rides Zoile trita.*

Quam Festus decotem, vel vt Lipsius lib. I. elect. cap. 13. emēdat, *decentem*
appellat, quod esset sine flocco & quasi sine cute. Erat igitur *pexa* vestis
tenuissimo filo, è lana selecta, quam peſtebant, vt villoſa desuper esset.
Vnde Plin. lib. 8. cap. 48. *Istriæ Liburniæque lanam pexis vestibus ine-*
ptam dixit, quod pilo propior quam lana sit. Intellexit Lipsius d. lib. I.
elect. cap. 13. *pexam opponi trite;* Sed intellexit male apud Persium, sat. 5.
in illis verbis, — *pexusque togamque recenti.*

Verbum *pexi*, sumi pro *pexato*; & non iniuria reprehenditur à Theodoro
Marcilio in eundem Persij locum, quamvis reprehensionis ratio inep-
tior sit ipsa re reprehensa; dicit enim, inepitiret hoc ita ponens Persius:
sequitur enim, — *togaque recenti.*

Si *toga* recens etiam *pexa* illa; non est necesse *togam recentem esse pe-*
xam: potest enim esse *rudis* & *recens*, & potest esse *pexa* & *trita*. *pexus*
autem apud Persium significat *pexo* capillo & nitido, vt apud Cicero-
nem in *Catilinam*: *quos pexo capillo nitidos videtis.*

2 *Se v tres vt puto quattuor ve libras.*] Heraldus, quem sequitur Raderus, computo legit, loco duarum vocum, *vt puto*, seu *vel puto*, & existimat summam esse aliquam pecuniæ, quam Martialis secum audiente Sexto forte computabat. argutum nimis sed ineptum commentum: loquitur enim Poeta de emtionibus suis, vel pueri vel togæ, vel argenti. Illud autem *vt puto*, interponitur dubitationis causa, quando non succurrat memoria recepta. Hispani dicimus, *Si no me engagno a lo que pienso.* Libras autem intelligit argenti facti: est enim familiaris Martiali dicendi modus, *vt argenti selibram*, lib. 7. epigr. 85.

3 *Q V E M nōsīs veterem meum sodalem.*] Est emphasis in veteri sodale, *vt sup.* epigr. 43. diximus, qui & diues erat: diuitiarum argumentum fœnus: *vt sup.* lib. 1. epigr. 77. de Minerua,

Hæc sapit, hac omnis fænerat rna deos.

& epigram. 86.

— *nil debet, fænerat imò magis.*

Ex arca etiam colligitur diuitem esse, *vt diximus sup.* ad epigr. 77. lib. 1. nec ipse negabat sibi arcam esse; dicit enim:

Et quadrans mibi nullus est in area.

4 *O grande ingenium mei sodalis.*] Ironicas dixit *ingenium*, ne diceret sordes & avaritiam: sic supra lib. 1. epigr. 74. de Cæciliano fatuo Zelo-typo, — *ingeniosus homo es.*

5 *D V R V M eft, &c.*] Elegans Conclusio acerba auari reprehensione comprehensa, quod preces & petitionem Poetæ folidè anteortisset Sextus.

AD EPIGR. XLV.

Faceta Glypti irrisio, qui cum iamdiu arrigere desisset, tandem Cybeles sacerdos factus præcidit mentulam; id tanquam superuacuum reprehendit Poeta, cum iam ipse suo pondere non vteretur, poterat præcisum existimare.

1 *Q v æ tibi non stabant.*] Eadem formula vtitur, epigr. 73. lib. 3.

Dormis cum pueris mutoniatis,

Et non stat tibi, Pbœbe quod stat illis.

& lib. 11. ep. 26.

Stare Lino desit mentula.

& epigr. 28.

Ferreus es, si stare potest tibi mentula Flacco.

à quo verbo deduxit iocum vlt. versu, epigr. 75. lib. 3.

Quæ non stat magno stare Luperce tibi?

2 *G A L L V S eras.*] Galli dicebantur, quibus amputatus esset Priapus. Cybeles sacerdotes Galli dicebantur, propterea quod omnes execti.

AD EPIGR. XLVI.

Arguit Næuolum Auaritiæ, quod sodali ex innumeris vestibus, nul-
lam largiretur pœnè nudo & algenti.

¹ *Cv M breue sicania.] Idem versus est lib. 9. epigr. 14.*

Cum breue Cecropiae ver populantur apes.

² *Sic tua oppositis prælacent prælacernis.] Nam vestes quo nitidiores
essent, præliis solebant premi. lib. II. epi. 9.*

De Pallatinis dominae quod serica prælis.

id est, serica Augustæ prælis Palatinis inclusa: & Seneca de Tranquilli-
tate vitæ, lib. I. cap. I. *Placet non in ambitionem cubile compositum, non ex ar-
cula prolatæ vestis, non ponderibus, aut mille torminibus splendere cogentibus ex-
pressa.* Et Ammianus Marcellin. lib. 28. *Deinde cum à Syluanis lauacro, vel
Mammæ aquis veniant hospitibus, ut quisquam eorum egressus tenuissimis se ter-
serit linteis, solitis pressorijs vestes luce nitentes arbitra diligenter explorat.*

³ *Sic micat innumeris arcula syntheſibus.] Arculae vestium erant repo-
ſitoria, ut patet ex superiori Seneca loco, & ex Horatio, lib. 2. sat. 3.*

— *cui stragula vestis*

Blattarum ac tinearum epula, putrefact in arca.

*Synthesis, hoc loco communiter accipitur pro quavis veste: accommo-
datur quidem aliquando ad cœnatoriam vestem; ut epigr. 80. lib. 6.*

Vndecies una surrexi Zoile cena,

Et mutata tibi est synthesis vndecies.

& ultimo versu,

Frigus enim magnum synthesis una facit.

⁴ *SPECTAS hyemem succincti lentus amici.] Lentus, dixit, pro tardo ad
misericordiam: succincti vero significat pœne nudi, & quasi ad iter ca-
pessendum, vel ad opus accincti.*

⁵ *E t lateris frigora tuta times.] Latus appellat sodalem: ut l. 6. ep. 68.*

Inter Baianas raptus puer occidit vndas,

Eutychus ille tuum, Castrice, dulce latus.

Pro tuta in Veteri est trita, ut sit metonymia, frigora trita, id est, frigora à
tritis lacernis prouenientia, quamvis Lipsius tute legit, non malè.

⁶ *No n metuas mortem Næuole, sed tineas.] Corruptissimus versus varie
aduersis emendatus. Veriore Lectionem existimo esse:*

Non metuas, non Te Næuole, sed tineas.

Hoc acutissimo sensu: *Quantum erat infelix pannis fraudare duobus, non te
Næuole, sed tineas.* Nam cum tot habeas vestes, ut iis nulla ratione ve-
possis per totum vitæ cursum, non fraudabis te veste aliqua, sed ti-
neas, à quibus vestes tuæ corrodendæ sunt. Cumq[ue] dixisset, pan-
nis fraudare duobus, succurrerit statim per iocum Næuoli suspicio[ni], &
timori, qui existimaret velle Martialem se aliqua veste fraudare illis
verbis: *Non metuas: non enim volo te fraudari, sed tineas.*

AD EPIGR. XLVII.

Monet Gallum cinædum, ne famosam moecham sectetur, ne à mærito comprehensus patiatur irrumationem. Similis argumenti est epigr. 60. infra.

1 **L**EVIOR ò conchis Galle Cithériacis.] Conchas Cytheriacas appellat, quod venereæ sint: nam Venus nata ex concha Plautus in Rudente: *Te ex concha natam esse autumant, caue tu harum conchas spernas.* Hinc Hispani appellamus conchas *Veneras* ab eâdem Venere.

2 **C**ONFIDIS natibus.] Sic epigrammate allegato:

Supplicium tantum dum puerile times.

3 **N**ON est pædico maritus.] id est, non gaudet natibus, quibus tu confidis ei soluturum.

AD EPIGR. XLVIII.

BEATAM vitam non loco, sed commoditatibus contineri docet.
ITABVLAM QVE calculoque.] Hendyadis, id est, tabulam calculorum, tabulam lusoriam, de qua lib. II. epigr. 17.

Hic mihi biffeno numeratur tessera puncto:

Calculus hic gemino discolor hoste perit.

2 **V**NVM non nimium rudem sodalem.] Non optissimum, apud quem non liceat ineptire aliquando, sed non nimium rudem, vt de vita beata inf. epigr. 90. — *Sit non doctissima coniux.*

3 **E**T caram pucro meo puellam.] Namque hoc haberet puerum morigerum & quietum.

4 **E**T grandem puerum diuque leuem.] Grandem, ad domestica ministeria, leuem, ad pœdicandum.

5 **H**AC præsta mibi Rufe vel Bitonti.] Sic lego, Bitontum enim vîle & obscurum Apuliae oppidum, & quemadmodum in amœnis locis solemus malis vrgeri; vt lib. 4. epig. 60. — *cum mors*

Venerit, in medio Tybura Sardinia est.

Sic contrâ in obscuris & sterilibus locis quoties nobis suppetunt bona, iucundam transfigimus vitam.

6 **E**T thermas tibi habe Neronianas.] Erant enim hæ thermæ Neronianæ, ceteris amœniores; vt lib. 7. epigr. 33.

— Quid Nerone peius?

Quid thermis melius Neronianis?

AD EPIGR. XLIX.

HVIUS epigrammati acumen facile percipitur ex epigr. superiori 47. & inferiori 60. Vxorem Thelesinam ducere recusat, quod mœcha sit, deinde certior factus eam mœchari cum pueris, cupid eius nuptias, vt scilicet pueros deprehensos possit pædicare. Sic lib. 10. epig. 40.

Semper cum mibi discreteret esse

Secreto mea Polla cum cimado,

Irrupi Lupe, non erat cimodus.

Est elegans

est elegans fabella in Apuleij Asino de pistore, qui puerum latentem v-
xoris suæ mœchum asini illius aurei indicio deprehendit, quem conti-
nuo in cubiculum arreptum paedicauit.

AD EPIGR. L.

FAcetus in Lesbiam iocus, quæ fellatrix erat, & eadem sicca & absti-
mia. Acumen epigrammatis in ambiguitate est illius verbi, *sumis a-
quam*. Sumere enim aquam potare significat. Apuleius de Asino aureo lib.
9. vt aqua recentis oppletam peluum offerrent potui meo, ac si intrepidus & more solito
sumens aquis allubescerem: & præterea id quod veteres fœminæ faciebant,
vt post coitum pudenda lauarent, idque dicebatur aquam sumere; vt di-
ctum iam est lib. I. epig. 96. & quia spurcum huius Lesbiæ os cum futuri-
cum pudendis comparari poterat, quæ aqua abluebantur, ideo dixit: *nil
Lesbia peccas, cum idem facis, quod factura sunt fututrices.*

AD EPIGR. LI.

HYlum pathicum infectatur quòd pauperrimus cùm esset, bene va-
fatos quærebat, & ijs, si quam pecuniolam habebat, largiebatur, &
ipse fame peribat.

¹ VNV s sapè tibi tota denarius arca.] de arca diximus, sup. ad lib. I. epig. 77.

² Et hic calo tritior Hyle tuo.] trita moneta vilior erat, ideo laudata alpera,
quòd noua; nec manuum tritura leuior. Quare Imperator Nero in col-
latione publica exegit ingenti fastidio & acerbitate nummumasperum,
argentum pustulatum, aurum obryzum, quæ verba Suetonij sunt in eius
vita, cap. 44. Persius sat. 3.

*Quis modus argento? quid fas optare? quid asper
Vtile nummus habet.*

Seneca epi. 19. Sed mouebis mihi controversiam, si te noui, nec voles quod
debo, nisi in aspero & probo accipere: quod videri potest desumptum ex
Theophrasti ethicis characteribus cap. 4. *καὶ ἀργονίτης*, cuius verba
sunt: *καὶ πάροιεν τὸ τέλος τὸ λαβὼν ποδουμαλῆσι, πλατὺν τυπεῖται*, & *ἔνεσται*
εἴα δὲ οὐδεποτε. I. & argentum quod ab aliquo acceperit, quasi tenuè nimis
solet reijcere, & postulare, vt alio id sibi mutetur. & cap. 21. *καὶ μηροφιλο-*
νίας. de homine inepte ambitioso, & qui laudis cupidine laborat, sic i-
dem inquit. *καὶ στεῖδος μάτιον φρεΐς, κατόν τινας πόρον αγαθόν* ay. i. & dans minam
argenti, facit dare nouam, dicebatur & asper nummus Græcis albus. glo-
ssa, *ἀσπράτην λαθύν, ασφρύν*, idem *ἀσπρώνης ασπρίτudo*, candor, quod asperi nummi
ijdem & candidi, neclum tritura manuum decolorati. Sic Apuleius l. 9.
Asini aurei: *Demonstrat ei nouitate numia candentes solidos aureos*. Hinc glossæ
Aspratum *κόμυσον*, quòd fortè hæc fuerit collybi origo, intertrimentum
pecuniae, vt paruum illud additamentum collybi, pro eo quod ex num-
mis deteritur, solueretur creditori. Deinde *κόμυσος* commune nomen fa-
ctum est ad omnem argenti permutationem significandam. Pollux lib.
3. cap. 9. *ἀσπρείς ἀναγνή, ο καλύψθρος κόμυσος*. nam in omni permutatione con-
siderari debet pecuniae diminutio, qua ab ipsam pecunia, qua à loco:

à loco, quod eius mutatione pro regionum qualitate pecuniae pretium immutetur: ab ipsa pecunia, vel quod detrita, ut dictum est, vel quod non probi nummi, nam in ipsa cursive adulterabatur argentum æris mixtione, vel aurum. Vnde ærosa pecunia dicebatur, quæ ære permixta erat. Ut in l. creditor, 102. II. de solutionibus. quam solebant questores ad libellam exigere, ut deprehenderent, num proba esset. Liuius lib. 32. Carthaginenses anno argenteum in stipendium impositum primum Romam aduixerunt, id quia probum non esset. Quæstores renunciaverant, experientiis usque pars quarta decocta erat, pecunia Rome mutua sumta intertrimentum argenti suppleuerat. Vbi intertrimentum significat defectus ille argenti in ea pecunia, quæ erat ærosa: quo nomine generatim pro quo quis damno vtitur Iurisconsultus. l. vlt. §. vi. de pignorat. act. simul cum intertritura. quod idem significat, & omnia à verbo tero. Unde Varro detrimentum deducit lib. 5. de ling. lat. quod res trita damnnum accipiant. à quacunque autem causa nummi diminuti sint reprobivocatur, ut in l. eleganter. 24. §. qui reprobos. dicto tit. de pig. act. quibus aduersantur probi, ut est in loco supra citato Senecæ, & Liuij, & apud I.C. in l. Tiuius. 24. II. de pecunia constituta, & alijs. Est etiam de aspero nummo mentio apud Nostrum, lib. 12. epi. 55. vbi puellam auaram præ basiatione, al perum nummum petere dicit his verbis:

Aut libram petit illa Cosmiani,

Aut binos quater à noua moneta.

vbi nouam monetam pro aspera ponit, ut fecerat lib. 4. epig. 28.

Et centum nummos nouæ monetæ.

Et vidimus sup. in ultimo loco Theophrasti.

Vt igitur miseram Hyli paupertatem augeret, denarium solum dicit habuisse non asperum & nouum, sed tritum & penè decutem. & tritiorē dicit denarium: solet enim Cinædos hoc epitheto notare ut lib. 9 ep. 58.

Culus tritior Hedyli lacernis.

3 INFELIX rener spectat coniuia culi.] Spectandi verbo vtitur Matrialis, ad significandum coniuias nihil comedentes sup. lib. 1. ep. 44.

Et nihil inde datum est, tantum spectauimus omnes.

ideò subiungit:

Et semper miser hic ejus est, ille vorat.

Nam vorare dicit eum quemadmodum lib. 12. epig. 76. dixit, Secundum pastas glandes nates habere.

AD EPIGR. LII.

Non minus difficile quam breue epigramma, hoc est, Ego ingenuè fateor me non satis eius sensum assequi. Dicam tamen quod succurrit. Hic Dasius balneo præpositus pretium exigebat ab ijs, qui lauare volebant. Erat iam lotura Spatale ita mammosa ut locum in balneo pro tribus videretur occupare. Dasius ab ea tres poposcit quadrantes, hoc enim erat balinearum pretium, ut testatur Horatius sat. 3. in fine.

— dum tu quadrante lauatum Rex ibis.

Cicero pro Cœlio. *Nisi fortè mulier potens quadrantana illa permutatione familiaris facta erat balneatori; Spatale continuò tres quadrantes persoluit. Simile illud est de numerosa Labieni calua li. i. ep. 50.*

Vidissem modò fortè cum sedentem.

Solum te Labiene tres putau;

Calua me numerus tua fecellit, &c.

Vel fortè nequior huius epigrammati sensus: quod scilicet hic Dasius mulierosus esset, & meretrices sectaretur, cumq[ue] tres appeteret meretrices, vna Spatale contentus est, quæ pro tribus dedit, nam futuit eam Dasius, p[re]dicauit & irrumauit. Itaque Dasius hic peritus huius meretricij negotij, nouit bene meretrices numerare, qui pro tribus vnicam Spatalen poposcit: Nunc ad hunc sensum verba qu[ae] accommodentur, doceamus.

Loturas appellat meretrices, quæ quidem post coitum aquam sumebant, vt dictum est epig. superiori 50. Poscere, obscœnum verbum, id est, petere aliquid obscœnum, vt epigr. 69. lib. 9.

— illud puerile poposci.

Dare, notissimum verbum est, obscœnitati aptum. *Pro tribus* significare id, quod diximus, patet ex epi. 33. lib. 9. vbi cum facilem & morigeram se velle amicam dicere, hæc verba subiungit,

Hanc volo quam redimis totam denariis alter.

Hanc volo que pariter sufficit una tribus.

ybi illa verba, *Quæ sufficit vna tribus*, sic intelligo: quæ vna sufficit tribus obscœnitatibus, futuptioni, p[re]dicationi, & irrumationi, & his verbis explicuit quid significaret illud verbum *totam superari*, id est, eam, quæ duobus denarijs emta nil negerit. Esse autem aliquas fœminas eo infelici adeò perditas, quæ nihil negarent, ex dicto epi. 69. lib. 9. quod poteris legere, constat, & illud omnibus modis largam epigrammati 66. lib. 12. de his obscœnitatibus interpretare.

Sed ego libentius sic interpunderem:

Nouit loturas Dasius, numerare poposcit.

Mammosam Spatalen, pro tribus illa dedit.

Quod sic interpretor, Dasius nouit meretrices, & ideo Spatalen mammosam & deformem poposcit, id est, iussit numerare, id est, soluere futuptionis premium, quod faciebant deformes, vt lib. 11. ep. 63.

Lesbia se iurat gratis nanquam esse futuram,

Verum est, cum futui vuln. numerare solet.

Illa vero dedit pro tribus, id est, soluit triplum pretium, & functa est triplici munere Venereo, vt dictum est.

A D E P I G R. L III.

Dicitur Maximum, qua ratione possit esse verè liber, quod se cupere subinde iactabat: quamuis nolebat ea facere, quæ ad veram libertatem consequendam essent necessaria.

1 LIBER eris, canare foris si Maxime non vis.] Eadem sententia est epigrammatis 11. lib. 9.

Cœnes, Canibare, cum foris libenter
Clamas, & maledicis, & minaris.
Deponas animos truces, monemus:
Liber non potes, & gulosus esse.

& Iuuenal. sat. 5. versl. 161.

Tu tibi liber homo, & regis coniuua riederis:
Captum te nidore sue putar ille culinæ;
Nec male coniectat. Quis enim tam nudus, ut illum.
Bis ferat? Etruscum puerο si contigit aurum,
Vel nodus tantum, & signum de paupere loro.

Vbi liberum Poëta esse negat illum, qui cœnas regum insectatur, & culinæ eorum nidore capitur.

2 Si plebeia Venus gemino tibi vincitur esse.] Plebeiam appellat Venerem eleganti Metonymia, pro ea, quæ demenda est plebeia & populari meritrice, & quæ cuius persoluenti precium pateret. Solebant enim in Lupanari pretia designari meretricum, quæ quidem exigebant ante coitum. Iuuenalis de Claudia Messalina, quæ Lycissæ habitum mentita in lupanari prostabat, sat. 6. lib. 1. &

Excepit blanda intrantes, atque ara poposcit.

& Ouid. lib. 1. Amor. eleg. 10.

Stat meretrix certo cuius mercabilis ere.

Hoc autem pretium à lenonibus in-cellæ scriptione notabatur; quod si virguncula primo prostitueretur deflorationis pretium signabatur, & deinde ceteri concubitus diuersa pecunia summa. Est elegans locus in historia Apollonij Tyrij, Puella prosternit se ad pedes: miserere virginitatis mea, nec prosternas hoc corpus sub tam turpi titulo. Leno vocavit villicum puellarum, & ait; Ancilla exornetur, scribatur ei titulus, qui cum Tarsiam deflorauerit, medium libram dabit, postea populo patet ad singulos solidos. Erat autem forte Martialis tempore duorum assium pretium summænianis mœchis constitutum; & hoc diuersum fiebat pretium, pro loco vel qualitate feminæ. Nam epigr. 33. lib. 9. duo denarij pretium sunt meretricis gravioris, & quæ nil negasset, ut patet ex illo versu,

Hanc volo quam redimit totam denarius alter.

3 Si tua non rectus tecta subire potes.] id est, si velis in cœnaculis habere; atque altis scalis, sed angustis ascendebaratur, ita ut procerus quiuis incuruus subire deberet.

4 Haec tibi si vis est, si mentis tanta potestas.] Excelso quodam & fortissimo opus est ad diuitias & delicias contemnendas.

5 LIBERIO R Partho vivere Rege potes.] Proverbialiter dictū est: Parthorum enim Reges nemini subiecti erant, seq. regum reges appellabant.

AD EPIGR. LIV.

FAcete taxat cinædum, cui vxor custodem dedit spadonem, ne scilicet ab eodem custode possit pædicari. Eundem iocum repetit, lib. 10. epigr. 69.

Custodes das Polla viro, nec accipis ipsa:

Hoc est vxorem ducere Polla virum.

Erat enim rarum, & ridiculum videri poterat viro dari custodem ab vxore, cum contra vsu venit, ut vxori à viro daretur.

AD EPIGR. LV.

Dictum est iam de hoc epigr. lib. 1. epigr. 33. Estque tacita reprehensio cuiusdā Sexti fastuosi & superbi hominis, qui magnus amicus esse volebat, & coli ab aliis: non autem amari ut æqualis.

1. *V is te Sexte colo.]* cultus quilibet disparitatem secum fert conditio-
num: nam cultor timeat necesse est, ne cultum offendat. timori cum
amore non conuenit, ut ait Seneca ep. libenter 47. *Nos potest Amor cum
timore misceri.* & idem ostendit Tragicum illud vetus dictum:

oderint dum metuant. adductum à Cicerone in Orat. pro Sextio,
& 1. Philipp. & etiam lib. de offic. 1. quod scribit Tranquillus Impera-
torem Caligulam iactasse, subinde cap. 30. ubi tragicum dictum appelle-
bat, & quamuis nesciamus à quo Tragico sumtum sit. Seneca lib. 1. de-
ira, cap. vlt. Syllano tempore scriptum dicit his verbis, *Quid ergo? non ali-
que voces ab iratis emituntur, que magno emissæ videantur animo, veram igno-
rantibus magnitudinem? quals illa dira & abominanda: Oderint dum me-
tuant. Syllano scias seculo scriptam.* & idem lib. 2. de Clementia, cap. 2. *Illiad
meum considero, multas voces magnas, sed detestabiles in vitam humanam perne-
nisse, celebresque vulgo ferri; ut illam: Oderint dum metuant.* De qua sententia
multi ex veteribus multa, quibus ostenderunt, quām fallantur tyranni,
qui eam sequuntur. Nam ipsi coguntur in miserrimo vitæ statu, hoc
est, in ipso timore semper versari: præclareque Publius ille mimogra-
phus: *Necesse est ut multos timeat quem multi timent.*
& eleganter Seneca in Quedipo, act. 3.

Timet timentes, metus in auctorem reddit.

Et Cicero in hac eadem sententia, lib. 2. de offic. *Etenim, inquit, qui se me-
tui volent à quibus metuuntur, eosdem metuant ipsi necesse est.* & Salustius, siue
quis alius est, qui ad Cæsarem scripsit de republica ordināda, oratione. 1.
ait, *Neque (arbitror) quemquam à mulis metuendum esse, quin ad eum ex mulis
formido recidat.*

2. *S E D si te Sexte colo, non amabo.]* Notandus est ambiguus sensus in vo-
ce, non amabo: significat enim, non te amore prosequar, ut ego volebam,
& te prosequar odio, quo dignus es, cum tuo fastu & superbia. de for-
mula, *non amare, pro odiſſe,* consule d. epigr. 33. lib. 1.

Non enim fieri potest ut te colam & amem: nam hoc soli Deo acci-
dere potest, ut colatur & ametur: ceteri si coluntur, amari non possunt:

quod in ipso cultu timor sit. Seneca d. ep. 47. *Hoc qui dixerit, obliuiscatur id dominis parum non esse, quod satis est Deo, qui colitur & amat, &c.*

AD EPIGR. LVI.

ACerba illusio in Gallum, forte Libyæ Prætorem, cuius vxor inæcha falso id accidisse, quod non auara alienarum opum fuerit, sed potius sui corporis prodiga.

1. *Non solet illa Accipere omnino. quid solet ergo dare? dare.]* Lufus est in verbo *dare*. Est enim contrarium *non accipere. accipere* autem significat capere pecuniam pretio alicuius rei, ut sup. lib. i. epigr. 96.

Non facis hoc gratis, accipis ut taceas.

Dare autem de fœminis obscenum est verbum, id est, viris gratificari & morigerari, ut 16. epigr.

— *vis dare nec dare vis.*

AD EPIG. LVII.

VEntosum quendam notat, qui fastum & diuitias cum ostentare vellet, nihil tamen haberet, vnde fastum & comites posset sustinere. Est forte hic Saufellus ille, de quo infra epigr. 74.

1. *Hic quem videtis gressibus vagis lentum.]* tardus incessus grauitatis & dignitatis signum.

2. *Amethystinus media qui secat septa.]* id est, qui amethystinis vestibus, sed conductis ornatus, per media septa ambulat vagus. Erant enim septa, vbi populus suffragium ferebat, sed quando coimitia non erant, in ipsis septis erant mercatores res pretiosas & delicatas vendentes, vbi solebant semper ferè omnes diuites adesse, ostenditur id manifesto ex epigr. 60. lib. 9.

In septis Mamurra diu multumque vagatus

Hic rbi Roma suas aurea rexit opes.

Et per totum epigramma. & præterea lib. 10. ep. 80.

Et gemitus imo promit de pectore, quod non

Tota miser coemat septa, feratque domum.

3. *Non ipse Codrus alpha penulatorum.]* numerum & ordinem notant Græci Alphabeticis litteris. Sic & appellant primum, β, secundum, γ, ultimam. In sacris Literis: *ego sum α & ω, principium & finis.* Hic autem Codrus lacernas omnium preciosissimas gestabat, quem finigit Poeta sibi subiratum, epig. 27. lib. 5. quod eum & dixerit pænulatorum, quod epigramma sic concludit:

Dicas licet beta me togatorum.

4. *Quem grex togatus sequitur & capillatus.]* de togatis diximus, lib. i. epig. 109. Capillatus grex puerorum nobilium est, ut epigr. 62. lib. 10.

Ludi magister parce simplici turbe:

Sic te frequentes audiunt capillati.

nutriebant enim comam ingenui pueri, & aliquando cirris insigniebantur. Sic Persius sat. r.

*Ten' cirratorum centum dictata fuisse,
Pro nihilo pendat!*

capillos namque nutriebant vsque ad pubertatem, vnde capillati pueri imberbes dicebantur. Petronius, *Videmus senem caluum tunica vestitum rufca, inter pueros capillatos ludentem pila.* & alibi: *A quam poscit ad manus, digitosque paululum aspergos in capite pueri ter sit.* & Noster lib. 3, epi. 58.

Et padagogi non iubente, lasciui.

Parere gaudent villico capillati.

Hinc Persius sat. 3, vers. 54. inde tonsam appellat iuuentutem.

— quibus inde tonsa iuuentus

Inuigilat silquis, & grandi pasta polenta.

*RE CENS Q V E sella.] de gestatorijs sellis vide Lips. Elect. 1. cap. 19.
affatim differentem:*

*6 OPPIGNERAVIT admodum Claudij mensam.] fortè hic Claudius est
idem trapezita, de quo lib. 12. epig. 57.*

Hinc otiosus sordidam quatit mensam.

Neroniana nummularius massa.

Erant namque Neros ex familia Claudia. Erat autem signum extremæ & deploratæ egestatis, annuli vel venditio vel oppigneratio. Iuuenal. sat. II. vers. 42.

Talibus à dominis, post cuncta nouissimus exit

Annulus, & digito mendicat Pollio nudo.

& se annulum detracturos dicebâr, cum omnia sua profusuros esse pollicebantur in alicuius fauorem. Sueton. in Iulio cap. 33. Nam cum in alio quando exhortandoque sapiens digitum lena manus ostentans, affirmaret se ad satisfacendum omnibus, per quos dignitatem suam defensurus esset, annulum quoque a quo animo detracturum sibi, extrema concio, cui facilius erat videre concionantem, quam audire pro dicto acceptit, quod visu suspicabatur promissumque ius annulorum cum milibus cccc. fama distulit. Sic Hispani dicimus in simili re, vender hasta la causa.

AD EPIGR. LVIII.

DE hoc epigrammate dictum est sup. epi. 44. Carpit Zoilum, quod pretiosis cōductis vestibus fastuosus incederet, irriteretque Marialem trita toga indutum: fatetur quidem tritam esse, sed suam & non conductam.

AD EPIGR. LIX.

ENcomium coenationis cuiusdam, à Domitiano constructæ, quam ipsi propter eius exiguitatem, micam auream vocauit.

1 Ex me Casareum prospicere tholum.] qui sit hic tholus Cæsareus prorsus ignoro. Nam tholus commune nomen est ad omnia cacumina in ædificijs rotunda forma fastigiata. Sic Varro de re rustica, tholum appellat.

ædificium rotundum, columnatum: huiusmodi erant Romæ infiniti. Si coniectura locus est, existimauerim micam hanc ita esse exædificatam, vt ex ipso triclinio prospiceretur aliquis tholus ædificij, quod sepulchrū alicuius præteriti Imperatoris contineret; & ausim affirmare esse Mausoleum D. Augusti: quod quidem ex eius ruderibus, & modo ædificij cōiectare nunc possumus, in tholum desinebat, quo viso admonebantur conuiuæ suæ sortis, & naturæ imbecillitatis; quod breuis æui essent, & citò morituri. Nam si Augustus qui viuus inter Deos relatus fuerat, & Deus habitus, condebatur illo sepulchro, quî posset inferioris sortis homo properam non expectare mortem? Hæc autem mortis memoria ethnico illos ad vitæ lauitias excitabat, vt diximus, affatim lib. 1. epigr. Itaque existimo totā vim huius epigrammatis in prospectu tholi sitam esse: & illum Deum Augustum significare, cuius erat tholus. Et iuratus dicere hunc esse verum Martialis sensum, & epigram. 65. lib. 5. gemellum huius esse, vbi cum eadem continuatur exhortatio ad delicias, clauditur epigramma hoc disticho:

Iam vicina inuent nos viuere Mausolea;

Cum doceant ipsos posse perire Deos.

Quis non dicat Martialem seipsum explicare voluisse? Quamuis sciam hæc aliter accipi à doctissimo Scaligero lib. 2. Ausonianarum lectionum cap. 26. qui existimat tholum Cæsareum eumdem esse, in quem ipsa mica fastigiabatur. Sed hoc ipsius Latinitatis ratio non admittit. nam si tholus ipse bona pars est eius ædificij, quî diceret Martialis ex hac mica prospici tholum? Præterea idem magnus vir subiungit ex ipso micæ tholo pedere cranium humanum, quod mortis conuiuas ipsos admoneret. Credere libenter oculato testi Scaligero, sed ipse nec auritus est; nam neque videre potuit micam hanc, tot seculis iam dirutam: nec ad illam cranij suspensionem probandam auctorem aliquem adducit. Cætera quæ ipse scribit de cranijs, vel laruis adductis per conuiuia, sic aptis, vt earum articuli, vertebræque in omnem partem verterentur, vt conuiuæ humanæ conditionis admoniti largius genio indulgerent, doctissime vt alia etiam multa, quæ de imagine circumlata per triclinia ab alijs adducuntur, & à Lips. lib. 1. Satur. cap. vlt. libenter probo, exoscular, & addo cap. 8. dist. 44. in decreto. vbi hunc morem peruenisse pènè incorruptum videatur vsque in illud tempus Christianorum. cuius cap. verba sunt. *Nec laruas dæmonum ante se ferri consentiat [presbyter vllus] quia hoc diabolicum est, & sacris canonibus prohibitum.* Sed non existimo ad hoc Epigramma villa ratione hæc pertinere.

1. *F R A N G E R E toros.]* id est, libenter in thoris reside. Hac formula vtitur epigram. 8. lib. 4.

Imperati structos frangere nona toros.

2. *T I N G E R E nardo.]* tingere pro vngere rarum esse diximus iam suprali. 1. epi. 78.

AD EPIGR. LX.

DE hoc epigrammate iam supra epi. 47. aliquid diximus. Monet Hy-
lum puerum, vt discedat ab vxore armati Tribnni, nec natibus con-
fidat, nam quamvis castrari mares vetuisset Domitianus, vetuerat etiam
& adulteria.

VXOREM armatis futuis puer Hyle Tribuni.] armatum Tribunum dixit, vt
ostenderet Tribunum militarem. Tribuni plebis, Tribuni ærarij & alij
multi distinguebantur à militaribus, quod militares inquam, latus para-
zonio cingerent. Erat autem parazonium latus quidem gladius mucro-
ne obtuso, de quo lib. 14. epi. 32.

Milie decus hor, & grati nomen honoris,

Arma Tribunitium, cingere digna latus.

SVPPICIV M tantum dum puerile timet.] Sic omnino legendum, nō
autem puer Hyle. Est vero puerile supplicium paedagogio.

DV M ludis.] de verbo latendii diximus supr. lib. 1. epi. 4.

CASTRABERE] respexit ad morem antiquum. Poena enim fuit
frequens apud Romanos Mœchis irrogata, à maritis castrari: Plautus in
Pœnulo scena, satis spectatum.

MI. *Quid agis? s v. facio quod manifesto mœchi hanc fermè solent.*

MI. *Quid es? s v. refero vas a salua. vbi ludit in voce vasa.* Vasa enim etiam
testes significant, vnde bene vasati, pro mutationis, vt diximus ad lib. 1. epi.
5. De hac etiam poena locus est apud Valer. Max. lib. 6. cap. 1. C. Accienus
à Vibieno. Item Pontius à P. Cenio deprehensi castrati sunt, quod mariti non, in-
consulto faciebant: Ea enim parte eis peccatum erat. Hinc iocus est epi.
8. lib. 3. vbi Martialis irridet maritum quendam, qui mœcho abcidderat
nares, cum debuisse potius partem secare, qua offensus erat.

IAM mibi dices, Non licet hoc] Domitianus edicto vetuerat castrari
mares, non hominum charitate, sed odio fratri Titi, & vt eum mortu-
um in inuidiam adduceret. Testis Xiphilinus è Dione in vita Domitia-
ni, cuius verba ex interpretatione Gulielmi Blancki hæc sunt. Quas ob res
eis Edrinum Eunuchum amabat, tamen quod Titus execatos quoque dlexerat, retinuit
in eius contumeliam, ne qui in posterum intra fines Romani Imperij castrarentur,
Suetonius etiam in Domitiani vita, cap. 7. meminit eiusdem dicti.
Poëta etiam lib. 6. epi. 2. Eadem hæc tam castrationem marium, quam
adulteria prohibita fuisse à Domitiano, per rotum epigramma docet: &
de castratione sola innuit, lib. 7. epi. 7. & 9. & Papinius lib. 4. Syluarum
in vita Domitiani, vbi Domitiani laudes enumerat.

*Qui fortē (inquit) veterat interire sexum,
Et Caesar prohibet mares adulteros.*

Pulchra supplicium timere formæ.

Quod idem narrat & Ammianus lib. 18. Domitianum imitati sunt & a-
lij Imperatores, hominum generi proinde consulentes, vt Hadrianus
testante Vlpiano in I. Cornelia. 4. §. vlt. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. &

Paulus Iurisconsult. lib. 5. sentent. tit. 23. §. 13.

6. HYLE licet?] id est, adulterari non licet, quod caueatur eodem e. dicto.

AD EPIGR. LXI.

ACerbē inuechitur in maledicūm queindam, qui cum antea fellatō effett, deinde maledicēntia famosus factus fuerat.

1. CVM tibi vernarent dubia lanugine mala,] id est, antequam ex Ephebis excessisse. Legendū autem omnino est dubia, vt lib. 12. epig. 42.

Tam dubia est lanugo tibi, tam mollis, &c.

Mutata est vox dubia in tenera ab ijs, qui non intellexerunt, quid esset dubia. Illud dubium dicitur, quod dubitari potest, sit necne. Deducitur a vocibus, duo & via, quamuis in b cognatum immutetur. Cum enim due viæ sunt, hæremus nescientes, utram capessamus. Hinc dubiū illud dicitur, quod nos reddit ancipites. Sic, dubia lanugo ea est, quæ vix oculis percipitur. Vnde intelliges difficile illud epitheton epig. 76. lib. 3. de Bætico sarcophago:

Et pulpam dubio de petasone voras.

significat enim dubius petason, de quo dubitari possit, putridus sit, nec ne.

2. L A M B E B A T medios improba lingua viros] Periphrasis fellationis, vt lib. 3. epi. 81.

Hac debet medios lambere lingua viros.

3. P O S T Q V A M triste caput, &c.] haec per summum contemtum dicta sunt: lambebat enim abiectissimos homines, & ab ijs etiam fastidiebatur.

4. N I M I A Q U E ærugine captus,] id est, in terribilium delapsus vitium: Nam quemadmodum ferrum, quod ærugine capit, quod eadem formula Hispani dicimus (tomarse de orin) omnino corrumpitur; sic qui aliquo inficitur vitiō, ærugine capi dicitur.

5. A D I A T R A S nomen quod tibi cunque datur.] id est, latras ad quodcunq; tibi datur nomen.

6. N A M cum fellaret, purior illa fuit.] mala vel impura lingua dicitur maledica, impurus homo, impurum os; impura lingua dicitur de fellatore & cunilingo. Est igitur iocus in voce purior, nam lingua eius, cum fellaret, non erat adeo impura & mala, quamvis esset impurissima. Est elegans iocus ex hac ambiguitate lib. 3. epi. 79.

De nullo quereris, nulli maledicis Apici.

Rumor ait lingua te tamen esse male.

De homine impuro. Est ex ambiguo etiam iocus lib. 9. epig. 64.

Ad cœnam inuitant omnes te Phœbe cynadi,

& centula quem pascit, non puto purus homo est.

& epigr. 69. puram puellam appellat eam, quam ipse non irrumasset.

Sed mihi pura fuit, tibi non erit Aeschyle si vis,

Accipe & hoc munus condicione mala.

Petronius sic intelligendus est in satyrico; *Quibus ego auditis intentavi in oculos Aeschyli manus, & quid dicis, inquam, mulierbris patientie scortum, cuius nee spiritus purus est?* Et paulo post: *Non tales nocturne percussor, qui ne tu quidem cum forister faceres cum pura muliere pugnasti.*

AD EPIGR. LXII.

LAbienum pathicum urbanè perstringit, ea occasione, quod crura, pectus, brachia & pondus velleret. Videri hoc poterat amicæ causa facere; sed interrogat cuius causa culum depilet, quod facere non poterat, nisi pædiconum causa.

Quod pectus, &c.] molles depilari solebant, & præcipue pectore, ut supra diximus ad epigr. 36.

AD EPIGR. LXIII.

LVxuriosum Melichum describit, & luxuriæ crimine damnat eleganti dilemmate; qui cum centum sestertia sola haberet, è sacra Via Lædam pulcherrimam seruam totidem sestertijs emit. tantam pecuniam impendere in amatam seruam luxuria est. *Quod si dixeris Meliche te non amare, maior luxuria erit.*

Quæ tulit à sacra Leda redempta via [falsò hic putant Domitius & Heraldis hanc Lædam meretricem fuisse, & hanc pecuniam à Melicho amatore ei datam. Est enim intelligendum de serua emta, vt epi. 71. lib. 6.

Vendidit ancillam, nunc redimit dominam.
redimere enim emere est, vt eodem lib. epig. 60.

Et redimunt soli carmina docta coci.

Cicero in Anton. Pompio (inquit) sua domus patebit, cāmque non minoris, quam emit Antonius redimet, redimet inquam Cn. Pompej domum filius. & apud iurisconsultos pluribus in locis. hinc Vectigalium emtor redemptor appellatur ab iurisconsulto Alfeno in l. Cæsar. in princip. II de Publicanis & vectigalibus, & etiam apud Imperatorem Constantiū. l. I. de officio rectoris prouinciæ, c. Theodosi. Non sit venale iudicis velum, non ingressus redemti, non infame licitationibus secretariorum. Quid? quod tanta pecunia vix poterat cum meretrice consumi, & si cum meretrice consumta fuisset, quam frigidum esset dubitare an amasset Melichus eam. Quæ enim causa poterat intercedere præter amorem tantæ cum meretrice expensæ pecuniæ? De serua poterat dubitari, vtrum vel formæ causa, vel ministerij emeretur. & præterea via sacra vendebantur serui, vt alia res.

Si rari diues amares,] nam impensis solis centum sestertijs, quæ Melichus possidebat, iam pauper erat factus: pauperi autem amare turpe est; vt sup. lib. I. epi. 93.

Denique pædica Mamuriane satur.

& Saluianus Massiliensis Episcopus lib. 7. de prouidentiâ Dei in princip. luxuriosos pauperes his verbis infectatur. *Criminosor quippe est luxuriosa paupertas, & maioris est inuidie miser nugator.* & inferius: *Adde autem quod hac, vt dixi, faciunt iam senes, adde quod pauperes.* *Vtrumque enim sceleris*

augmentum est: minus siquidem prodigiosum est peccare innenes, peccare locuples.

AD EPIGR. LXIV.

Reprehendit urbanè Taurum quemdam cunctabundum, & de vita
fine diu deliberantem, qui modo se ad Rhetoris, modo ad causidici
munus cogitatione applicabat, nunquam tamen manus operi admoue-
bat. Dicit in hac dubitatione cunctatem eum futurum forte ut mors oc-
cupet.

1 *E t fuerat serum iam tibi desinere.] id est, si opportuno tempore alicui ex*
his duobus muneribus te addixisses, iam diu deberes ab utrolibet feriari,
essetque serum nunc id relinquere.

2 *S i schola damnatur.] id est, si Rhetoris officium non arridet tibi: Rhei-*
tores namque ij sunt, qui in ludo Rhetorica precepta discipulos docent.

3 *I P S E potest fieri Marsya causidicus.] id est, ea est caussidicorum inopia*
& solitudo, ut ipse Marsyas saxeus, & in foro stans posset caussas habere.
Hic enim legitimus est Poëte sensus. Nam suprà dixit de paucitate Rhei-
torum.

— tres uno perierunt Rhetores anno.

Præterea muneris huius facilitatem notat, ut fecerat sup.lib.1.epi.18.

Cogit me Titus actitare causas,

Et dicit mibi sepè, magna res est.

Res magna est Tite, quam facit colonus.

& etiam tarditatem Tauri satyrice designat, quasi dicat: quamuis ruditus
& saxeus sis, ne desperes, nam ipse Marsyas fungi potest hoc munere.

AD EPIGR. LXV.

Ironicè & irrisoriè illudit Saletanum, quod ficto ob uxorem mortuam
dolore tristior incedebat, à qua tamen decies centena millia numū
dotis acceperat.

1 *E X T V L I, inquis, uxorem.] refert Saletani respondentis verba.*

2 *O grande fati crimen!] quod in veris doloribus accidebat, hic in ficto*
singit Poëta: fortunam enim & fatum & Deos ipsos accusabant veteres,
ut sup.lib.1.epi.13.

Nimirum timuit nostras fortuna querelas.

& apud Tacitum lib.2. Annalium: *commota plebs in Deorum iaciebat.*

3 *C E N T E N A decies qua tibi dedit dotis?] Ex Iuuena. loco sat.10. vers.335.*

— & ritu decies centena dabuntur Antiquo.

vbi glossæ veteres sic habent: *Dos scilicet secundum morem.* Colligunt aliqui
hanc fuisse summam antiquæ dotis. Adiuuant hanc opinionem authori-
tate Taciti Annali. libr. 2. vbi cum narrasset Domitij Pollionis filiam
captam esse in virginem Vestalem, posthabita Fonteij Agrippæ filia, ad-
dit: *& Caesar quamuis post habitam decies sextertiij dote solatus est.* & ex Seneca:
Beatores istos putas, quorum Pantomima decies sextertio nubunt, quam Scipionem, cu-
ius liberis a senatu in dote as graue acceperunt.

& Martialis lib. 11. epi. 24.

*— decies mibi dotis in auro**Sponsa dabis, dixi.*

Addere possent verba Vlpiani iuris consulti in l. cum de in rem verso, defsur. Sed miror lapsos esse in re adeò manifesta, nec vellem doctissimum Lipsium in hanc opinionem inclinasse: Nam Iuuenalis locus sic accipiendo est: vt illa vera *ritu antiquo* non ad summam, sed ad dotis dictiōnem referantur: quod glossæ clarè innuunt, & Senecæ locus contra illos est, nam Pantomimæ, quæ Senecæ tempore decies fœstertium dotis accipiebant, opponuntur veteribus Scipionibus, quorum filiæ exiguum pecunia summam in ære graui à sénatu sumebant nomine dotis. Vlpianus vero (vt Tacitus) loquitur de personis certis, & de dote certa, quæ fuit eius summa: nec poterant rei ipsi quæ acciderat vel addere vel demere, sicquæ non est verum solennem esse eam pecunia summam in dotibus. Nam possent mille authores laudare, apud quos maior vel minor dotis summa reperitur. Sufficiat idem Martialis epi. 38. lib. 5.

Ducenties accepit, & tamen viuit.

& Iuuenalis idem sat. 2. de fœtis Gracchi nuptijs, in quibus ad verarum nuptiarum ritum dos dicebatur, ait:

*Quadrinēta dedit Gracchus fœstertia dotem.**Cornicini.*

Præterea quis adeò stupidus est, vt existimet apud aliquam nationem fieri posse, vt sit constituta, & certa, & solennis dotis summa? Cum Respubl. ex diuitiis & pauperibus constet, & quisque pro sua facultate dotem dicat filiabus suis. Sed existimo hanc dotis summam in incertis personis exempli causa, pro dote signatam, & vt rectè admonuit Heraldus, pro maxima dote positam, usurpatam fuisse ex communi loquendi more: Nam quoties multam pecuniam significare volebant, per Syncedochen decies centena dicebant, vt mille homines pro multis. Horat. sat. 3. lib. 1. in princ. de Tigellio Sardo Cantore.

*— decies centena dedidisse.**Huic parco paucis contento quinque diebus**Nil erat in loculis.*

Ideo Seneca loco sup. scripto, cum notaret Pantomimas summa & maxima dote decies centenis fœstertijs nubere dixit. Itaque *decies centena* non est solù solennis summa in dotibus, sed ad maximas dotes & ad maximas quasque pecunia summas exprimendas ea verba ioculariter usurpatur, quod vellem doctissimum Lipsium animaduertisse.

⁴ N O L L E M . accidisse hoc tibi Saletane.] faceta ironia totius epigrammatis est. illud enim:

O grande fati crimen, o grauem casum!

ambiguè dictum. Sonat enim conquestionem veram sortis Saletani, qui amiserat vxorem; sed re vera conquestio est indignantis Martialis, quod

tam grandem pecuniae summam hereditate accepisset. Eodem modo intelligendus hic versiculus. Sonat enim, nolle *vt vxorem amissis;* sed reuera est, nolle *vt sic locuples effectus sis.*

AD EPIGR. LXVI.

Mōrosam depingit matronam, quæ comta à serua ornatrice, cum animaduertisset in vnico anulo cirrorum peccatum fuisse, ira accensa, eodem speculo quo id animaduerterat in *Plecusam* ornaticem animaduertit tanta scutia, *vt sectis comis, & fracto capite misera Plecusa* ceciderit.

Totum per se liquet: & præterea per pulchrè omnia Heraldus est interpretatus, quem confule.

Illud *vt digna speculo fiat imago tuo.* de caluitie, quam imprecatur Lalagæ, intelligendum est. quicquid enim *depilatum est, caluum* appellat Martialis, *vt supr. epigr. 33.* Philænū caluam assimilari dicit mentulæ, inueniens mentulam caluam esse, id est, depilatam. Sic speculum caluum erit & simile cranio Lalages.

AD EPIGR. LXVII.

Molestam Posthumi importunitatem ab otio profectam notat, qui quoties Martialem conueniebat, semper quid ageret, interrogabat. hoc dicit inde esse, quod Posthumus ipse nihil haberet, quod ageret: Nam quamuis erat communis formula eorum qui se salutabant, *vt notat Briffon. lib. 8. de formul. ciuiliter,* non tamen siebat nisi semel in die.

AD EPIGR. LXVIII.

Artificiosè reprehendit voluntariam seruitutem salutantium & affectatorum, qui *vt à magnis amicis impetrarent diuicias, iis solebant adulari:* De quibus plurima est apud hunc Poëtam mentio, sed nihil hoc epigrammate urbanius: fingit autem se sponte sua ab hac seruitute, quam impenderat. Olo vindicasse.

I [Q uod te nomine iam tuo saluto.] Salutare proprio nomine æqualium erat, vel superiorum, ad conciliandam vel confirmandam gratiam. Vnde candidati, qui petidores erant magistratum, plebeculam proprij nominis salutatione demulcebant. Hinc profectum mirabile illud *nomenclatorum* (quos etiam monitores vocabant) ministerium, de quo passim apud authores veteres mentio est, & dicemus plura ad epigrammata 22. & 55. lib. 5. Sic Horatius: gratia conciliandæ instrumentum nomenclatorem existimat. Scribit enim saty.

Si fortunatum species, & gratia præstat:

Mercemur seruum, qui dicit nomina, lauum

Qui fodiat latus, & cogat trans, pondera dextram

Porrigeret.

Nominare enim aliquid nomine proprio, argumentum est memorie illius, quam non retinemus eorum quos non amamus. Vnde Principes

aliqui ad hominum gratiam comparandam, memoria retinebant singulorum nomina. Ex qua re immortales laudes reportabant. D. Augustus, ut de illo scribit Sueton. Patres in Curia salutauit sedentes, & quidem nominatim singulos, nullo submonente; & quod magis miris, de Neronē scribit idem: *Omnes ordines subinde ac memoriter salutauit.* & de optimo Principe Traiano scribit Plinius in Panegyrico hæc verba: *Gratum erat cunctis, quod Senatum osculo exciperet, ut dimissus osculo fueras.* *Gratum quod Equestris ordinis decora honore nominum sine monitore signares.* *Gratum quod tantum, non ultro clientibus salutatis quasdam familiaritatis notas adderet.* Quod esset æqualium salutatio, nomine proprio facta, probari potest ex epigrammate 113. lib. 1.

Cum te non nossem, dominum regemque vocabam,

Postquam te novi, iam mibi Priscus eris.

Sed clarius ex hoc ipso, nam quando Olum colebat, regem & dominum vocabat. Nunc autem cum se ab ea seruitute vindicasset, proprio salutabat nomine. Id etiam perspicue ex epig. 88. lib. 6. colliges:

Mane salutavi vero te nomine casu,

Nec dixi dominum Cæciliæ meum.

Quanti libertas constet mihi, tanta requiris.

Centum quadrantes abstulit illa mihi.

De nomine regis, vide plura ad epig. 18. hoc eod. libro.

2. *T o r i s pilca sarcinis redemis.*] notissimum est epigramma; *ad pileum vocare;* Consule adagiographum, vbi plura congerit in hunc locum communem.

3. *T o r i s sarcinis.*] id est, sarcinulas meas vendidi, ut corrasa inde pecunia possem sportulæ tuæ supplere vicem. Vide adagium, *cum sarcinis evanescere.*

4. *Q u i se non habet.*] is dicitur se habere, qui cupiditates suas coercere potest. Vide adagium: *Qui se non habet, sumum postulat.*

5. *S E R V U M si potes Ole non habere.*] Salutatores illi & anteambulones solebant à fastuosis illis regibus & dominis suis sportulam accipere, quibus seruum alebant, pensionem domus persoluebant, emebant vestes, & etiam Veneri faciebant satis, ut constat ex epigr. 30. lib. 3. & epig. 26. lib. 4. sexaginta nummis se togulam non emere dicit, & ideo Posthumus seruituti renunciare. Idem dicit lib. 9. epigr. 103. & Iuuenal. sat. 1.

Sed cum summus honor finito computet anno,

Sportula quid referat quantum rationibus addat.

Quid facient Comites, quibus hinc toga, calceus hinc est

Et panis sumusque domi.

Qui igitur his omnibus valedicere potest liber esse poterit. Nam quicquid his rebus & gulae præcipue addictus est, liber esse non potest: vt epig. 11. lib. 9. *Liber non potes & gulosus esse.*

Hæc omnia vidimus probata, sup. epig. 53.

AD EPIGR. LXIX.

Iridet facete nebulonem quendam cœnipetam, sed qui recusantis
specie semper ad cœnam vocatus ibat. singit cogi ad cœnam rectam
à Meliori, & monet ut si vir sit, constanter neget se iturum, ne scilicet
inuitus eat. Hi namque parasihi vtebantur imposturis, quas elegan-
ter detegit Sidonius, lib. 3. epist. 3. Ieiunat, inquit, *quosies non vocatur, sed sic*
quoque levitate parasitica inuitetur excusans, &c.

1 IPSE quoque ad cœnam gaudebat Apicius ire.] Argumentum à minori:
Si ditissimus & luxuriosissimus Apicius gaudebat ad cœnam ire, cur tu
pauper & qui domi non sis cœnaturus, non gaudebis? Est autem hoc
argumentum fictum à Martiale; & hæc fictio ei familiaris. Sic lib. 7.
ep. 41. singit Alcinoo multos poma dedisse,

Alcinos nullum poma dedisse putas?

2 Si tamen inuitus vadis, cur Clasice vadis?] Firmum argumentum: nam
si potes non ire, non ibis, si inuitus vadis: & est paraceue ad sequen-
tem Clasici responsionem.

3 COGOR aisi verum est, cogitur & Selius.] Elegans lusus in verbo *cogi-*
tur. Cogi enim dicitur is qui contra voluntatem suam aliena vi aliquid
facit: & *cogi* dicitur, vngi aut duci ad aliquam rem quamvis propria
voluntate. Sic Seius de cuius diligentia, qua curabat ad cœnam vocari,
dixerat satis, sup. ep. 11. 14. & 27. sua voluntate cogebantur ad cœ-
nam. Apud Terentium in Andria, act. 4. Scen. 1. Carinus ironicoe
perstringit Pamphilum, quod Philumenam quam dixerat odisse vxorem
cuperet his verbis,

C. scio cum patre alterasti dudum, & is nunc propterea tibi

Succenset, nec te quinque hodie cogere illam ut duceres.

& paulò inferius:

C. scio tu coactus tua voluntate es.

4 Si vir es, ecce nega.] Virum appellat noster eum, qui vel gloriā,
vel diuitias, vel voluptates contemnit. Itaque hoc loco, *si vir es*, id est,
si conuiua & lauiores epulas potes contemnere, dic te nolle ad cœ-
nam ire. Sic de gloria supr. lib. 1.

Nolo virum facilis redire qui sanguine famam.

& de ingenij laude, lib. 6. epig. 14.

Versus scribere qui potest disertos

Non scribat, Laberi, virum putabo.

AD EPIGR. LXX.

Cotylum fellatorem alios fastidientem, & qui nolebat quemquam
Cprius in solio lauari, notat & docet spurciorem eum esse, quam
quemuis alium.

1 NON VIS in solio prius lauari.] de solio diximus sup. ep. 42.

2 VNDIS ne fouearis irrumatis.] facete vocat aquas irrumatas, que
mentulam abluerint & contraxerint sperma.

3 TE primus

Te primus licet ablvas, necesse est, Ante hic mentula, quam caput lauetur.] Obscurior locus si attentius legeris, quem sic explicabo. Cotylus formidabat aquas irrumatas : ne igitur irrumatae sint, lauet ipse primus. sed hac lege ut potius obscenas partes quam caput in folio abluit : quod fellantes os habent spurcum; adeo ut si aliquem basiauerint, eum sordibus inficiant. Sic lib. ii. epigr. 96. admonet Flaccum:

Incidet quoties in basia fellatorum,

In folio puto te mergere Flaece caput.

Est igitur sensus, *licet*, id est, quamvis tu primus ablvas te, necesse est, ne irrumentur aquæ ante, id est, potius hic cauetur pondus tuum, quam caput.

AD EPIGR. LXXI.

Cæcilianum veteratorem callidum carpit facetissime, qui quoties Caliqua carmina Martialis legeret, continuò ea cum similibus Marci vel Catulli versibus comparabat, tanquam si Martialis carmina illis præferret. Dicit malle se, ut Cæcilianus reciteret sua, quam illorum veterum Poëtarum. Totum autem epigramma per ironiam contextum est.

CANDIDIVS nihil est te.] Candidus ille dicitur, qui ingenue & absque iuuidia iudicat. Erat autem communis Poëtarum querela, quod homines iuuidia moti vetera præsentibus præponebant, & opera viuorum Poëtarum reprehendebant non alio nomine, quam quod noua essent. Tractat hunc locum eleganter Horat. lib. 2. epist. 1. ad Augustum, quæ tota versatur fere in hoc argumento, sed præcipue illa carmina,

Indignior quicquam reprobendi, non quia crasse

Compositum, illepide putetur: sed quia nuper

Nec veniam antiquis, sed honorem & præmia poscit.

& hic noster epig. 69. lib. 8.

Miraris veteres Vacerra solos,

Nec landas nisi mortuos Poetas.

Et vide quæ diximus ad epigr. 1. lib. 1. Ironicus igitur candidissimum dicit Cæcilianum, quod præferat Martialis viui carmina Marci & Catulli mortuorum poëmatis, quod maligni non fecissent.

HÆC MIHI DAS TANQUAM DETERIORA LEGAS.] Fateror ingenuè me diu de huius carminis sensu dubitasse: nam si illud; *deteriora* ad mea carmina referas, est omnino contraria sententia: Nam sequenti versu statim subiungit,

Vt collata magis placant mea.

Si *deteriora* quæ possunt magis placere? si vero, *deteriora* referas ad carmina Catulli & Marci, non potest conuenire. Hic enim notandum est Martialis carmina legi à Cæciliiano, Marci vero aut Catulli recitari memoriter ad illam contentionem & collationem; & quoties in hoc

epigrammate *legendi* verbum est, intelligi de carminibus Martialis: recitandi vero verbum de versibus aliorum. Non igitur potuit illud *dexteriora* intelligi de veterum poematis: propterea quod *legendi* verbum in his ponitur. Nodum hunc neminem video sensisse adhuc, nedum soluisse. Ego leui immutatione sic expedio. Loco illius vocis *dexteriora*, repone *dexteriora*, id est, meliora; & refer ad *mea* ut sit sensus. Hæc mihi das, id est, has recitationes in meam gratiam suscipis, & mihi præstas tanquam dexteriora sint mea carmina, quæ tu legis!

3 *Vt collata, magis placeant mea.*] Amouenda est interrogationis nota. Est enim explicatio superioris hemistichij. *Tanquam dexteriora legas.*

4 *CREDIMVS illud.*] Ironicæ etiam dictum, id est, credo te eo fine & animo veterum poemata recitare.

5 *M A L O tamen recites Cæciliane tua.*] Facete hoc ambiguo sensu dictum. id est, malo me honorari prælatus tibi, quam Marso & Catullo. Sed re vera malo, vt tua pessima carmina recites, in meorum contentionem, quam elegantissima illa Marci & Catulli: Hoc enim procul dubio mea magis placebunt.

AD EPIGR. LXXII.

POSTHVM V M Pathicum irridet ironicæ, quod hesterna cœna fuissest à Cæilio quodam pædicatus. Est totum epigramma artificiosa verborum ambiguitate confictum, & ironia etiam sale conspersum.

1. *Os tibi præcīsum.*] Turnebus, lib. 7. cap. 12. monet legendum esse, *percīsum*; quod apud Plautum in Casina legatur, *Percide tu os, quod es bacne tonde.* Nam, *præcīde*, inquit Turnebus, aliud est & turpitudini affine, immò verò obscoenissimum. Sic, *os tibi percīsum*, in Martiale legendum est, non *vt obtinet*, *præcīsum*. Idem est secutus Iosephus Scaliger in Catalecta Virgilij: *Ad incitandum*, inquit, *risum, histriones fibi os percidi* & *batui alapis patiebantur.* Martialis,

— *os tibi percīsum est, &c.*

Eandem lectionem probat Gruterus in hunc locum, & autoritate antiquarum membranarum fulcit. Ego fateor *percīsum os*, *præcīsum* & *percīsum*, Latinè dici, & idem esse. Nam de *percīso* planum est ex dicto loco Plauti: *de percīso*, hoc idem epigramma, quarto versu, & Iurisconsultus Vlpianus in L. Prætor. 7. §. ylt. in fi. II. de iniuriis probant. Præcīsum autem germana significatione idem est, quod percīsum. Sed tamen modestiæ causa tributum est summae obscoenitati pathicorum, & *præcīdi* dicuntur, qui pædicantur, ut lib. 4. ep. 48.

Præcīdi gaudes, præcīsus Papile ploras.
& lib. 12. epigr. 35.

Dicere præcīsum te mihi sape soles.

& alijs multis in locis. Hoc igitur verbo necessariò vti debuit Poëta , cū tota vis epigrāmatis in verbōrū ambiguitate sita sit, siccūe, os tibi prēcīsum est, significat sono verborum os tibi est percussum, sed ex mente Poëtæ irrumatus es: nam cum pathici natibus prēcidantur, fellatores prēciduntur ore.

² Q u a n t o n o n i p s e L a t i n u s V i l i a p a n n i c u l i p e r c u t i s o r a s o n o .] de Latino diximus ep. 5.lib.1.cui Panniculus minister erat ad risum conciliandum, & sinebat se alapis percuti à Latino.lib.5. ep.62.

O quam dignus eras alapis Mariane Latini,

Te succēsūrum credo ego Panniculo.

& Tertullianus de spectaculis: Insuper conūmclis alaparum sic os obīcit, quasi de precepto domini ludat. & Cyprianus, iētibus infelix facies locatur, vt infelicior venter saginetur.

Iuuenialis etiam reprehendens Romanorum lasciuiam, qui in agendis fabulis sicuti mimi alapis se percutiebant, ait sat.8. vers.191.

— ridere potest, quis

Mamecorum alapas.

Hinc putat Scaliger dicto loco , natum esse proverbiū, os prabere alicui, pro morigerari. Sed maior in proverbio Hyperbole: Nam prabere os, est offerre irrumationi, vt leno ille apud Terent.in Eunuch.

qui hodie usque os prabui.

id est, permisi tantum, non vt me irrumaret adolescens ille. Sonum autem ambigūe dixit etiam: Est enim alaparum sonitus in percussione oris, & reapse intelligit Martialis tumultum & risum eorum, qui irrumationi affuerunt.

³ C A C I L I V M tota rumor in vrbe sonat.] Est hic etiam faceta quidem ambiguitas, sed latens, & nemini, quod sciam, adhuc animaduersa in voce (rumor) Nam cum irrumatio à ruma ducatur, vtitur Martialis frequen-tilissimè, quoties de irrumatione agit, hac voce, vt hoc loco vides, & lib.3. epigr. 33.

Mollem credere te virum volebam,

Sed rumor negat esse te cinendum.

rumor, id est, fama. Sed rumor, id est, irrumatio & epigr. 79.

De nullo quereris, nulli maledicis Apiti;

Rumor ait lingua te tamen esse male.

rumor eoderq modo accipiendus est. & ep.86.

Narrat te rumor Chione numquam esse fututam.

⁴ E s s e negas factum,] Est etiam in voce factum ambiguitas. Est enim facere obscenūm vt sup. dixi lib. 1. ep. 47.

⁵ Q u i n d i quod habet testes Posthume Cacilius.] perspicua est in voce testis, ambiguitas, & perspicuous lusus. Similis est Plauti in Amphi-tryone.

Al. mibi quoque assunt testes qui illud, quod ego dicam, assentiant. Am. qui testes?

Al. testes. Am. Quid testiculare.

AD EPIGR. LXXIII.

ACUTISSIMA LYRIS FELLATRIXIS, & EIUSDEM EBRIA REPREHENSIO, SIC AIN-
TERROGATIONE & RESPONSIONE CONCEPTA. EST AUTEM VERSUS SUBOBSCU-
RUS. FUGIT ENIM TANTA SUBTILITAS OCULORUM ACIEM. ARGUTISSIMAM SENTEN-
TIAM EIUS, QUOD SOBRIA, SIC CONCIPERE. *VIS SCIRE QUID FACIAT LYRIS? FELLAT QUOD & FACIT
SOBRIA.* ERGO PERPETUA FELLATRIX EST: NAM CŪ SOBRIA FELLET, & NUNC IDEM FA-
CIAT, QUOD FACIT SOBRIA: ERGO EBRIA NUNC EST & ETIAM FELLAT. FIERI AUTEM
NON POTES VT NON SIT VEL EBRIA, VEL SOBRIA, EBRIA FACIT IDEM QUOD SOBRIA:
ERGO SEMPER FELLAT. NOTAT IGITUR EAM DUOBUS VITIIS, FELLATIONE PERPETUA
& EBRIATE PRÆSENTI.

AD EPIGR. LXXIV.

EST HOC EPIGRAMMA CIUDÆM ARGUMENTI AC SUPERIUS 57. DEPINGIT IN-
EO FASTUOSUM INCESSUM & COMITATÙ SAUFELLI CUIUSDAM, QUI FÆNERA-
TORIBUS SUA OPPIGNERAUERAT, VT ANTEAMBULONES SUOS CONUIUO EXCIPERET.
INSCRIBITUR EPIGRAMMA AD MATERNUM, NOBILEM POËTÆ TEMPORE ORATORÈ,
DE QUO PLURIIMA MENTIONE APUD PLINIUM IUNIOREM, & IN EO DIALOGO QUI
DE CAUSIS CORRUPTÆ CLOQUENTIAE TRIBUITUR QUINTILIANO.

1. **C**INCTVM TOGATIS.] DE COMITATU TOGATORUM, VIDE, QUÆ DIXIMUS AD
LIB. I. EPI. 109.

2. **Q**UANTA REDUCI REGULUS SOLET TURBA.] DE REGULO MULTA LEGERE POTES APUD
PLINIUM, DE CIUS FACULTATE DICENDI DEQUE MALA MENTE & MALO ANIMO.
NOSTRI POËTÆ AMICUS ERAIT FORTÈ, QUOD IN EUM BENIGNUS, CŪM ADEO DIUES
ESSET. DE EO SUP. EPIGRAMMATA LEGISTI TRIA, LIB. I.

3. **A**D ALTA TONSUM TEMPORA CUM REUM MISIT.] SOLERE REOS & BARBAM & CAPIL-
LUM PROMITTERE, DIXIMUS SUP. EPI. 36. CUM VERÒ ABSOLUERENTUR, TONDEBANT
CAPILLUM, RADEBANT BARBAM, EXUEBANT LUGUBRES VESTES, VNGEBANTUR &
COMEBANTUR, & IOVI CAPITOLINO GRATIAS ACTURI ASCENDEBAVNT CAPITOLIUM.
IDEÒ METONYMICAS TONSUM REUM DIXIT, PRO LIBERATO A JUDICIO. TUNC REA-
MICI GRATULABUNDI PATRONUM, QUI AMICUM LIBERAUERAT, COMITABANTUR &
REDUCEBANT DOMUM. LEGI AUTEM IN EDITIONE IUNIJ *SOLA TURBA, PRO SOLET TURBA,*
OPERARUM MANIFESTUS ERROR.

AD EPIGR. LXXV.

IN SPECTACULIS EPIGR. 10. VBI DE LEONE, QUI GUBERNATOREM OFFENDIT, SCRIBIT
MARTIALIS HUIUS EPIGRAMMATIS ARGUMENTUM CONTENTUM ETIAM EST,
VBI DE VERBERIBUS, QUIBUS FERÆ A MAGISTRIS VAPULABANT, IRRITATIONIS VELE-
MENTATIONIS CAUSA DICTUM A NOBIS EST.

1. **I**NSERTAM QVÆ PATI BLANDUS IN ORA MANUM,] DE INFERENDA MANU ORI-
LEONUM LUSUS CAUSA, VIDE SENECAM LIB. I. CAP. 3. DE BENEFIC. & EPIST. 86. &
NOSTER SPECTAC. LIB. EPI. 18.

2. **S**ANGVINEAM RAFFRIS QUE RENOUABAT BUMUM,] THEATRI ARENA SANGUI-
NE & HUMANO & FERARUM TINCTA ERAIT, IN SPECTACUL. EPI. 11. DE VRSO.

Precepit sanguinea dum se rotat vixit arena,

Vnde theatrales ministri solebant pueros mittere cum rastris, quæ arenâ versarent, quo maculae illæ sanguineæ versa arena delerentur, quod præstabant duo illi pueri à furoso leone interemti. Hoc officium versandæ arenæ rastris apud Græcos fuit inter præludia, quibus præparabantur athletæ iuuenes ad cetera certamina: & pictores, sculptoresq[ue] eosdem rastrum, seu rutrum tenentes effingebant. Probat vtrumque celebris Festi Pompeij locus, cuius verba sunt. *Rutrum tenuentis iuuenis est effigies in Capitolio ephæbi, more Græcorum arenam ruentis exercitationis gratia, quod signum Pompeius Bithynicus ex Bithynia suppelleftilis regie Romanam deportauit.* Et inter athletas maxima erat contentio, quis socium suum superaret in puluere palæstrico versando, quod *πάεζπύνων* Græci dicunt.

M A R T I A non vidit maius arena nefas.] Raderus existimat *Martiam* dici arenam, quia gladiatorum prælia sic committebantur, ut iusti sæpè belli speciem præferrent.

Cur non dicitur etiam *Diane*? cum in ea frequentiores essent venationes? *Martiam* dixit, pro Romana, ut sup. lib. 1. epi. 4. *Martiam turbam*, pro Romana turba. propterea quod vltimo versu exemplum erat adducturus benignitatis, qua præditæ erant Romanæ feræ, cum diceret:

A nostra pueris parcere disce Lupa.

id est, ab ea Lupa Romana, id est, in hoc solo enutrita, quæ Romulo Remoq[ue] vbera præbuit, tantum abfuit, ut puellos illos laniaret, disce manus tuudinem.

E X C L A M A R E libet.] Utitur hac eadem apostrophes formula, lib. 10. epi. 31.

Exclamare libet, non est hoc improbe, non est

Piscis.

A D E P I G R . LXXVI.

Est elegans iocus in quendam, cuius nomen ignoramus, captatorem & hæredipetam, qui Marium quendam neglexerat in cultum, à quo hereditatem aut legatum nunquam expeñtauit. Is autem Marius sua spōte quinque argenti libras verè ei testamento reliquit. Iocatur igitur Marialis ab inexpectato Marium huic captatori verba dedisse, propterea quod legatum illud præter spem ei accidisset. Verba autem nobis dant illi, qui id faciunt, quod nobis præter spem est. *Quemadmodum ergo si aliquis ex ijs, quos hic hæredipeta captabat & munieribus colebat, moriens nihil ei reliquisset, dedisset verba: Eadem ratione hic Marius, cui nihil ipse dederat, quinque illis argenti libris relictis verba dedit, cum id præstitit quod omnino præter spem ei accidit: luditq[ue] in verbo dandi, ut & Quid. lib. 2. de arte amandi, vers. 166.*

Cum dare non possem munera, verba dabam.

A D E P I G R . LXXVII.

INeptum quendam Censorem, Cosconium nomine irridet, quod sua epigrammata longa putaret, & defendit se cum dicat longa & brevia.

epigrammata, non à numero versuum, sed à subiecta materia esse vocata. Illa enim brevia dicenda sunt, quamvis sint longissima, in quibus nihil superfluum est: illa verò longa, quamvis disticha aut monosticha quibus aliquid demi posset. Verè Plinius lib. 5. epist. 6. *Vides, inquit, quae versibus Homerus, quae Virgilius arma, hic Aenea, Achilleus ille describat, breuis tamen riterque est, quia facit quod instituit.* & paulò inferius de villa descriptione, quam instituerat in illa epistola. Non epistola, (inquit) quae describit, sed villa quae describitur, longa est. Quod imitator eius Sidonius sic expressit, epi. 2. lib. 2. in fine. *Qua propter bonus arbitrius & artifex lector, non paginam quae spatia describit, sed villam quae spatia describitur, grandem pronunciabunt.*

I V T I L I S vngendis axibus esse potes.] Decepit Raderum Domitius, qui existimat dixisse Martialem, aurigæ esse potes, potius quam Poetarum censor. Nā aurigæ curruum axes subinde yngunt, vt facilius currant rotæ. Sed frigida esset hæc comparatio Poëta. Quid? quod aurigæ non adeò despecti erant eo tempore, immò populi fauorem possidebant, & ingētem pecuniae viam suo artificio lucrabantur, vt est in epi. 74. lib. 10.

*Cum Scorpii una quindecim graues hora
Ferentes auris vicit afferat saccos.*

ad quod epigramma locum hunc traetabimus. Interpretare igitur: *Vetus vngendis axibus esse potes*, id est, stolidissimus & stultissimus es: nam crassum & pingue dicebant veteres, pro stulto, & inepto; & rudi, sic lib. 9. epigr. 27.

*Credis ob hoc me Pastor opes fortasse rogare,
Propter quod vulgus, crassa que turba rogat.*

vbi crassa turba est ignarum vulgus. Sic prouerbium: *crassa Minerua, vel rudi Minerua aliquid fieri*, pro non accurata ratione, sed vulgariter & rudi modo. Sic Cicero in oratione pro Archia, Poëtas Cordubenses pingue quidam sonare dixit, & peregrinum, id est, carmina incondita, & à quibus Romanæ aures abhorrente possent. Sic lib. 8. epi. 56. de Virgilio, qui viso Alexi Galateæ fuerat oblitus.

Excidit attonito pinguis Galatea Poeta.

*pinguis, id est, rustica. & Horatius sat. 3. — Probus quis Nobiscum viuit? multum est demissus homo illi.
Tardo cognomen pinguis damus.*

id est, stultum vocamus. qui etiam lib. 2. ep. 2. in fine, versus impolitos & prauè factos, pingue munus vocat.

Nec prauè factis decorari versibus opto,

Ne rubeam pingui donatus munere.

Ab hac mente vocabant Romani *Gordos*, Hispana voce eos, quos stultos volebant appellare. Hæc autem vox nobis crassos & obesos sonat. testis est Quintilianus lib. 1. cap. 5. cuius hæc sunt verba: *& gordos, quos pro stolidis accipit vulgus, ex Hispania duxisse originem audiunt.* vbi legendum est, *gordos*; Sic enim Hispani hanc vocem proferimus, hodieque Gotholani *gor* vo-

cant stultum. Est igitur elegans Metonymia producta usque ad metalepsin: Nam axes vnguine vnguntur, vnguen autem extrahitur ab anima libus obesis: obesi homines stulti sunt. Si ergo vtilis es ô Cosconivngen-
dis axibus, pinguis, obesus, & ob id, stultus es.

² Hac tu credideris longa ratione Colossum.] Erat longissima omnium statua Palatini Colosse, adeo ut in Proverbiū abijset: longior Colosso, ut li. 8. ep. 60.

Summa Palatini poteras aquare Colosse,

Si fieres brevior, Claudio, sequipede.

³ Et puerum Brutis, &c.] de sigillo Brutii lege Plin.lib. 34. cap. 8. Est etiam distichon in Apophoretis lib. 14. epi. 171.

Gloria tam parui non est obscura sigilli,

Istius pueri Brutus amator erat.

De quo etiam lib. 9 epig. 51. respondens Gauro, qui eum suggillabat, quod breuissima opera scriberet:

Nos facimus Brutis puerum, nos Lagona viuum,

Tu magnus luctum, Gaure, gigante facis.

⁴ DISCE quod ignoras.] Imbiberat vulgus hanc opinionem; Epigramma sola breuitate placere, lib. 8. epig. 29.

Disticha qui scribit, puto, vult breuitate placere.

Quid prodest breuitas, dic mihi, si liber est.

& lib. 3. epig. 83.

Vifaciam breuiora mones, Epigrammata, Cocles,

Fac mihi, quod Chione. non potui breuius.

Quod tamen Martialis non probat, & licere epigrammata longa scribi contendit, contra Tuccam, lib. 6. epig. 65. Idem nunc probat authoritate Marci, & Pedonis in quorum operibus saepè unum epigramma duas paginas complebat, contra morosos homines, qui breuitatem in epigrammati solummodo exigeant, & quod magis mirere etiam in tragedijs, ut innuit Iuuenal. sat. i.

— impune diem consumserit ingens

Telephus: aut summi plena iam margine libri

Scriptus, & intergo needum finitus Orestes?

Erat autem Marci & Albinoiani summa id temporis authoritas.

⁵ Non sunt longa quibus nil est quod demere possis.] nam vt dictum est, brevia illa sunt à quibus nil demi potest. Sic li. 14. epi. 202.

Delicias parue si vis audire catella,

Narrant breuis est pagina tota mihi.

AD EPIGR. LXXVIII.

Faceta irrisio thermarum Cæciliani, que adeò frigidæ erant, ut ipso æstatis tempore, pisces possent sua frigiditate à corruptione vindicare. Fingit igitur interrogari à Cæciliano, ubi possit commodè piscem æstuio tempore setuare: Respondet ab inexpectato, in thermis tuis potes.

AD EPIGR. LXXIX.

Carpit fallacem & subdolum nebulonem Nasicam, qui diligenter Invocationes eius obseruabat, & cum ab aliquo vocatum ad cœnam Poëtam intelligeret, continuò eum inuitabat, quod sciret non iturum. Deprehendit Martialis veteratoris huius artes, & irrisoriè antepertit eius in uitationem, iubetque ut se habeat excusatum, quod domi cœnet, innuens fictè ab eo semper in uitari.

I COENO domi.] Est iocus à paradoxo, & inexpectato: Siquidem excusatio non in domicenio, sed in lauta in uitatione fit.

AD EPIGR. LXXX.

FAnnus Cepio, qui in Augustum coniurauerat, cùm proscriptus percu索res fugeret, se ipse interemit. Hunc appellat furorem Poëta, quod se, ne occideretur occidit, & mortem morte redemit: de quo facto dictum est sup. lib. 1. epigr. 9.

AD EPIGR. LXXXI.

Indignatio hęc est in Zoilū, qui vna leētia laxissima fastuosus incedebat, cum omnium indignatione. urbana permissione concedit Poëta, ut Zoili leētia hexaphoris leēticis, quę laxissimę erant, laxior esset, dūmodo eadem mortuus efferretur. Nam cum antea * leēti, qui lege prescriptus erat, ad mortuos efferendos, qui feretrum vel sandapila dicebatur, vterentur leētia, ad posteros hic mos traduētus fuit. Narrat Agelius lib. 10. c. 3. Tiberium Gracchum sic scripsisse in quadam oratione. Quanta libido, quantaque intemperantia sit hominum adolescentium, vnum exemplum vobis ostendam. His annis paucis ex Asia missus est, qui per id tempus magistratum non cœperat, homo adolescens pro legato:is in leētia cerebatur, ei obuiam bubulcus de plebe Venusina aduenit, & per iecum cum ignoraret, qui ferrebat, roganit num mortuum ferrent. rbi id audiuit, leēticam iusit deponi, stuprisque quibus leētia deligata erat, vsque adhuc verberari iusit, dum animam efflavit. Et Cicero Philippica 2. superbiā Antonij, qui fastidiret ab Aquinatibus videri, reprehendens. At inquit, iste opera leētia latus est per oppidum ut mortuus. & lib. 6. ep. 77.

Inuidiosa tibi quam sit leētia requiris,

Non debes ferri mortuus hexaphoro.

Vnde colligere potest honestiores solum ferri ad rogum leētia, & lib. 9. epig. 3.

Oto Syris suffulta datur leētia puella,

Nondum sandapila pondus amicus erit.

AD EPIGR. LXXXII.

Insectatur Ponticum, forte mollem virum, qui seruum Draucum pædiconem suum fecerat, ut se mutum fingeret, & abscissa lingua, ne scilicet vrgeretur à curiosis, ut heri crimen fateretur, hac impostura dicit manifestius illud crimen facturumiri.

FINGIS.] Alij legunt, *fingis*: quod ego non intelligo, alijs, *fugis*, ut sit, admisso crimine abscidisti linguam seruo & aufugisti. Raderus legit

fœdas

sedas, eodem sensu. Ego existimo retinendam vulgatam scripturam, eo sensu quo scripsi.

AD EPIGR. LXXXIII.

STVLTI mariti irrisio eadem, quæ lib. 3. epig. 84. qui deprehensum adulterum truncavit naribus & auribus, intactis valvis, quibus peccaverat. Illo enim suppicio non adhibet futuro malo remedium, quod fecisset, si virilia ei amputasset, quæ poena interrogabatur adulteris à marito deprehensis, ut diximus ad epigramma 60. huiusc libri.

Et si qui fuerant prius requirunt.] omnino legendum est:

Et se qui fuerant prius requirunt. id est, quamuis laceri vultus mochi sint, cum in vxoris animo remaneat memoria eius formæ, quam integrum amauerat, requiret eum subinde. De verbo requirendi, vide multa ad epig. 1. lib. 1.

*I*ST. E. potest & irrumari.] Emphasim habent summam hæc verba. Nam illa voce iste significat adulterum adhuc hærere vxori, tanquam si domi esset. Deinde *irrumare*, est vox, qua ei minatur eum adulterum ita lacerum posse irrumare maritum forte primum ad fellandum, irrumator autem & fututor esse potest. *Minari vero irrumatione*, tritum est apud veteres, Catullus epig. 16.

Pedicabo vos atque irrumabo.

& noster 2. lib. 4. epigr. 50.

Quid me Thais senem subinde dicis?

Nemo est Thais senex ad irrumandum. & lib. 3. epig. 96.

Site, prendero, Gargili tacebis. id est, irrumabo te.

AD EPIGR. LXXXIV.

POETICUS lusus est, & fictio facetissima, ut notet Sertorium Siculum quendam cunnilingum: fingit namque poetica licentia Philocæteten Paantis filium, qui Paridem occidit, à Venere factum esse pathicum; quæ Dea fœdis & turpibus amoribus soleret coniuas suos vindicare, mortemque Paridis, à quo pulcherrima fuerat in illo celebri Dearum certamine iudicata, voluerit immissa Philocæte mollitia vlcisci. Quæ omnia per iocum ficta sunt. Nusquam enim legimus fortissimum illum virum tale aliquid passum.

Lingendi cupidinem immisam esse à Venere in Sertorium alia fabula configit: Nam Eryx Veneris filius fuit occisus in Sicilia, ignoto & numquam comperto occisore: vnde monte in Sicilia nomen, cui superpositum templum Veneri Erycinæ dicatum, de quo Virgil. 5. Aen.

Tum vicina astris Erycino in vertice sedes

Fundatur Veneri Idalia. —

Est & nummus C. Considij Nomani, vna parte tum Veneris imagini, & reuersa cum Templo fundato in vertice montis. Est apud Torrent. Sueton. p. 162 Fingit igitur famam esse occisum à Sextorio, qui infinitis propè seculis post Erycem natus fuerat.

ⁱ MOLLIS erat.] mollem accipi, pro pathico, diximus sup. lib. 1. ep. 97.
AD EPIGR. LXXXV.

VRbana valde togæ petitio est. Mittebat vitream ampullam tenuifimo vimine supertextram, ad frigidam aquam, vel potionem aliam custodiendam, quæ solum utilis esset æstiuo tempore. Mittebatur autem Saturnalibus ipso Decembri mense. Excusat intempestiuitatem muneris, & docet quî possit amicus eam leuem iniuriam alia simili vindicari, ut mitrat sibi non pexam & villofam togam aptam hyberno tempore, sed rasam, quales sumebantur æstiuo tempore.

ⁱ NIVEÆ custodias copia.] argutè nimis coptam, pro cocta reposuerunt veteres libri, & Critici nostri retinuerunt: quod copia placentे genus sit, cui contusæ species, aut legumina commiscebantur. Et Hadriano Iunio in notis non satis recoctus in arte videtur fuisse, qui cœtum voluit legi, qui fuit Domitius. Ego ineptissimum puto copiam, legi; De qua dicemus lib. 14. ep. 68. nam si placenta est cui miscebantur species contusæ, quo modo appellabitur niuea & apta æstiuo temporis? & quomodo placenta vase vimineo seruabatur? Hæc omnia decoctæ niui refrigeratae procul dubio conueniunt.

² RASA tu mihi mitte togam.] Rasa toga est consentanea æstatis temporis; quemadmodum & detrita. Inter rasam autem & detritam hoc interesse existimo: quod trita est ea, quæ vetustate villum amisit, cum antea fuisset villofa vel pexa, ut diximus ad illud,

Emi seu puerum togam ve pexam. epigr. 44. huiusc libri.

rasa autem ea est, quæ à sua textura nullum habet eminens villum, quam lœuem appellat, lib. 7. ep. 85.

Nec lœuis toga, nec rudes lacerna.

Et qualis est pannus ille, qui nostro seculo Florentiæ præcipue, & iam multis aliis in locis texitur, quem Hispani Raja vocamus, paulò deflexo vocabulo à tela rasa. Has togas rasas diui Augusti nouissimis temporibus cepisse docet Plinius ex Fenestella. lib. 8. Natur. Hist. cap. 48. De detritis vestibus & state vñstatis, est elegans locus Artemidori in Oneirocriticis, cap. 3. lib. 2. Vestitus, inquit, consuetus omnibus bonus est, & qui iuxta anni tempus commodus existit. Aestatis enim tempore linteæ & vestimenta detrita gestare sibi videri, bonum viue fuerit & sanitatus signum: hyeme verò lœna, eaque noua: De rasis est Iuuenalis locus, sat. 2. vers. 97.

Cerulea indutus scutulata aut galbana rasa.

Villofa etiam radi solebant, quemadmodum hodieque fit in omnibus pannis, & villis illis pro tomento vtebantur. Mart. lib. 14. ep. 159.

Oppressæ nimium vicina est fascia pluma,

Vellera Lingonicis accipe rasa sagis.

Cuius epigrammatis lemina est, Tomentum Lingonicum.

AD EPIGR. LXXXVI.

IRRIDE ET Critica censura errorem multorum, qui existimant magnū quiddā præstari ab his, qui difficillima scribunt Poëmata: non ob reconditam eruditionem, non ob accuratam elocutionem, sed tantum ob intortos quosdam numeros & coactos, quibus nihil est in Poesi laboriosius. Quod videmus nec Græcos nec Latinos celebres Poetas unquam tentasse. Est enim puerilis quidam labor in his hæniis collocatus, quas Poëta appositiſſime rugas difficiles appellat, & ineptias studio & labore compactas.

¹ **Q** uod nec carmine gloriſſimo ſupino.] *Supinum carmen* intelligo, de quo Sidonius, lib. 9. epift. 14. verſus ſcilicet qui metro ſtante ſic recurrent, ut neque literis motis, nec transpoſitio, ut ab exordio ad terminum, ſic à fine releguntur ad ſummum, qualis eſt:

Roma tibi ſubito motibus ibit Amor, & illud:
Sole medere pede, jede perede melos.

qui retrò lecti ead. verba continent & eundem rythmum. *Supinum* enim eſt id, quod retrò fit. Ouid. de Ponto eleg. 5.

Flumina qua in fontes curſu rediuita ſupino.

² **N**ec retrò lego *Sotaden cinædum.*] de Sotadæo verſu plurima fūnt apud Rhetoricos scriptores, & præcipue apud doctissimum Terentianum Maurum, de quibus non eſt nunc diſputandi locus. Scripsit hic Cinædica, ut tradit Strabo, lib. 14. Ideò vocat Sotaden cinædum metonymiæ, poſito Sotade, pro carmine eo, cuius Sotades inuentor fuit. Aliqui autem mali otio abutentes ſolebant heroicos verſus ſcribere, ita compactis vocibus, ut, ſi retro non per litteras, ut ſuperiores, ſed per voceſ legerentur, Sotadici fierent qualis eſt hic:

Aſtra tenet cælum, mare clafſes, area meſſes.

Erat Sotadicus retrò ſic lector:

Meſſes area, clafſes mare, cælum tenet aſtra.

³ **N** vs q v a m *Graculus* quod recantat *Echo.*] de Echo & carmine ita concepto, ut ex ultima carminis syllaba, vel ex duab. ultimis fiat vox integra apta ſenſui, quæ contineat vel reſponſionem vel interrogationem. Vide Politianum in M iſcellan. cap. 22. Quæ nugæ adeò noſtratibus plauerunt, ut paſſim in iis ſe exercuerint, & exempla ſint innumera in vernaculis cantilenis. Dixit autem *Graculam*, per contemtum: quod Græci huiusmodi rerum ſint architefti, ut dixit Iuuenal. Sat. 3. verſ. 78.

Graculus eſuriens in cælum iuſſeris, ibit.

⁴ **N**ec diſcat mihi luculentus Atys Mollem debilitate Galliambon.] Non video, quî poſſit hoc loco non intelligi politiſſimum illud Catulli poematum, de Atys Galliambico carmine ſcriptum, cuius initium eſt:

Super alta rectus Atys celeri rate maria. num. 64: & id ponit pro quo quis Galliambio cuius ſubdifficilis eſt compositio. De verſu Galliambio vienda ſunt, quæ ſcribit Terentianus Maurus de metris.

5 Quid se per graciles vias Petauri.] de Petauro, quid esset & qua figura, obscura omnino ratio est, cum ne vestigium quidem eius rei hodie extet. Machinamentum fuisse, quo homines rotarentur, certum est ex Iuuenale, & ex aliis rebus, quas congerit Hyeron. Mercurialis in doctrinissimo libro de arte gymnastica 3. cap. 8. & qui se exercebant, petauristæ vocabantur; funambulorum proculdubio genus, qui ad eam rem non viribus, non corporis agilitate, sed arte quadam & exercitata industria opus habent. Est igitur Poetæ comparatio aptissima. Ladas cursor erat velocissimus, de quo infr. lib. 10. epigr. 100. Et Cicero, lib. 4. ad Herennium. Quasi si quis ad Olympiacum venerit cursum, & steterit, ut mittatur, impudentesque illos dicitat esse, qui currere ceperunt, ipse intra carceres stet, & narrat alijs quomodo Ladas, aut Boius cum Sicyonijs curstarit. cuius etiam meminit Iuvenal. saty. 13. vers. 97. Hic sua velocitate non posset in Petauri machina subeunda vti, quod id artificium à se esset omnino alienum, nec in evnquam fuisset exercitatus. Quid? quod moleste ferret per illos exiguos Petauri gradus suum cursum retardari? Eadem etiam ratione summi Poetæ, qui ingenij præstantia ad res magnas scribendas apti sunt, dolerent se minutis illis & subtilibus ineptis detineri, nec ad eas aut apti natura aut vsu facti essent.

6 TURPE est difficiles habere nugas.] hoc distichon celebre continet epiphonema: Cuius sententiæ causa totum epigramma suscepturn est.

7 SCRIBAT carmina circulis Palæmon.] Ego non existimo hunc esse Quintum Rhemnum Palæmonem, celebrem Romæ Grammaticum, nec malum Poetam, qui Romæ docuit, cuius vitam scripsit Suetonius in libello de Claris Grammaticis: sed esse alium. Martialis tempore, vero vel ficto nomine vulgarem Poetam, & qui per circulos auram capratabat, recitandis carminibus popularem. Circuli namque sunt plebeiorum hominum conciones, quod in circulum coëant ad videndum vel audiendum aliquem canentem, recitantem, vel manibus operantem, quos ob hoc circulatos appellabant, ut dictum est sup. lib. 1. epigr. 42. Sic lib. 10. epigr. 62. ad ludi magistrum,

Nec calculator, nec Notarius velox.

Maiore quisque circulo continetur.

& Quintil. lib. 6. cap. 4. in fine ait: Urbanus homo erit cuius multa bœdicta responsaque erunt, & qui in sermonibus, circulis, coniunctijs, item & in conciñibus, omni denique loco ridiculè commodèque dicet.

Hos circulos μύλοις appellant Græci, & eas artes quæ valent ad vulgus oblectandum, εγκυρωτιδα, ut Aristoteles in proœmio Topicorum, cum eius artis utilitates recusat, dicit utilem esse ad εγκυρωτιδα, id est, ad circulares hominum congressus. Quam vocem Quintilianus secutus, eius sonum eò deflexit, ut encyclopediam diceret, omnium artium & scientiarum absolutissimum circulum, & perfectam earum omnium cognitionem, qui posteros omnes in eundem induxit errorem, ut contra

veterum acceptiōnē, id nōmen pro re honorificentissima usurpat, cum veteres pro triūialib⁹ disciplinis id sumerent. Hæc igitur difficultia carmina ignarum vulgus solet admiratione afficere, & in circulis ab eo celebrari. A quibus dicit Martialis se abhorrire & ratis auribus, id est, eruditis & teretibus quæ ratæ sunt, placere.

AD EPIGR. LXXXVII.

SComma est in Phœbūm, vel si mauis cum Iunio in Sextūm, qui enorāmi quadam facie & vasta cum esset, qualis apparere solet eius qui sub aqua natat, ita sibi placebat ut bellas puellas diceret sui amore ardere, quod, quam eum fallat, acutè antithesi illa demonstrauit, *Ardere puellas, & eum sub aqua natare.* Nam qui sub aqua natant, flammam accendere ex se non possunt. Est aliud in hunc eundem sc̄omma lib. seq. epi. 88.

AD EPIGR. LXXXVIII.

PErstringit vanum quendam Mamercum, qui gloriōsè Pōëtam se subinde iactabat, cum tamen nihil vñquam recitaret. Cuius ingenio ita diffidit, ut molestem eum fore, si aliquid recitet, affirmet, & elegati concessione & permissione quicquid velit esse, ei concedit, dummodo nihil recitet.

AD EPIGR. LXXXIX.

Insc̄atur Gallum fellatorem, idque facetissima illusionē, cum alia eius vitia clarorum virorum exemplo excusat, fellationem autem nullo modo, nullo exemplo significat posse se excusare. Eodem sale adsperrgit Pannicum cinaedum lib. 9. epi. 48.

1 VITIUM Gaure Catonis habet.] Notissimum hoc ex omni antiquitate. Ut censem Catonem, qui ceteros mortales sui saeculi autoritate superauit, nimis vino indulsiſſe: lege Plutarchum in eius-vita.

2 Hoc Ciceronis habet.] Eloquentia Romanae principem Cicerone inuita Minerua poēma condidisse Critici veteres sui temporis, & nostri item recentiores iudicarunt. Notissima est vel ex eius orationibus in Antonium irrisio celebris illius carminis,

*O fortunatam, natam me Consule Romam,
de quo Iuuenal. sat. 10. versu 120.*

Ingenio manus est, & ceruix caſa, nec vñquam

Sanguine cauſidici maduerunt roſtra pusilli,

O fortunatam, natam me Consule Romam.

Antoni gladios potuit contempnere, si ſic

Omnia dixiſſet. Ridenda poēmata malo,

Quam te confſicuæ diuina Philippica fama.

Vbi vides Ciceronem occisum esse ab Antonio, abſciſſo capite, & dextera manu, quod Philippicas Orationes in M. Antonium ſcripſiſſet, ſed p̄cipue ſecundam ex ijs, diuinam & confſicuæ famæ orationē. Quod ſi tam pusillus fuifſet Orator, ut fuit Poēta, & ita ridendas orationes, ut ridenda poēmata ſcripſiſſet, ſecurus fuifſet ab Antonij gladijs.

3. Q u o d vomis, Antoni.] Celebris est Antonij vomitus ex diuina Philippica; vbi illud nequissimum leuitatis genus diuinitus amplificat Ciceronem his verbis. Tu istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria corporis firmitate, tantum vini in Hippie nuptijs exhaustus, ut tibi necesse esset in pop. Rom. conspectu vomere postridie. O rem non modò visu fædam, sed etiam audiu! Si inter cænam in tuis immanibus illis poculis hoc tibi accidisset, quis non turpe diceret? in cœtu verò pop. Romanus negotium publicum gerens, Magister equitum, cui ructare turpe esset, iis vomens frustis esculenii vinum redolentibus gremium suum & totum tribunal impleuit.

4. Q u o d luxuriaris, Apici.] De Apicij luxuria plena sunt omnia. dicimus de eo ad lib. 3. epi. 22.

5. Q u o d fellas, vitium dic mibi cuius habes?] Elegans Paradoxon, quo iugulat Gaurum fellatorem.

A D E P I G R. XC.

Q uintilianum summum Rhetorem suo tempore certiorem facit de votu suo, & simul excusat otium suum & delitias, quod non sit pecunia cupidus.

1. Q u i n c t i l i a n e, &c.] ipsemet Quintilianus fatetur se Romæ per 23. annos Romanam iuuentutem Rhetorica docuisse, postquam à Galba ex Hispania Romam adductus fuit, ut constat ex Eusebio in Chronico olympiade 211. & eundem etiam Calaguritanum appellat, olymp. 217. vrbis fuit magister primus, qui stipendia meruit à fisco.

2. G l o r i a R o m a n a Q u i n t i l i a n e t o g a .] Ex his verbis non colligitur Quintilianum natum fuisse Romæ: Nec est quod interpreteris cum Radero gloriam Romanæ togæ appellare Quintilianum, quod togatam iuuentutem Romæ docuerit: sed hoc dicit Poëta, quod esset ciuius Romanus: fuit etenim & senator, ut constat ex sat. 7. Iuuenal. à quo dicitur,

Felix & sapiens & nobilis & generosus.

& subiungit statim:

Adpositam nigra lunam subtexit aluta.

Quibus verbis significat eum, non solum Romanum ciuem fuisse, sed etiam ad senatoriam dignitatem eum.

3. V i u e r e q uod proprio pauper.] properat viuere, qui genio indulget: ut lib. 1. epig. 16.

Sera nimis vita est crastina, viue hodie.

Pauper, dixit, quod pauperes debent attētores esse in rem familiarem augendam, quam diuites, qui viuere & delitiari securè possunt.

4. N e c i n u t i l i s a n n i s .] id est, aetate florente & ad tolerandos labores apta: inutiles enim senes dicuntur. Sic Anchises 2. Aeneid.

Iam pridem inuisus Dijs & inuisis annos

Demoror.

5. D i f f e r a t hoc patrios, &c.] permisso qua ostendit se nulla pecunia cupiditate teneri neque ambitione: prius vitium illis verbis exprimit: ————— patrios optat qui vincere census.

posteriorius, illis verbis:

Atriaque immodicis arctas imaginibus.

Nam maiorum eorum, qui magistratus togæ vel militiæ gesserant, imagines per atria disponebantur, ut lib. 5. epig. 21.

Nec nos atria, nec domus potentum.

Nec lites tetricas, forumque triste

Noſſemus, nec imagines ſuperbas.

& quò plures imagines erant, eo nobilior familia censebatur. Hinc propter verbaliter dicitur: *fumosim majorum imaginibus illuſtris.* dicunturque fumosim imagines, quod picturæ veteres vetustate ipsa, vel in fumo denigrantur: & quò vetustiores imagines, eò honoratores. Notissimus Iuuenalis locus est:

Stemmata quid faciunt, quid prodeſt Pontice longo.

Sanguine cenſeri, p̄tēque oſtendere vultus

Majorum, & ſtantes in curribus Aemilianos?

Et Curios iam dimidios humerosque minorem:

Coruinum, & Galbam auriculis naſoque carentem.

& paulò post:

Fumosim equitum cum dictatore magistros.

6. *M E focus, &c.*] de foco, ut esset felicis domus & abundantis signum, sup. lib. 1. epig. 93.

7. *E T nigros non indignantia fumos recta.*] id est, non laquearia auro incruciatata, vel variata coloribus, quæ ne fumo corrumpantur cautio est, sed recta humili contignatione compacta, quæ quamuis fumo infuscentur, nulla iactura sit.

8. *E T fons viuus.*] id est, natura ipsa scaturiens conquisitis longo labore & sumtu aquæductibus: nec tubis ad voluptatem ex metallis fabrefactis.

9. *H E R B A ruditis.*] id est, gramina ipsa sponte nascentia, & viuis cespitos innixa, non ordinatis myrtetis, aut alijs frondibus, arte mira varijs nexibus tortuosavt dixit lib. 3. epig. 58. de villa Faustini.

Baiana noſtri villa Basse, Faufini

Non otiosis ordinata myrtetis,

Viduaque platano, tonsilique buxeto,

Ingrata lati ſpatia deſinet campi:

Sed rure vero, barbaroque latatur.

10. *S I T mibi verna satur.*] Famulaturi alacres feruiunt, non conqueruntur, non inuident. sic lib. 3. epi. 58.

Vcſcuntur omnes, ebrioque non nouit.

Satur minister inuidere coniuia.

11. *S I T non doctissima coniux.*] Amici sui Iuuenalis imitatur sententiam, conceptam multis versibus: sat. 6. vers. 446.

Non habeat matrona tibi que viuēta recumbit.

Dicendi genus, &c.

Quam sententiam concludit his verbis:

— solœcismum liceat fecisse marito.

Quæ verba facetè detorsit Noster li. ii. ep. 20. ad insatiabilē Gallę pruritū.
Queris cur nolim te ducere Galla? diserta es.

Sepe solœcismum mentula nostra facit.

12. Si t̄ nos cum somno, si sine lite dies.] Sepè queritur Martialis sibi obstrepi dormire volenti, sed præcipue longissimo epigrammate 57. lib. 12. & lib. 9. epigr. 70. & alijs multis in locis. felicitati igitur assignat noctem cum somno, vt in voto vitæ beatæ, lib. 10. epigr. 47. Somnus qui faciat breves tenebras. & ibidem litibus liberari exoptat cùm dicit,

Lis numquam — & lib. 5. epig. 21.

Nec lites tetricas nec forum Nessamus.

AD EPIGR. XC I.

Et petitio ad Cæsarem Domitianum iuris trium liberorum: Erat enim Martialis orbus, & ea commoda quæ trium liberorum parentes ex lege Papia habebant, capere non poterat vt à tutela, vel cura posset excusari, vt in albo Decurionum posset æquari patri habenti filios, ex constitutione Imperator. Diocletiani & Maximiani, relata in L. in albo C. de Decurion. lib. 10. & vt posset omne legatum capere, scribi heres, & caduco frui, quod marito reprobat mœchus apud Iuuenalem sat. 9. vers. 87.

Iura parentis habes propter me scriberis heres,
Legatum omne capis, nec non & dulce caducum
Commoda præterea iunguntur multa caducis,
Si numerum, si tres implenero. iusta doloris
Ne uole caussa tui.

Præterea ex lege Papia, qui liberos non haberent, non poterant vxoribus succedere, nisi deducta decima bonorum parte, vt docet Vlpian. tit. 15. Vir & vxor inter se decimam matrimonij nomine capere possunt, &c. Si vero ius haberent trium liberorum, necessario in omnibus bona succedebant. Hoc igitur ius petit à Domitiano, tanquam munus suorum carminum, quibus sepè Imperator fuerat delectatus.

1. S O P I T E quo magnos credimus esse Deos.] Iam diximus sup. lib. 1. epig. 13. videri nobis hoc loco legendum manus: Nam si retineas magnos, difficulter poteris aptare sensum illi verbo, quod Raderū mirè tortuit hoc loco.

2. Q V O D fortuna vetat fieri, &c.] Hæc est formula huius iuris petendi, vt annotat doctissimus Antonius Augustinus libro de legibus & senatus-consultis in lege Papia Poppæa.

3. H A E si displicui, &c.] Elegans dilemma & distichon celebre multorum usurpatione, cui petitioni assensus est Domitianus, & præmij loco ius quod petebat tribuit, vt constat ex seq. epi. & ex epi. 95. lib. 3. & ex 27. li. 4. De iure trium liberorum est mentio lib. 8. epi. 31. & lib. 9. epi. 68. & facetissima illusio de Munna, in cuius auditorio mira erat à discipulis

soli-

solitudo, quem dicit ius trium discipolorum petuisse, quod ius nusquam erat. Sed irrisiois gratia configitur à Poeta.

Iura trium petiit à Casare discipolorum,

Affuctus semper Munna docere duos.

Est epig. 60. lib. 10.

AD EPIGR. XCII.

Impetraverat petitum Ius à Domitiano, concederat Imperator id pretium Musarum. Valedicit vxori, cum iam sit omnia Iura patrum, Principis benignitate consecutus.

1 VALEBIS vxor.] id est, morere, vt ego hereditatem à te capiam munere Imperatoris, quod munus perire non debet, vt dicit sequenti versu,

2 NON debet domini (sic enim lego, non domino) perire munus.] Hæc enim est huius verbi valere, significatio. Nam in funere postquam præfica illud verbum illicet, id est, ire licet, alta voce pronuntiauerat, qui comitati funus erant, demum abituri extremum vale dicebant hoc modo: Vale, vale, vale. Nos te ordine quos natura permiserit sequemur. Sic hoc verbum accipendum est, lib. 5. ep. 67.

Sic erit aeternum Pontiliane vale.

id est, tibi valedicam, vt mortuo. & in aeternum à te recedam. Varro de L. Latina scribit ideo mortuis salve & vale dici, non quod valere & salvi esse possint, sed quod ab his recedamus, eos numquam visuri. Sed planius noster huius verbi vim expressit, lib. 9. epig. 8.

Iam satis est: non vir Afer auere, vale

id est, si non vis salutari, morere. Est elegans narratio apud Plutarchum *ad adoratrices*, de Fabio illo Maximo, Marciæ marito, qui cum vxori Cæsar Augusti consilio de reuocando ab exilio Agrippa posthumo nepote Marciæ aperuisset, & illa Liuiæ, idque rescisset Augustus, venientem eum de more mane & solitum illud dicentem Augusto *Ance Cæsar*, resalutauit his verbis, *Vale Fauni*: quod cùm ille intelligeret, domum reuersus manus sibi intulit. Vel *valebis vxor*, id est, à me discedes: malo enim Ius trium liberorum ab Imperatore concessum, quam verus liberorum fieri pater: ex te peribat illud Ius liberorum agnatione. Ex qua re finxit facetissimum iocum in Dentonem quemdam, id ius à Cæsare petentem, lib. 8. ep. 31. cuius ultimum distichum est:

Nam dum tu longe deserta vxore, diuque

Tres queris natos, quatuor inuenies.

Et Seneca apud Laetantium, lib. 1. de falsa religione, cap. 16. Cur Iupiter desit liberos tollere? virum sexagenarius factus est, & illi Lex Papia fibulam imposuit, an impetravit ius trium liberorum.

AD EPIGR. XCIII.

Rolepsis est ad Regulum, ad quem misit librum hunc secundum, qui dubitare poterat cur secundus esset, cum primus nondum in lucem prodiisset: vt etiam videbis ad ep. 1. lib. sequentis. Respondet

timidiorem esse primum hoc secundo.

1 V N V M de titulo tollere iota potes.] Hoc disticho ostendit nullum seruari in epigrammatis ordinem. Nam cum quodque epigramma opus per se sit, quemadmodum constat ex superiori epigrammate 77.

— Marsi doctique Pedonis

Sepe duplex vnum pagina tractat opus.

vbi vnum opus, vnum epigramma dicitur: Non sunt inter se apta & colligata, ita vt vnum ab alio pendeat: quilibet ex his libris primus, qui libet ultimus esse potest. Itaque facetè Regulum monet, vt si velit hunc fieri primum, vnum iota de duobus, quæ titulo præfiguntur, ad significandum binarium numerum tollat, & erit primus liber.

AD M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATVM LIB. III.

AD EPIGRAMMA I.

Hoc epigramma & sequens præfationem continet huius libri, & hoc indicat; vbi liber scriptus sit, in secessu scilicet Poetæ, qui Roma in Galliam Cisalpinam profectus fuerat, quæ Gallia pars togata vocabatur; quod in ea togis, velut Romæ vterentur Galli. Dicitque maiorem gratiam habiturum superiorem librum, quod scriptus Romæ fuerit, quam hic, qui peregrinus aduenit.

1 GALLIA Romanæ nomine dicta togæ.] Romanam togam dicit, quod proprius esset Romanis is cultus: Vnde gens Romana togata appellatur à Principe Poetarum, lib. i. Aeneid. vers. 286.

Romanos rerum dominos gentemque togatam.

Induebantur itaque hi Galli Romano vestitu, vnde togati dicti sunt.

2 H V N C legis & laudas librum fortasse priorem.] priorem librum appellat secundum, superiorem qui potest, inquis, cum tres sint? Respondeo hoc tempore nondum vulgatum fuisse primum, sed secundū prodissē prius, vt constat ex epigr. superiori ultimo lib. 2. Cumque adhuc premeretur primus, duo tantum noscebantur Poetæ libri, hic & superior. Ideo dixit priorem. Nam si de primo intellexisset, prohiberetur Latinitatis ratione appellare priorem: Prior enim de eo dicitur, qui præcedit inter duos tantum, quemadmodum de duobus dici non potest primus, sed prior.

3 ILLA vel hac mea sunt, quæ meliora putas.] Duza existimat legendum cum interrogatione hunc versum, deceptus illa particula vel, quæ disiunctim coniungit duo, vt sit velut Zeugma propositum Lectori, vel illa

que priori libro continentur, vel hæc quæ posteriori sunt mea, que putas meliora? vt respondentem lectorem argueret ignorantiae, quod eiusdem auctoris opera non agnosceret, & vnum alteri præferret. Sed hoc inepta sententia prolatum esset à Poeta, nec est explicatum sequentibus versibus. Retineo igitur veterem scripturam, vt sine interrogatione legam, & sic interpretor, Illa quæ tu meliora putas, mea sunt, vel hac mea sunt: vbi vel habet vim argumenti à minori vt cùm dicimus, hic occidet vel patrem suum.

4 PLVS sane placeat Domina qui natus in vrbe est.] Dominam vrbem ~~se~~ ~~genitivus~~ appellat Romam, de quo Epitheto diximus ad lib. i. ep. 3.

5 DEBET enim Gallum vincere verna liber.] Vernas appellabant seruos, qui nati domi erant, de quibus diximus, sup. lib. i. ep. 42. Vernam igitur nominat priorem librum Romæ natum: hunc autem Gallum, quod scriptus esset in Galliis.

AD EPIGR. II.

Continet hoc epigramma vrbanam, & sane Poeticam huius libri Prospheñsin, ad Faustinum amicum suum, à quo si recipiatur, dicit securum esse posse à criticorum morsibus. Quam sententiam eandem expressit aliter, lib. 4. epigr. 87.

1 FESTINA sibi vindicem parare.] Vindex is dicitur, qui alterius causam suscipit vindicandam & defendandam. Sic scriptores in prosphēñsi eos ad quos libros suos mittunt, vindices sumunt ad sui defensionem. Hoc nomine vñus est, sup. lib. i. epigr. 54.

Indice non opus est nostris nec vindice libris. id est, nullo cognitore meorum librorum opus est, nec assertore, vt ibi superiori epig. 53. assertorem allegat sibi Quintilianum in causa libertatis.

2 FAUSTINI fugis in sinum.] illa voce sinum, fauorem Faustini significat Poeta, vt diximus sup. lib. 2. epigr. 6.

3 CEDRO nunc licet, &c.] de librorum veteribus ornamenti & picturis diximus, sup. ad lib. i. ep. 67. quæ per quinque sequentes versus complectitur omnia Poeta, quo significat Faustino vindice & defensore libellum hunc magni aestimandum iri, nec fore vt timeat cordyllas, aut piper, & fore vt habeat: Nec scombros metuentia carmina, nec thus, vt ait Persius, sat. i.

4 ILLO vindice nec Probum timeto.] doctissimus Casaubonus ad librum Suetonij de Claris Grammaticis existimat hunc Probum esse M. V. Probum Berytium Phœnicem, qui Romæ floruit sub Nerone, vt constat ex Chronicis Eusebij, qui, vt colligitur ex eodem Suetonio, emendationi librorum deditus fuit. & ideo criticatos fortè, sed alias legitur probrum, quod fortasse aptius est: nam Grammaticum illum non audimus Martialis tempore celebrem fuisse fama; nam superesse non poterat, verum, vt idem Suetonius affirmat, idem ipse animaduerterat se contemni, magisque opprobrio legentibus quam gloriae & fructui esse.

AD EPIGR. III.

Irridet stultum fæminam pulchra facie & fædissimo corpore, quæ cum tegere corpus & aperire faciem debuisset, contra celabat faciem & nudum corpus ostendebat.

1. FORMOSAM faciem nigro medicamine velas.] non est verisimile sic legendum esse. Quo enim modo medicamine ad lauandam inungeret faciem, & quidem nigro: deinde insolens dicendi modus est, *velare medicamine, obtegere, inungere, operire dici posset*. Ego legerem libenter nigro velamine celas. Quorum ultimum verbum est in veteri Codice: hæc enim femina subligar adoptauerat ori quod Chione fellatrici suader, lib. 3. epigr. 86. *Si pudor est, transfer subligar in faciem.*

2. IPSAM crede Deam verbis tibi dicere nostris.] pro Dea, intellige aquam, cui Numen inesse credebât veteres: vnde appellatae Lymphæ vel Nymphae aquæ: hoc autem colligebant ex perennitate scaturiginis, quam existimabant absque numine esse non posse. Hinc fontes ipsos sacros vocabant. epigr. 57. lib. 4.

Ergo sacri fontes, & litora sacra valete.

& etiam aquam ex iis salientem. Horatius, ode 1. lib. 1.

Nunc ad aquæ lene caput sacra.

sic fluminibus Dij sui assignabantur, & expiationis vim habere credebant, vndas fluminis, & fontes. Virgil. lib. 2. Æneid.

Tu genitor cape sacra manu patriosque penates,

Me bello ex tanto digressum & cæde madentem.

Attrectare nefas, donec me flumine viuo.

Abluero. & Persius, sat. 2. vers. 16.

Hæc sancte ut poscas, Tyberino in gurgite mergis.

Mane caput bis terque, & noctem flumine purgas.

& Iuuenal. saty. 6.

Ter matuino Tyberi mergetur & ipsis

Vorticibus timidum caput abluet. Ouid. 4. fastorum,

Bis caput intonsum fontana spargitur vnda. Tibull. El. 1. lib. 2.

Et manibus puris sumite fontis aquam.

Illisque fluminibus sacrificabant, vt Diis; Strabo, lib. 15. de Persia & Persarum moribus. Aquæ, inquit, *sacra peragunt hoc modo; in lacum, vel flumen, vel fontem venientes scrobem faciunt, ibique hostiam iugulant, &c.* Neque vero Persas sacrificasse tantum fluminibus, sed Romanos etiam legimus. Est Plutarchi testimonium in Lucullo, qui scribit Lucullum Eu-phratem flumium transiturum, pro transitu ei fluuiio Taurum immo-lasse, quæ hostia & fluminum, quia Neptuni erat. ei namq. fiebat Tau-ro nigro, quod maris eius coloris esse videretur. vt enim alij, sic etiam aquarum niger aliquando est color. Virg. initio 5. Æneid.

— *fluctusque atros Aquilone secabat.*

Vnde emendationem Fornerij rerum cotid. lib. 1. c. 15. ad 1. 1. §. Imbre. II.

de aqua & aquæ pluviæ arcendæ, calculo albo signandam duco, dum pro
increscit, [nigrescit] legit. Sed tamen propria fluminum hostia apud Persas
equus erat, & quidem albus. Herodotus Halicarnasseus in Polyhymnia
describens iter Xerxis in Thraciam, sic inquit: *Hinc meridiem versus ad ipsam strynona, ad quem Magi mactatis equis candidis litauerunt. His & alijs compluribus medicamentis in flumen factis per nouem vias Hedonorum iere, &c.* Hinc in-
telliges locum Cornelij Taciti Annalium lib. 6. vbi cum narraret perue-
niisse ad Euphraten Vitellium cum Tiridate Persa, scribit. *Sacrificantibus cum hic moe Romano suone taurilia daret, ille equum placando anni adornasset, nuncianere accole Euphraten nulla imbrum vi sponte in immensum attolli. Qui locus negotium facessit doctissimo Lipfio, qui scribit Soli à Persis equo fieri, idque recte ex Ouidio, Iustino, Xenophonte, Pausania probat. At de am- ne nihil sibi lectum fatetur. Sed fuit hoc in magno viro μεμενικὸς ἀράπτη- ua, ut patet ex locis à nobis adductis.*

AD EPIGR. IV.

Liquitur cum libro suo, quem Romam mittit, & continet epigram-
ma iustum quandam Poëtæ indignationem. Queritur enim de Ro-
manorum fastidio, & de corrupto eorum iudicio, qui eo tempore cytha-
rœdos longè præferebant Poëtis.
1. *Cv r ab sim queret breuiter, tu multa fatere.*] male dispuñtus versus, dis-
puñxit Modius, & placet ita:

Cur ab sim queret, breuiter tu multa fatere.

Est enim elegans antithesis in *breviter*, & *multa*. Quod si illud *breviter* con-
iungas cum *queret*, inepta erit sententia, quâ enim poterat scire Martialis
an Roma breuiter vel prolixe esset quæsitura? Illud autem *Multa*, Em-
phasim demonstrat sequentis versus, illorum scilicet verborum,

— *vana et adiutoria.*

nam in vanitate togatorum multa sunt quæ ferri non possint.

2. *R E S P O N D E*, Poëta Exirat; veniet cum cytharœdis erit.] In his verbis to-
tum fel huius epigrammatis est, quod eo tempore cytharœdi pluris fie-
bant, quam ceteri artifices. quod idem queritur Iuuenalis, sat. 3. multis
versibus: Eratque ea ars pecuniosa, ut lib. 5. ep. 75.

Artes discere vult pecuniosas?

3. *Fac discere cytharœdis aut chorales.* & Sueton. in Vespasiano cap. 19. ingentem pecuniaæ vim donatam Terp-
no Diodoroque cytharœdis ab eod. Vespasiano testatur.

AD EPIG. V.

Est alia prosphœsis huius libri, ad Iulium Cerealem amicum suum,
concepta per apostrophen ad eundem libellum, quem rogat, velutne
multis annis tantum comendari. Respondebatque ipse vni tantum esse
Iulio: docet qua ad eius doctum sit iturus, ubi habitet, excusatq; eleganti
sententia defectum literarum.

1. *Cv i non eris hospes.*] id est, eris familiaris. Quod ultimo versu magis

Explcat, cum dicat Iulium & coniugem eius suos esse. hospites autem non vocabant suos.

2 A S S I D V V M nomen in ore meum.] quod quam plurima in toto opere epigrammata sunt, in quibus fiat de Iulio mentio.

3 P R I M I Q V E in limine tecti, quos tenet Daphnis, &c.] Obscurus locus. Quid enim est, in limine primi tecti cum non dixisset, qua regione, qua via habitaret Iulius, & in ea vicinia illud primi tecti limen esset. Sensit difficultatem Domitius, & finxit vicinum fuisse Iulium Martiali, & contiguas ambas domos esse, & idē dixisse primi tecti, quasi prioris nostrae domus, id est, quam habitabamus Romæ, antequam ad Cornelij forum venissimus. Dicitur hæc coniectura; quod Martialis habitabat ad Vipsaniam porticum, vbi erat Lauretum, vt dixit sup. lib. i. epi. 109.

At mea V ipsanas spectant canacula laetus.

cumque hic dicat Daphnem possedisse domum illam, Daphnis autem laurum significet, hinc colligit domum Cerialis ad Lauretum Vipsanae porticus, in ea Martialis vicinia situm fuisse. sed quam multa peccet paucis verbis, & quam decipiatur etiam Raderus, qui cum sequitur, paucis obserua. Primum si hic liber singitur natus in foro Cornelij, qui nunquā Roman viserat, quī poterat non admonitus scire, vbi dominus eius Romæ habitauerat: Deinde erat vnicum Romæ in porticu Vipsana Lauretum. Nonne notissimum est fere totam confitam esse Lauris: quas unico triumpho populabantur omnes? Præterea quid illud monstri est, tenere Iulium eos lares quos Lauretum antea tenuerat? Quis vñquam somniauit Lauretis, Pinetis, aut Populetis aut alijs arbustis Lares tribui? Lares à Religione habitantium in domibus originem traxere. Lauri non dicuntur habitare. Esset enim absurdula locutio. Tandem quæ Latinitatis ratio patitur vt dicturus Martialis in domo quam Romæ habitabamus, diceret, in limine primi tecti. Si duas habitasset, dicere potuisset, in limine priori tecti. Sed primi qui poterat? & dicturus iuxta domum nostram priorē, quī dicit in limine primi tecti? Diceresne Latinè habitat aut tenet domum in ædibus meis? dicturus iuxta ædes meas. Locum sic intelligo. Iulius Cerialis habitabat in prima statim domo ingredientibus Roman ab Æmilia via, hanc appellat limen tecti primi: quod si non ita esset, descripsisset suo more regionem, viciniam & viam, vt fecit lib. i. epig. 71. à foro autem Cornelij, quæ hodie Imola dicitur, per Æmiliam viam nulla erat Romanus vñque erratio, sed recta ibatur. Ingresso urbem Iulij domus prima occurrebat. Eius autem ædes prior possederat Daphnis quidam, forte diuines aliquis libertus. Viri enim nomen proculdubio Daphnis est, nō Laureti.

4 M A N I B V S Q V E sanguine excipiet.] id est, tanquam carum amplectetur & fouebit, de quo dictum est lib. 2. epi. 6. & 5. epig. 2.

5 P E C C A T qui commendandum se putat esse suis.] Aurea sententia, quam aureis verbis prosequitur breui & eleganti epistola 57. lib. i. Symma-

chus, Inciūlīs enim indicatur is, qui iis quibus amore & alii necessitudinibus est
conīctus, quām diligentissime se commendat.

AD EPIGR. VI.

MArcellinum donat huius epigrammati munere, vt celebret diem decimum quintum Kalend. Iunias, natalem eius patrii & in quo ipse Marcellinus primam barbam deposuit, testimonium virilitatis, pluris æstimandam esse diem hanc à Marcellini patre, ob barbæ depositionem, quam ob natalem suum affirmat.

¹ T V I S bis celebranda sacris.] Celebrabant filij diem natalem parentum, & contra parentes filiorum. Dies autem depositionis barbæ, vel tyrocinij celebris erat Romanis, & solemnis per totum vitæ cursum. Duplicatis igitur sacris ait celebrandum esse diem alteris, ob patris natalem, alteris ob tyrocinium proprium.

² I M P V T A T atber eos ortus hac prima parenti.] Poeticè dictum natalem diem nota, vt apud Persium, sat. 2. vers. 1.

Hunc Macrine diem numera meliore lapillo,
Qui tibi labentes apponet candidus annos.

³ L I B A T florentes bac tibi prima genas.] id est, hac die primam barbam depositisti. Vulgaris ac notissima veterum consuetudo deponendæ barbæ multis testimoniis confirmata à Criticis nostris: vt ex Suetonio in Nerone, cap. 12. de depositione solemnis barbæ Neronis. Gynnico (inquit) quod in septis edebat, inter Bubysia apparatus barbam primam posuit, conditaque in auream pyxidem, & pretiosissimis margaritis adornatam Capitolio consecravit. Et Petronius in satyr. de Trimalcione, Præterea grande armarium in angulo vidi, in cuius adicula erant lares argentei positi, Venerisque signum marmoreum, & pyxis aurea non pusilla, in qua barbam ipsius conditam esse dicebant: Vide Lipsum ad 14. Annal. C. Taciti: sed adiunge pulcherrium ex Suetonio locum eidem rei confirmandæ, in Caligula, cap. 10. Vicesimo attis anno accitus Capras à Tyberio, uno atque eodem die togam sumvit, barbamque posuit, sene rullo honore, qualis contigerat tyrocinio fratrum eius. Vbi nota non solere eodem die & sumi virilem togam, & deponi barbam: Nam aliquando imberbes togam sumebant, sumpta toga deducebantur à cognatis ad forum; & hic dies tyrocinij dicebatur. Laudatissimum Lulli tyrocinium fuit, qui quo die togam virilem sumvit, accusatorem patris sine iudicio afflixit; vt refert Plutarchus in eius vita.

AD EPIGR. VII.

Insultat diuitibus sui temporis, qui togatorum greges adducebant allectos sportula centum quadrantum, occasione sumta ab edicto Domitianii, qui vt scribit Sueton. cap. 7. Sportulas publicas sustulit, reuocata cœnarum rectarum consuetudine. & ita Neronis edictum oblitterauerat, qui vt Suetonius scribit, in eius vita, cap. 16. publicas cœnas ad sportulas redegerat. De eadem re infr. ep. 11. & epigr. 30.

Sportula nulli datur, gratis coniuncta recumbis.

& epig. 60. Sportula quod non est, profi, edamus idem.

1 CENTVM miselli iam valete quadrantes.] centum quadrantes sportula lam completere Martialis tempore testatur ipse, lib. i. epigr. 60.

Dat Baiana mibi quadrantes sportula centum.

& lib. 6. ep. 88.

Quanti libertas confert mihi tanta requiris?

Centum quadrantes abstulit illa mibi.

& lib. 10. ep. 74. —— quandiu salutato,

Anteambulones, & togulatos inter

Centum merebor plumbeos die toto. & seq. epigr.

Sportula nos iunxit quadrantibus arida centum.

Sed aliquando diuitis voluntate augebatur sportula, vt faciebat Diodorus ille, qui natali suo largiebatur tricenos nummos, lib. 10. ep. 27.

Attamen quotidiana erat huius summa, quam diximus. Iuuenal. sat. i.

— densissima centum.

Quadrantes lectica petit, &c.

Vnde defraudantes genium solebant subducere pensionem domus, seruorum alimenta, & alia quæ enumerauimus ad epigr. 68. lib. 2.

2 ANTEAMBULONIS congiarium lusi.] de anteambulonibus dictum est lib. 2. epigr. 18. & quare sportulam congiarium appellat: vide supr. lib. 1. ep. 12.

3 Q u o s diuidebat balneator elixus.] alludit ad illud epigrammatis 60. lib. 1. vbi in Baiis præbebantur centum quadrantes pro sportula: elixus autem dixit quasi balnei calore & vapore coctus.

4 O fames amicorum.] amicos diuites famem amicorum inferiorum vocat. quod centum quadrantes tantum largirentur ad omnem vietum & cultum; vt dictum est sup. epig. 60. lib. 1.

5 R E G I S superbi sportula recesserunt.] intelligit Neronem, quem etiam regem appellat, sup. lib. spectacul. epig. 2.

Inuidiosa feri radiabant atria Regis.

Nero autem, vt dixi, cœnas rectas ad sportulas redegerat.

6 N I L stropharum est.] ignotum est hoc loco cur strophas dicit, vbi enim strophæ sunt in sportula? Centum dabantur quadrantes, centum petebantur, nihil hic stropharum. Sed reconditus & subtilis est horum verborum sensus; & mos quidem à nemine haec tenus animaduersus. Potentiores illi diuites, qui pauperum togatorum operas conducebant, quique pro sportula diuidebant centum, vt dictum est, quadrantes: hoc appellabant conuiuum, & hos sportularios conuiuas: quid? quod per vocatorem eos cogebant & inuitabant. Constat hoc ex epig. 26. lib. 12.

Nec verit ablati clamator rerna lacernis,

Accedit gelidam seruus ad auriculam,

Et rogat vt cenes secum Lectorius, inquit,

Viginti nummis non ego malo famem?

Hinc

Hinc liquet sensus obscurissimi illi epigrammatis 68. lib. 4.

Inuitas cœntum quadrantibus, & bene cœnas:

Vt cœnem inuitor Sexte an vt inuidcam?

Vnde colligo, primum inuitari sportularios. Deinde interesse spectatores cœnæ illius diuitis, à quo sportulam accipiebant. Nam hic Sextus inuitabat ad sportulam, & coram inuitatis lautè & opiparè cœnabat: miselli autem illi spectatores deuorantes fercula oculis tantum inuidabant regi cœnanti. Hoc conqueritur Martialis, se vocari ad cœnam nomine, reapse verò ad inuidendum. Eratque notissimum quot numeris quisque horum potentiorum inuitaret, lib. 9. epig. 103.

Denarijs tribus inuitas, & mane togatam

Obseruare inbes atria Bassæ tua.

Et communis loquendi formula: ille tot denariis, hic tot quadrantibus inuitat. Quod idem dicebatur & conuiuari, vt colligitur ex duobus locis Suetonij: priori, in Augusto, cap. 74. Conuiuabatur, inquit, a fidù neque r̄mquam nisi recta, non sine magno ordinum hominumque delectu. Ergo alij non recta, sed sportula conuiuabantur: posteriori in Vespasiano, cap. 19. Sed & conuiuabatur a fidù, ac sepius recta (sic enim est legendum) ad dapsile: vt macellarios adiuuaret. Vnde facetè Claudius munus illud gladiatorum, quod in septis extraordinarium & breue dierumque patitorum, appellabat sportulam: quia primum daturum se dixerat, velut ad subitam conditamque cœnulam inuitare se populum, vt inquit Suetonius cap. 21. Dicit igitur iam imposturam illam diuitum periisse, qui inuitare, conuiuari, & habere conuiuas dicebantur, cum tamen nullus apud eos cœnaret. Sed sportulis datis dimitterentur omnes conuiuæ: has appellat strophas, & nihil iam stropharum esse gaudet.

I A M salarium dandum est.] verbum Græcum ἀλέατον, id est, αἵμπος, id est, viatum vnius diei & sic appellat cœnam rectam: quod Romani cœna sola in diem pascebantur.

AD EPIGR. VIII.

Cœcitatem Quinti mentis, non oculorum, sed ipsius animi irridet Choc'epigrammate. Amabat enim Thaida meretricem luscam, quam nemo nisi cœcus amare posset: Illa, inquit, uno caret oculo, Quintus verò duobus. Estque iocus à proprietate ad metaphoram. Illa namque propriè uno carebat oculo: hic verò metaphoricè duobus. Vide proximum epigramma 11.

AD EPIGR. IX.

Perstringit Cinnam detractorem suum, qui versiculos subinde contra eum scribebat. Negat scribere Cinnam, quod eius carmina à nemine legantur. Is enim scribere dicitur, cuius scripta leguntur & cognoscuntur. Illa verò, quæ nullus nouit, non scripta dici possunt. Sic 1.6. ep. 64. in detractorem, *Andes præterea, quos nullus nouit in me*

Scribere versiculos, miseris & perdere chartas.

AD EPIGR. X.

ARgutissimum epigramma in Philomusum quendam nepotem, cui pater menstruam pensionem constituerat, eamque subducta ratione per singulos dies præbebat, quo effectum est, ut vniuersa patris pecunia pæne absumeretur: ita ut mortis tempore fere nihil, aut parum haberet rei familiaris. Haeredem extremis tabulis filium ex asse reliquit: facetè Martialis exhæredasse dicit, quod nihil reliquisset. Estque iocus in ambiguo: Nam, *nihil tibi reliquit*, intelligi potest eò, quod te exhæredauit, &c. idem, *nihil tibi reliquit*, quod iam omnia consumserat.

I CONSTITVIT Philomusc pater tibi millia bina.] si illud millia bina se stertia* sint, efficitur summa duorum computorum nostratum, quæ ad menstruam pensionem non est credibile fuisse filio à patre constituta, quamvis Romanorum opes immensæ id temporis erant: sed si modestius agamus, & bina millia nummūm seftertiūm masculina capias, constituunt viginti millia marauetinorum nostratum. Sed utramvis summam intelligas, idem erit sensus. Nam vel opulentissimus erat Philomusi pater, & ei bina millia seftertia menstrua constituerat, vel non adeò diues, & duo millia seftertiūm masculinorum dabat filio menstrua. Quicquid horum sit, exhausta eius est res familiaris his impensis, ita ut moriens nihil filio relinquere potuerit.

AD EPIGR. XI.

SVCCENSUERAT Martiali Quintus quidam, ob superius nonum epigramma, quod diceret se scommate notari. Amabat ipse Quintus Hermionen quamdam. Refutat igitur Poeta irrisoriè Quinti accusacionem, hoc modo: Si tua puella, ô Quinte, nec Thais vocatur, nec lusca est, cur existimas distichon illud in te esse factum? Si puella tua Lais vocaretur aliquid poterat videri simile, quod Thais & Lais affinia quodammodo nomina sunt. Sed si tua puella vocatur Hermione, quid simile habet cum Thaide? At dices tu, Quintum notasti, eo disticho, & ego Quintus sum. Mutemus amantis nomen. Nam cum ego ludam semper nominibus fictis, quid interest Quintum vocem an Sextum, Thaidis amatorem? sitamator Sextus: sicque tota lis dirimi poterit.

AD EPIGR. XII.

FABULLUM nimis elegantem conuiuatorem carpit, qui cum optimo Vnguento hesterna cœna conuiuas vnxisset, eos tamen famelicos dimiserat. Salsa irrisione hos conuiuas mortuis comparat, qui inunguntur, & non cœnant.

I SED *nihil scidisti*.] conuiuale verbum, scindebantur enim obsonia, ut conuiuas diuiderentur: qui vero nihil scindebat, nihil diuidebat.

infr. epigr. 93.

Esse negas coctum leporem poscisque flagella;

Manis Rufe coquum scindere, quam leporem.

Hic bellus conuiuator obsonia non scindebat, sed integra iubebat tolli à mensa, vt sequenti epigrammate: fortè vt iisdem cœnas alias explicaret, vt diximus ad lib. i. epig. 100. & 104. de scissoribus autem & carptoribus ciborum diximus affatim, sup. lib. i. epig. 51.

² R e s f a l s a e s t b e n e o l e r e & e s u r i r e .] e s t a m a r u l e n t a i r r i s i o , q u à m f a m e s extorserat Poetæ: similis e s t sup. lib. i. epigr. 60.

Tam mālē cùm cœnem, cur bēne Flaccē lauor?

³ Q u i n o n cœnat & vnguitur Fabulle, Hic verè mīhi mortuus videtur.] de vngendis cadaueribus defunctorum communis locus. Vide quæ hic Raderus cumulat, & adde in Iure nostro Macrum Iurisconsultum in L. funeris 37. II. de religios. & sumtibus funerum: Funeris sumtus ille, inquit, accipitur, quicquid corporis causa, veluti vnguentorum erogatum e s t . & Vlpianum, in L. & ideo 7. de in rem verso. §. illud. 3. cuius verba sunt: Illud plane verum e s t , quod Labeo scribit. Si odores & vnguenta seruus emerit, & ad funus erogauerit, quod ad dominum suum pertinebat, videri in rem Domini verum. Sic Sanctus Orientius episcopus Illyberitanus de cadaueribus defunctorum resurgendis,

Non modo, quæ tumulis bēnè condita saxa reseruant,

A u t aruum solidans puluis o dōrque tenet.

Vbi vide, quæ notauiimus.

AD EPIGR. XIII.

Iquet epigramma ex superiori, & ex his, quæ diximus de scissoribus, & de seruandis ad alias cœnas explicandis, & ex dicto epigrammate ^{93. inf.} Hæc Næuia, ne scinderet & carperet ea, quæ apponebantur, caussabatur coqui negligentiam, & obsoniorum cruditatem. Salse dicit Poeta: Numquam sic ego crudus ero: Crudus enim is dicitur, qui non concoquit cibos. Noster lib. 12. ep. 77.

Ebrius & crudus nil habet agricola.

& Horatius lib. i. epist. 6. in fi.

— crudus tumidique lauemur,

Quid deceat, &c.

sic Iuuenal. sat. i. vers. 143.

Et crudum pauonem in balnea portas.

id est, quem stomachus non concoxit. & Persius, sat. 2. vers. 65.

— non si qua elegidia crudis

Dictearunt proceres.

Qui verò non comedit, crudus esse non potest.

AD EPIGR. XIV.

^Q Vidam Tucius sportularum fiducia Romam petebat: existimabat enim se sola sportula posse Romæ viuere, vt dicemus infr. ep. 30. & dictum etiam e s t , lib. 2. ep. 68. & cùm ab Hispania, vsq. iam ad Milium pontem in via Flaminia, qui mille passus ab vrbe distat, peruenisset, occurrerit illi sportularū fabula, quam ego fabulam non sentio cum Radero

esse, de tenuitate sportularum, ut ipse contendit. Hoc enim notissimum erat nationibus omnibus, quibus innoverant importuna illa officia, quæ anteambulones præstabant regibus, & centum quadrantibus hæc omnia à miseris togatis locati: Sed fabulam sportularum intelligo esse Domitianæ edictum, quo sportula sublatæ fuerant, eo tempore reuocata cœnarum rectarum consuetudine, ut supr. dictum est epi. 7. Cum igitur hic Tucius videret cœnis rectis nullam crepare pecuniam, existimauit se viuere Romæ non posse, ut cogitauerat, si sportula daretur, & redijt in Hispaniam.

AD. EPIGR. X.V.

Codrum cœcum irridet, qui amabat puellam, quam audierat formosam esse, ut Asper ille ep. 49. lib. 8.

1. *P L V S credit nemo.*] totus lufus positus est in huius verbi ambiguitate. Credere namque est pecunias alicui commodare, vnde creditores debitoribus opponuntur. Nemo, inquit, plus credit in tota vrbe, quam Codrus: mirabile hoc videri poterat: cum pauperissimus esset. Respondet alia verbi credendi significatione, Cæcus amat, quam formosam audit & credit esse.

AD. EPIGR. XVI.

Svtorem Bononiensem quedam iusta indignatione suggillat, quod gladiatorum munus exhiberet; quem Bononiensem esse constat ex ep. 58. huius libri, & succensuisse Martiali ob hæc scommata discimus ex epig. 98.

1. *D A s gladiatores futorum Regule Credo.*] Constat non esse muneric exhibendi omnibus æquam potestatem. Extat enim apud Tacitum lib. 4. Annal. senatus consultum, quo cautum est, ne quis gladiatorium munus ederet, cui minus quadringentorum millium res esset, qui census equestrus erat. & Sueton. in Claudio cap. 28. & Harpacram, ait, *suspexit, cui lectica per urbem vebendi, spectaculaque publica edendi, ius tribuit.* Erat autem hic Harpocras libertus, cuius generi non permittebatur id ius. Eadem est apud Iuuenalem indignatio, sat. 3.

*Quondam hi cornicines & municipales arenæ.
Perpetui comites, nostra que per oppida buccæ.
Munera nunc edunt & verso pollice vulgo.
Quemlibet occidunt populariter.*

& Persius sat. 4. vers. penult.

Respic quod non est, tollat sua munera cerdo.

2. *Q V O D Q V E tribuit tibi fabula sicca rapit.*] Elegans Antithesis: quæstum fabula facis, quem sicca tibi extorquet è manibus.

3. *V T velles corio ludere cerdo tuo.*] Elegans allusio in lusu & corio, *ludere,* id est, ludos exhibere, *Corio tuo,* id est, impensis & ea pecunia, quam ex corio contraxeras.

4. *N V N C in pellicula cerdo tenere tua.*] Adagium lege; *Se intra pelliculam*

*continere: quod ab Apologo Asini leonis pelle cōtēcti natum, detorquetur
salsè à Poëta in cerdonem: tene te intra pelliculam tuam, id est, contine te
intra terminos tui artificij, & conditionis, neque velis id facere, quod so-
li potentes & nobiles viri faciunt.*

AD EPIGR. XVII.

Narratiuncula quadam faceta Sabidij cuiusdam, oris fēditatē no-
nat, cui fētēbat anima, fortē quod cunnilingus, vel fellator: nam cū
scriblita quēdam secundis mensis apposita fuisset, neque esset aliquis,
qui eam tangeret, propterea quod arderet, terqūe quaterqūe sufflauit ip-
se, quo factō repuit quidem illa, sed nemo voluit tangere, quod halitu e-
ius conspurcata fuisset. Eadem est sententia epig. 93. lib. 7.

CIRCVM LAT A diu mensis scriblita secundis.] Mirum est quam An-
dabatarum more pugnent Domitius & Merula hoc loco; & laureolam
quārant in mustaceo, vel nodum in scyrpo. Est antiquis notissimum
bellarium secundis mensis apponi. solitum scriblita: integrum nomen
scriblita est. vt legitur apud Plautum in prologo Pœnuli,

Dum ludi fiunt, in popinam pedisse qui

Irruptionem facite, nunc dum occasio est,

Nunc dum scriblita effuant, occurrite.

sed *xat̄ ov̄n̄t̄ lu*, scriblita à Poëti metri causa dicitur, quam facere do-
cuit M. Cato lib. de re rustica, cap. 78. his verbis: *Scriblitam sic facito, In bal-
lo trāctes cascū ad eūdem modū facito; vii placentam sine melle: vbi nota di-
uersam esse scribilitam à placenta. Cuius confectionem docuerat idem
Cato, cap. 76. Vnde Petron. in satyr. describens mirabile illud reposito-
rium in coniuvio Trimalcionis, de signo Librae sic loquitur. Super libram
plateram, in cuius altera parte scriblita erat (lege scriblita, & sic emenda etiam
M. Catonis literam) in altera placenta. Inde scriblitarij ab Afranio dicun-
tur, huius edulij conjectores his verbis.*

Pistori cur non, cur non scriblitario,

Vt mittat fratri filio lucunculos.

alij legunt, *Scriblita, an nō sp̄c̄lēt̄, quod est torqueare, idē, quod in cir-
cuitu torqueatur restis in modum. Vnde nos Tortam dicimus.*

AD EPIGR. XVIII.

FAceta irrisio est inepta cuiusdam Maximi excusationis, qui recita-
turus raucitatem excusavit, cum posset recitationem ipsam excusare.
Ad hoc argumentum pertinet distichon lib. 4. epi. 41, & aliud lib. 6. epig.,
etiam 41.

PER FRIXISSE tuas questā est præfatio fances.] Ex frigiditate raucitas vo-
cis subsequitur, præfationem autem appellat id quod à recitatu, ante-
quam opus inciperet, vel ad captandam auditorum benevolentiam, vel
ad aliqua vitia excusanda dicebatur, idque versibus alterius generis ab o-
perer recitando. Colligo hoc ex præfatione satyrarum Persij, quæ præfa-
tio primæ satyræ tantum est in qua cum * recentem passim Poëtarum:

numerum carpere proposuisset, & eos Poëtas reprehenderet, qui potentiorum adulazione, inuitis Musis & Apolline nullo versus consarcinabant sonitu quodam verborum inani, nulla subiecta scientia neque sententia, per prolepsim occupat opinionem auditorum, qui poterant existimare eum esse ex subitiorum Poëtarum numero: idque facit diuersis carminibus ab ijs, quibus vsus est in satyris. Hoc igitur intelligit nomine præfationis, qua Maximus hic raucitatem excusauerat.

2. *Cum te excusaris Maxime, quid recitas?*] Excusatio totum opus remouet, vel differt. Qui habitus excusatus est, non est cur recitet, poteratque hic finita excusatione à sede illa celsa, quam conscenderat recitaturus, descendere, & auditorum concionem soluere.

AD EPIGR. XIX.

EST flebilis quædam narratio casus cuiusdam, quo perijt pulchellus puer, quem Hylam vocat, quem casum ego existimauerim fictum à Martiale, quamuis potuerit verus esse. Ludebat Hylas puer apud Vipsanum porticum, vbi fictiles feræ ad ornamentum positæ erant, apertis ritibus, in quarum hiatus ludibundus puer manum immittrebat: forte accessit ad vrsam quandam, in cuius ore casu latebat viperæ viua, quæ irritata pueri manu cum acriter momordit, ita ut immisso veneno occideret.

1. *PROXIMA centenis ostenditur vrsa columnis.*] Domitius Vipsaniam porticum intelligit, ut sup.lib.2.epi.14.de Sellio.

Inde petit centum pendentia tecta columnis.

quod ego verum existimo.

2. *EXORNANT fictæ qua Platanonafera.*] Non possum satis mirari Iulium Cæsarem Bulengerum, qui lib. de venatione Circi, cap. 21. somniat hanc esse picturæ cuiusdam descriptionem, eamque picturam expressam esse è rei veritate: quia spectacula ad memoriam pictura exprimebantur, ut est apud Capitolinum in Gordianis, & Trebellium in Carino. Et finit monstrum quoddam Thebano ænigmate dignum, ingenio aut arti tribuendum, quod in ora ferarum indebant angues & viperas, quæ feris essent innoxiae, bestiarisq[ue] nocerent. & ad hoc figuramentum confirmandum adducit hoc epigramma in quo corrupte legerat:

Exornant pictæ qua Platanonafera.

Quid facias illo? iubeas miserum esse libenter, & Anticyras nauigare. Leget tu, fictæ, ut est in correctioribus codicibus, ne decipiaris cum Bulengero. Platanon autem locus est Platanis confitus, ut Daphnon lauris, ut est lib.10.ep.76.

Disposuit Daphnona suo Torquatus in agro.
& libr.12.epigr.am.50.

Daphnonas platanos ac aérias Cyparissos,
Et non unius balnea solus habes.

3. *VIVEBAT QVE anima deteriore fera.*] eleganter & verè Poëticè, nam

si vineret fera, insertam manum procul dubio morderet: facta mordere non poterat: sed haec facta viuebat, non sua, sed deteriora viperae anima, quia nocentius multo momordit.

⁴ Dv m perit & facinus ansa quod vrsafuit.] Corruptus versus, qui sic lectus languet. Est in veteri falsa, non meliore sensu, sed ab eo sic emendarem:

Comperit & facinus ansa quod vrsafuit.

id est, exeunte viperæ ab ore feræ, visa est ipsa sua sponte fateri scelus illud.

AD EPIGR. XX.

Canium Poëtam perperù ridenter descripsit lib. i. epi. 70. ubi cum Panos statuæ comparat, perpetui risus specie conflatae. Hoc epigrāmate longa quadam suspensione concepta, per interrogationem Musæ factam, cum semper ridere testatur, ultimo versiculo addita Musæ responsione. De hoc Canio præter epigramma allegatum, est mentio eodē lib. i. ep. 62. & infra hoc 3. lib. ep. 63.

¹ V T R V M ne chartis tradit ille victurus.] id est, habentibus Genium, vt lib. 6. epigr. 60. *Victurus Genium debet habere liber.*
Eadem formula vsus lib. ii. epi. 4.

At quam victuras poteramus pangere chartas.
& suprà lib. i. epigram. 108.

Condere victuras tentem per secula curas.

vbi vetus Codex habet, *chartas.*

² A N que Neroni falsus adstrinxit scriptor?] fortè hic Caius Rufus soluta vel ligata oratione suscepserat Claudij dominatum describere, & Nero-nis res gestas, quas scriptores metu vel odio falsas scripserant, ut testis est Tacitus in procœmio Annalium his verbis. *Tibery, Cayque & Claudij ac Nero-nis res florentibus ipsis, ob metum falsa, postquam occiderant, recentibus odios compo-sita sunt.* Quæ igitur falsus scriptor Neroni tribuit, hic tradit chartis vi-turis. Caeve verò ne cum Radero verbum, *amulatur*, in sequenti versu pos- situm in hoc intelligas: Eſſet enim ineptissimus ſenſus.

³ A N amulatur improbi iocos Phædri.] Poëta hic Phædrus fabularum Æ-ſopicarum scriptor, cuius quinque libros P. Pithœus primus edidit, & doctorum manibus hodiéque teritur.

⁴ A N in cothurnis horridus Sophocles.] Quamuis Æschylus fuerit primus, qui magniloquentiam docuerit, ut testatur Horatius in Arte:

Et docuit magnumque loqui, nitique cothurno.

& componere verba Aeschyleo cothurno dicatur Propert. lib. 2. eleg. 33.

Desine & Aeschyleo componere verba cothurno.

in prouerbium tamen abiit Sophocles cothurnus. quod Sophocles cœteros Tragicos dictiōnis grauitate longè superauerit. Virgil. ecloga 8. vers. 10.

Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.

Quod imitatus est Martial. lib. 5. epi. 31.

Varro Sophocleo non inficiande cothurno.

Est autem cothurnus metonymicā; orationis sublimitas, quōd Tragici sublimiores sint ceteris Poëtis, & actores Tragœdiarum cūm referrent Heroes cothurnati incedebant, quōd proceriores viderentur: fingebant enim veteres Heroas illos mortales homines corporis proceritate superare. Hinc Poëtæ sublimes, quamuis non tragœdi, cothurnati vocantur. Noster lib.5. epigr.5.

*Grande cothurnati pone Maronis opus.
& lib.7. epigr.62.*

Sacra cothurnati non attigit ante Maronis.

*Quid autem sit cothurnus non omnibus video liquere; est genus calceamenti, quo crura usque ad genua tegebantur, & sub pede insuebantur soleæ multæ è subere compactæ, obtectæ corio, quæ statuæ bonam addebant partem, eoquæ calceamento, ut dixi, vtebantur Tragici, ad referendum vel Deos, vel Heroas. Quæ inuentio Aeschylī Poëta fuit, ut patet ex loco Horatij suprà adducti. Hinc intelliges pulcherrimam Senecæ comparationem epistola 77. incipit *Inimicitias mihi, &c. Nemo ex iis* (inquit) *quos purpuratos vides, felix est, non magis quam ex illis, quibus sceptrum & clamydem in scena fabula assignant, cum praesente populo elati, (lege latè) incesserunt, & cothurnati simul exierunt, excalceantur, & ad statuam suam redeunt. Virgilius hoc calceamentum tribuit virginibus Tyrijs, i. lib. Aeneid.**

— hand eidem tali me dignor honore

Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram

Purpurcoque alte suras vincire cothurno.

Qui locus à nemine, quod sciam, hactenus intellectus fuit. neque eius difficultas est in eo, quod Scaliger dubitat, quo modo venatrix: cui curandum sèpè est, & incedendum per montes & rupes, possit calceata cothurno incedere: nam altum fuisse negare non possumus; cum id convincant Plin. ep. 7. lib. 9. & Iuuenal. sat. 6. vers. 505.

— breviorque videtur

Virgine Pygmæa nullus adiuta cothurnis,

Ad quod respondet Raderus, Veneris ibi calceos κατέχειν: fuisse cothurnos dictos, nec tragicos fuisse, sed pro calceamento quoquis positos: quod non est mirum errasse Raderum Germanum hominem, & qui veros cothurnos numquam viderat, quales nos habemus in Hispania, precipue in Salmanticensi tractatu, ubi fere omnes rusticæ fæminæ cothurnis calceantur, & eorum usu delectatæ facilitate summa currunt, incedunt per aspera loca nullo impedimento. Quo quidem responsum est vere Scaligeri dubitationi, sed mallem, aliud maius dubitasset Scaliger, quod ego dubito. Conabatur eo in loco Venus diluere Aeneæ filij opinionem, qui existimauerat eam esse aut Dianam, aut aliam Nympham, protuleratque hæc verba:

*O quam te memorem Virgo? namque haud tibi vultus
Mortalis, nec vox hominem sonat. O Dea cerid*

An Phœbi soror, an Nympharum sanguinis una.

Respondet Venus se non esse Deam, & virginibus Tyrijs morem esse pharetram gestare, quod suprà dixerat Poëta:

Virginis os habitumque gerens & virginis arma Spartana.

quo dicto negat se Dianam esse, quod poterat arcu & pharetra decepisse Aeneam. Illud autem, quod gestaret cothurnos, more cœterarum: quod est argumentum, ut prober se non esse Deam, an Deæ vel Nymphæ incedebant cothurnatæ ut Diana pharetrata? Nodum sic dissolute. Aeneas viderat Venerem venatricis habitu & statura proceriore, quam humana esse solet. Ad quod tacitè responderet Venus, quasi dicat, Ne me existimes ob staturæ proceritatem Deam esse, aut Nympham: Obserua hanc proceritatem nō esse mihi à natura, sed addititiam propter cothurnos quibus calceata incedo. Suetonius Tranquillus in Augusto, cap. 73. scribit, eum calceamentis altiusculis ut procerior, quam erat, videretur, usum fuisse. Quem usum forte didicit à Iulio patre, qui testante Dione lib. 43. vtebatur pedum tegmine fulmentato & Puniceo, ut Albani Reges olim: quod genus suum ad hos referebant, propter Iulium, à quo g̃s Iulia: & Caligulam solitum gestare cothurnos probat idem Suetonius in eius vita, cap. 52. Vnde patet Reges & grauiores viros altiusculis calceamentis usos fuisse, grauitatis causa, ut de Indis Arrianus, & de Persis Xenophon tradiderunt. Acron etiam in satyram 6. Horatij lib. 1. notat omnium Senatorum altiores fuisse calceos.

5 *A n otiosus in schola Poëtarum.]* Hic schola non propriè sumitur. Nullus enim Romæ hoc tempore locus destinatus Poëtis, sed communiter accipiendum pro quo quis hominū conuentu ad recitaturos Poëtas audiēdos.

6 *A n spatiis earpis lentes Argonautarum:]* Porticum Argonautarum intellegit, vbi otiosi solebant poëtarum versus spaciantes relegere, ut constat ex epig. 1. lib. 11. Hæc ipsa est porticus Iasonis, de qua sup. lib. 2. epig. 14.

Si nibil Europe fecit, tum septa petuntur,

Si quid Phyllrides praestet & Aesonides.

& lib. 11. epigrain. 1.

Turbam non habet otiosores

Pompeius, vel Agenoris puella,

Vel prima dominus leuis carina.

In hac porticu mirificè depicta erat historia Argonautarum. Motis erat apud Romanos historias, fabulas & alia multa in porticibus depingere. Spartanus scribit res bello gestas à Seuero depictas in portico fuisse. Et Petron. in satyr. Interrogare, inquit, ego atricensem capi, quas in media (scilicet portico) picturas haberent. Ilada & Odysseam, inquit. Sic ludorum magnificentiam, ne memoria intercideret, in porticibus etiam depingebant. Vopiscus in Carino. Memorabile maxime & Carini & Mameriani hoc habuit imperium, quod ludos Romanos nouis ornatos spectaculis dederunt, quos in Palatio circa porticum slabulis pictos vidimus.

Inter tepentes post meridiem buxos.

sic lib. 2. epi. 14.

Lotus ad Europeas tepidae buxeta recurrit.

7 **S**TERTITNE thermis an lauatur Agrippa.] melior lectio aliorum codicum, *Titine thermis.*

Erant enim thermæ Titi Imperatoris, de quibus dictum lib. spectaculorum epigr. 2.

Hic ubi miramur velocia munera Therma.

8 **A**N impudici balnea Tigillini.] lege, Tigillini, qui est Sophonius Tigellinus, de quo & eius impudicitia C. Tacitus lib. 14. Annal. *Imposuit cohortibus Sophonium Tigellinum, veterem impudicitiam atque infamiam in eo secessus.* & paulò post: *V*aledix Tigellinus in animo Principis ex intimis libidinibus assumitus. Et libro Historiar. I. *Sophonius Tigellinus obscuris parentibus, fœda pueritia, impudica senecta.* cuius vitam etiam breuiter describit *vetus scholia* tes Iuuenalis ad versum:

Pone Tigellinum ————— 155. sat. 1.

9 **A**N rure Tulli fruitur atque Lucani.] fratres hi erant summa inter se charitate coniuncti, vt constat ex epig. 37. lib. I.

AD EPIGR. XXI.

PVLcherrima de Antio Restione proscripto narratio est apud Valer. Max. lib. 6. cap. 8. §. 7. quam etiam persecutus eleganter Macrobius libr. saturn. I. cap. II. vnde petere poteris.

1 **F**RONT E notatus.] de notis seruorum iā dictum est sup. ad li. I. ep. 29.

2 **N**O N fuit hac domini vita, sed inuidia.] id est, non tam seruatus est à seruo ad vitam, quā ad inuidiam & omnium odium, qui indignabantur, quod à seruo tam indignè ab eo accepto esset in summo vita discrimine seruatus.

AD EPIGR. XXII.

APICIJ luxuria abijt in proverbiū Tiberij Cæsarī tempore, quo & ipse vixit, qui helluones omnes longo intervallo superauit. Hic cū sexcenties luxurians absuſſisset, videretque sibi centies ſupereffe, veritus ne egestate & fame opprimeretur venenū bilit. Acutissimē Martialis nihil gulosius ab eo factum dixit, quām, quod venenū ſupſerit, timens ne deſſet pecunia, qua gulæ faceret ſatis. Est celebre hoc mirandū Apicij factū Senecę amplificatione ad Heluiā, cap. 10. & narratione Dion. li. 57.

AD EPIGR. XXIII.

CONTINET hoc distichō indignationem Poëta in auarum inuitatore, qui obſonia omnia pueris ad pedes retro statibus tradebat, nil conuiuis relinquens. Poteras inquit vti compendio, & mensam à pedibus ponere vbi ferula apponentur rapienda pueris tuis, nec videnda conuiuis. Locum vt intelligas, obſerua triclinium tres lectos habuisse ita diſpositos, vt vnum completerentur alij duo, referrentq; formam II maiſculæ: In medio orbis collocabatur ad ponendas dapes, qui orbis mēſa dicebatur, vt inde conuiuæ recumbentes in lectuli triclinij ſoſſent

sibi desumere, quod libuisset. Cum igitur hic omnia obsonia statim ac ponerentur in mensa, traderet pueris retrò, ait satius fuisse, ut à pedibus collocaretur. De seruis autem retrò stantibus in conuiuijs dicemus latè, ad epigr. 82. huius libri.

AD EPIGR. XXIV.

Continet hoc epigramma facetissimam de Thusco haruspice narrat. Iunculam, qui cum mactaret hircum ad Bacchi aras cuidam agresti viro falcem præbuit, iubens ut testiculos hirci amputaret, cumq[ue] ipse cum hirco luctaretur, ostendit ingentem quandam herniam, quam rusticus confessim falce secuit, existimans id ad sacra pertinere.

1. **V I T E nocens rosa.**] legendum rosa, quod caper hoc vni nocens, Baccho mactabatur, quod vitem roderet. Ouid. lib. 1. fast. Ennij Poëta versus Græcos imitatus, quos παρδικῶς adducit Suetonius in Domitiano cap. 14. sic ait:

*Rode caper visem, tamen hinc cum flabis ad aras
Intus quod spargi in cornua posset, erit.*

De qua re, & de vino fundi solito capitibus stantium ad aras victimarū lege pulcherrimam obseruationem Angeli Politiani in miscellān. c. 26.

2. **S T A B A T moriturns ad aras.**] communis sacrorum formula multis exemplis à Barnaba Brissonio firmata, sed breuiter & eruditè de toto sacrorum ordine differuit Franciscus Santius Brocensis, Rhetoricae & Græcae linguae apud Salmanticenses Doctor, vir(dubio procul)immortalitate dignus, quem mihi contigisse Magistrum in his humanioribus literis semper gloriabor, in scholiis ad sat. 6. Persij.

3. **T E T E R vi immundæ carnis abiret odor.**] Victimæ mares mactatæ antequam excoriarentur, castrabantur, ut docet Festus in solitaurilia. hic autem causam affert, cur illud fieret, ut scilicet immunda illius partis teterimus odor non offenderet nares.

4. **S V P E R aras virides.**] virides dixit, propter herbas, quas aris sternebant, liquidum ex Terentio in Andria, lce. 4. act. 4.

*Ex arabi sume verbenas tibi,
atque eas substerne.*

ubi Donatus: *verbena quasi herbenæ redimicula sunt ararum.* & paulò inferius: *Verbena sunt omnes herbae frondesque festæ ad aras coronandas.*

5. **S I C modò qui fueras Thuscus nunc Gallus aruspex.**] aruspicina ab Hetruria accita Romam. hic aruspex Thuscus erat, quod hoc factorum genus priscum, adducti ex Hetruria sacerdotes exercabant. Galli verò Cybeles erant sacerdotes, qui omnes secti erant, ut dictum est sup. ad lib. 2. ep. 45. Est igitur lusus in transmutatione sacerdotii, & in ambiguitate nominis Galli: significat enim & Cybeles sacerdotem, & castratum.

6. **D V M ingulas hircum, factus es ipse caper.**] Nota hic acriter differentiam inter hircum & caprum, quod hircus non castratus sit, caper verò castratus hircus, quamvis hæc confundantur.

AD EPIGR. XXV.

Iovus est in Sabineum Rhetorem frigidissimum in dicendo, quem ait hyperbolicos posse feruens balneum refrigerare: estq; iocus in ambiguitate à frigore aëris ad orationis frigus, traducta significatione. Sic dicimus frigere alicuius orationem, & aliquem in dicendo refrigerari. Suet. in Claudio cap. 41. *Et cum primum frequenti auditorio commisisset, agrè perlegit refrigeratus sèpè à seipso.* vide adagium, *Ialemo frigidior,* & quæ notauiimus ad lib. 4. epigr. 2.

1 *Rogo lauet vti Rhetorem Sabineum.]* variè legitur hic versus. Ex omnibus lectionibus ego hanc elegerim ut molliorem,

Roga lauetur hic Rhetor Sabineus.

2 *Neronianas is refrigerat thermas.]* thermæ & balnea à calore laudabantur, contrà frigida reprobabantur. lib. 2. 78. thermæ verò Neronianæ ceteras calore & commoditate superabant, quas laudat lib. 2. epi. 48, vbi vide quæ notauiimus. Est igitur amplificatio frigiditatis huius Rhetoris, qui calidissimas Neronis thermas refrigerare possit: quod Dominius ad ventris flatum retulit. Existimo somniaſſe pedentem Sabinum. Hadr. Iun. cent. 2. prouerbialiter accipit hæc verba. adag. 50.

AD EPIGR. XXVI.

Candidum, quem iam sup. lib. 2. epigr. 43. fuggillauerat, nunc acriter perstringit, quod vxorem haberet adulteram, populōque communem, & philautiæ vitium in eo notat, quod solet omnibus esse odiosum, sua enim ita laudabat, ut cetera contemneret.

1 *E t cor solus habes.]* habere cor, prouerbialiter dicebant eum, qui prudetiam aut fortitudinem haberet. sequenti epigrammate

Et mihi cor non est.

Hinc cordati dicuntur sapientes: & apud Ennium:

Egregiū cordatus homo Catus Aelius Sextus.

Et à corde etiam apud Nostrates appellamus *cuerdos* sapientes. Scipionem etiam Nasicam veteres propter singularem sapientiam corculum vocauerunt. Contra verò stultos non habere cor dicebant, & item fortunas omnes, ut est apud Plautum aet. 1. sce. 1. in Cistellaria.

§ 1. *At mihi cordolum est. G v. quid id? Vnde tibi est cordolum? commemora obsecro? Quod neque ego habeo, neque quisque alia mulier, ut perhibent, viri.*

& in Milite Sc. cohibete. *Eam des, quæ sit quaestuosa, quæ alat corpus corpore, Cuique sapiat pectus: nam cor non potest quod nulla habet.*

vbi lege, *cor dolium*, duabus formis. Est autem *dolium* Epitheton cordis, vt apud Lucilium, crucium, epitheton vini quod cruciat, sic dolium quod dolet: & eadem ratione in Pœnulo scen. Negotiis.

— *ibi ibi Erit cordolum, si quam ornata mœlius confixeris.*

Erat igitur hoc commune sexus illius conuictum: Vnde pectus illis pro corde tribuebant, non cor.

*Hoc me puto velle negare.] melius alias, Hoc non puto posse negare, ut sit
irrisoria quædam concessio, quæ fidem adstruat sequenti scommati.*

*Vxorem sed habes Candide cum populo.
id est, communem, ut sup. lib. i. ep. 69.*

Navia non una est. —

A D E P I G R. XXVII.

Expostulat cum Gallo in urbanitatis causâ, quod sæpe inuitatus
numquam Poetam reuocasset: in vtrumque culpam confert: in se,
quod cor non habeat, ad prætereundum Gallum: in Gallum, quod cum
inuitet alios, Gallum prætereat.

A D E P I G R. XXVIII.

Notat facetè spurciciem oris Nestoris cuiusdam, qui Mario auricu-
lam grauiter olere querebatur, & per paradoxon causam reddit
huius graueolentiae: quod scilicet ipse Nestor Mario garriat semper in
auriculam: poterat autem Nestori anima foetere, quod vel fellator,
vel cunnilingus esset. De garritu in aurem dictum est iam supra lib. i.
epigr. 90.

A D E P I G R. XXIX.

Conficta est quædam dedicatio anathematis seruulis Zoili cuiusdam,
qui ex Ergastulario elatus fuerat ad Equestrem dignitatem eo com-
posita ut Zoilum seruulis conditionis admoneret. Solebant enim serui
libertatem adepti, vinculis soluti, annulos ferreos seu compedes Satur-
no, velut anathemata dedicare; quod is Deus in compedes olim à filio
coniectus, adeptus deinde libertatem, seruos in clientelam suam visus
sit accepisse, & eorum libertatis veluti auctor & protector, cuius cau-
sa Romæ in compedibus visebatur; vbi scribit Verrius Flaccum fate-
ri se huius rei caussam ignorare, quam Macrobius Apollodori lectio sic
suggessit. Saturnum Apollodorus alligari ait per annum laneo vincu-
lo, & solui ad diem sibi festum, id est, mense Decembri, atque inde pro-
verbium dictum: *Deos laneos pedes habere.* Hinc etiam natum est, ut per
Saturnaliorum dies serui libertatem adipiscerentur, & ceteri pileati
incederent tanquam serui recens liberti facti. Vtriusque rei sunt testi-
monia apud hunc nostrum, lib. ii. ep. 7.

Vnctis falciferi senis diebus,

Regnator quibus imperat frithillus,

Versu ludere non laborioso,

Permissis puto pilcata Roma..

& lib. 14. epigr. 1.

Synthesibus dum gaudet equus Dominusque Senatus,

Dumque decent nostrum pilea sumta louem.

& eiusd. lib. 14. ep. 79. flagra est lemma,

Ludite lascivii, sed tantum ludite serui:

Hæc signata mibi quinque diebus erunt.

Et Seneca, ep. 18. cuius initium est, *December est mensis. Si te bene noui, arbitri partibus functus, nec per omnia nos similes esse pileata turbæ voluisse, nec per omnia dissimiles.*

I ANNULOS priores.] Ludit in annulorum nomine: sunt enim annuli ferrei seruorum compedes, & sunt annuli insigne equestris dignitatis. Notat autem Zoilum Equitem esse Romanum, cum dicat annulos priores: Nam si annuli priores sunt illi ferrei, necesse est ut alij sint posteriores, homini verò libero, nulli annuli competitunt præter equestris. Sed apertum est testimonium Equestris Zoili dignitatis, lib. 1. ep. 38. *Zoile quid tota gemmam præcingere libra*

Te innat, & miserum perdere Sardonycha?

Annulus iste suis fuerat modo cruribus aptus:

Non eadem digitis pondera conueniunt.

Esse denique annulum Equestris dignitatis insigne notissimum est, & inde quæstus à Nostro falsissimus iocus, lib. 8. ep. 5.

Dum donas Macer annulos pueris,

Desisti Macer annulos habere.

A D E P I G R. XXX.

Dictum est sup. lib. 2. epig. 68. miseros hosce sportularum captatores, ex centum sportulae quadrantibus genium fraudantes, cellæ pensionem & vestes subtrahere, seruum alere & Veneri etiam satisfacere. Sublata Domitiani editio sportula, hi omnes in deteriorem conditionem sibi visi sunt incidisse, vt esuritor ille Tucius, de quo sup. epi. 14. qui à ponte Mikio rediit in Hispaniam audita sportularum fabula. Arguit igitur Gargilianum quemdam temeritatis, quod sublata sportula Romæ viuere perseuerabat.

I GRATIS coniuia recumbis.] quod sublata sportula iam non conductus pretio, vt antea, sed gratis recumberet: Nec vocaretur ad cœnam vernalis, vt inf. epigr. 60. in Ponticum,

Cum vocor ad cœnam non iam venalis vt ante.

Esse autem hos sportularios coniuias & per vocatorem solere cogidictum est sup. ad epigr. 7. huiusc libri.

2 ET fuscæ pensio cellæ.] hoc expressit Iuuenialis eleganti metonymia, sat. 1. versu 120.

Et panis fumusque domi. —

nam per fumum domi fuscæ fumo domum intelligit, id est, fumosam.

3 Vnde datur quadrans? Vnde? Vir es Chiones!] male acceptus versus ab interpunctione. Domitius sic interpungit: *Vnde datur quadrans? Vnde vir es Chiones?* Colinei editio, A. M. DXXIX. vnicam habet in fine interrogationem; quam lectionem ego prætulerim ceteris. Qui Domitij interpolationem sequuntur, vt Heraldus. sic interpretantur. *Vnde datur quadrans?* id est, ad lauandum. nam pauperes quadrante lauabantur. Constat ex Horat. sat. 3. lib. 1. in fine.

— dum tu quadrante lauatum Rex ibi.

& Iuuenalis, sat. 6. versu 445.

Cædere Syluano portum, quadrante lauari.

Vnde Seneca, ep. 87. de balneo: *Cur, inquit, exornaretur res quadrantaria, & in usum, non oblectamentum reperta.* Sic Cicero pro Cœlio, perstringens fororem illam Clodij, quæ quadrantaria dicta fuit, quòd cùm pretio exacerbaret iuuenes, quidam facetus pro aureis nummis quadrantes in eius loculos immiserat. *Nisi forte (ait) mulier potens quadrantaria illa permutatione familiaris erat balneatori:* quo scommate notauit Clodiā, illa quadrantaria appellationis infamia. Ego verò non existimo hanc lectionem & interpretationem veram esse. Nam quamuis negare non possum quadrantem illum, qui dabatur balneatori, cùm id nullo exemplo possit confirmari. Ideo ut dixi, præfero Colinei interpunctionem, sicquæ interpretor: *Vnde datur tibi quadrans?* *Vnde, id est, à quo quadrante sis vir Chiones quadrantaria meretricis?* ut obiter perstringat etiam Chionen, in quo allusit ad historiam Clodiæ supra adductam. Nec intelligas vilium harum meretricum pretium esse quadrantem solum. verū persolui his solere non argento, sed quadrantibus, & minus quā valeret sextertius nūmus, qui argenteus erat, & valebat decem nostros marauetinos. As verò quatuor valebat quadrantes, geminōque asse persoluebatur plebeia Venus, ut diximus sup. ad epigr. 53. lib. 2. ad illum versum:

Si plebeia Venus gemino tibi vincitur asse.

Id est, si quatuor quadrantibus redemeris plebeiam & vulgaram meretricem. Dixit autem: *Vnde datur quadrans?* per Syneccoden, id est, vnde deducis octo quadrantes, quibus Chionæ facias satis, quæ non prostat argento, sed ære. Hinc enim tractum est per iocum nomen Clodiæ, de qua loco Ciceronis supra allegato, quam Plutarchus dicit ab adolescenti delusam, qui pro argenteis nummis quadrantes æreos in eius loculos immisisset. Vnde, ut ipse ait in Ciceronis vita, *κυαδράντα* nuncupata est, quod Latinè sonat quadrantaria; quod nomen non impositum fuit de nouo Clodiæ: erat enim iam antiquum vilium meretricum cognomentum, ut constat ex illo Cæciliij ænigmate, apud Quintilianum, lib. 8. cap. 6. *Quadrantarum Clytaemestram in triclinio Coam, in cubiculo Nolam.* De cuius explicatione lege Brodaeum, lib. 3. Miscellan. cap. 24. de quo antea scripsiterat Cælius Rhodiginus, lib. 18. antiq. lectionum, cap. 16. & Andreas Alciatus, lib. 2. parerga, cap. 12.

[CVM ratione licet, &c.] Litus est in ambiguitate. *Ratio* namque priori versu & parsimoniam & computationem rectam significat, posteriori verò causam. Hispano more, dicimus namque, *con mucha rason* dicturi, non sine causa. hac etiam formula vsus est S. Orientius in libello illo aureo, quem edidi, propè finem.

Hinc cohabet totum pacis concordia mundum.

Qua brutis etiam cō rōne datur.

vbi eleganter , vt solet , Deltius meus , illas litterarum notas cō rōne in-
terpretatur. & legi debere monet , cum ratione .

AD EPIGR. XXXI.

Conatur reprimere Ruffinum ob diuitias nimis superbientem, quas
dicit amplas quidem esse, sed non accedere ad libertinorum opes:
quo simul eius arguat stultitiam, qui ea re glorietur, quam multò magis
abiectissimi homines erant consecuti. epigramma per se liquet.

1 **V R B A N I Q V E** tenent prædia multa *Lares.*] Raderus sic interpretatur:
habes suburbania prædia non pauca : aliena à Poetæ mente sententia : vo-
luit enim significare laxas & magnificas habitare ædes Rufinum, qua
multorum prædiorum instar essent. Nam prædia urbana notissimum
est significare omnia ædificia, vt constat ex L. Urbana prædia 198. II. de
verb. sign. *Lares* igitur *Urbani*; id est, domus, quam in vrbe possides, te-
nent prædia multa, id est, occupant multa ædificia.

2 **E t seruit dominæ numerosus debitor arca.**] id est, fœneras multos. De vo-
ce dominæ dictum est, sup. lib. I. epigr. 4. & de arca, lib. I. ep. 77.

3 **A V R E A mensa.**] vel propter coronam auream additam mensæ, vel
auream dixit, pro pulcherrima quales erant citræ.

4 **P L V S habeat Didymus, plus Philomelus habet.**] Nomina Græca indi-
cant libertos hosce fuisse. Didymi meminit, libro 12. ep. 43. Philome-
lus autem forte cytharœdus tempore Martialis. De libertinis opibus
dicemus ad lib. 5. ep. 13.

AD EPIGR. XXXII.

Conuitum est in Matriniam vetulam, quæ querebatur, quod Poëta
non virum egisset cum ea. Excusat hoc cum dicat eam non vetu-
lam, sed iam mortuam, iam cineres.

1 **N O N possum vetulam quereris Matrinia?**] in veteribus legitur,
An possim vetulam quereris Matrinia?

Sed ego prætulerim vulgatam lectionem : colligo veram esse ex respó-
sione Poetæ, quæ se purgat, quod in eo certamine ante victoriā occu-
buisset. Erat enim intempestiuā hæc purgatio ; si Matrinia tantum in-
terrogasset eum vtrum posset.

1 **P O S S V M Hecubam, possum Nioben.**] tot filiorum matres necesse est
veterimas esse, has igitur enumerat per Synecdochen pro omnibus ve-
tulis.

3 **S E D s i Nondum erit illa canis, nondum erit illa lapis.**] Notissima fabula
ex Metamorphosi Ouidiana , de Hecuba in canem, lib. 13. cū Polymne-
stori Thraciæ regi ob occisum Polydorū filium oculos eruisset, & à
Thracibus lapidibus impeteretur, in canem est conuersa, significat igi-
tur se vetulas posse quidem, sed si nondum nimia vetustate fœmina-
rum formam exuerint.

AD

AD EPIGR. XXXIII.

Ancillam ingenuâ facie se præferre cœteris omnibus dicit: id autem per τέλεσθαι: nam cum dixisset se ingenuam malle, & ea deficiente libertinam, extremo loco ancillam si ea ingenua facies sit. Vt rāq. vincerapud me, inquit. ingenua facies in pretio. Vnde Propertius inter laudes suæ puellæ ingenuum colorem enumerat, lib. i. eleg. 4.

*Ingenius color, & multis decus artibus, & que
Gaudia sub tacita dicere ueste licet.*

cetera per se satis liquent.

AD EPIGR. XXXIV.

Iocus in Chionen petitus à significatione nominis. Chione namq. Græcè niuem significat. Dicit igitur hanc partim dignam, partim indignam hoc nomine: digna quod frigida sit, indigna quod nigra sit.

AD EPIGR. XXXV.

LAUDAT toreuma mirè in phiala elaboratum. Erant autem pisces quidam quos dicit addita aqua naturos, idque hyperbolicæ, vt etiam inf. ep. 41. de lacerta Mentoris.

[ARTIS Phidiaca toreuma clarum.] non quod à Phidia fabrefacti fuerint hi pisces, sed quod toreuticen, id est, artem confiendorum toreumatum is inuenerit, quam in summo habitam fuisse pretio Plin. lib. 35. cap. 10. docuit.

AD EPIGR. XXXVI.

EXpostulat cum Fabiano iniuriarum, quod cum vetus esset amicus, easdem cogeretur, quas sodales noui præstare operas ante abulonis.

[HORRIDVS ut primo semper te mane salutem.] horridus frigore matutino, vt solebant antelucani salutatores frigore corripi, vt sup. lib. i. ep. 56. *Quisquam picta colit Spartani frigora saxi,*

Et matutinum portat ineptus, Aue.

Ad eundem modum Persius hic sat. i.

— calidum scis ponere sumen,

Scis comitem horridulum tritâ donare lacerna.

De antelucanis salutatoribus Iuuenal. sat. 5. vers. 20.

— follisitus ne

Tota salutatrix iam turba peregerit orbem,

Sideribus dubijs, aut illo tempore, quo se

Frigida circumagunt pigri ferrata Bootæ.

[PER mediumque trahat me tua sella lutum.] Anteambulonum, qui diuitium sellas sequebantur, incommoda multa erant, hoc in primis, quod sepe per lutum occupante viam lectica eundum iis esset, lib. 10. ep. 10.

Lecticam sellamque sequar? nec ferre recuso

Per medium pugnas, sed prior ire lutum. & lib. 12. ep. 26.

At mibi quem cogis medios abrumpere somnos,

Et matutinum ferre patique lutum.

Alia multa enumerat Iuuenal. sat. 3; versu 239. & sequentibus multis, & quasdam referuntur epigr. seq. 46. vbi se excusat, quod non possit operam togatam præstare Candido.

3. *Lassus vi in thermas, &c.]* hic intelligit Raderus queri Martialem, quod cogeretur lauari cum Fabiano in thermis Agrippæ, cum ipse soleret lauari in Titi æque bonis aut etiam melioribus. Sed ineptum nobis hæc interpretatio obtrudit Martialem, & nimis inceptè delicatum, qui quereretur, quod simul cum amico potenti lauaret, & præferret visitatorum balneorum vsum, amicitiæ Fabiani. Iustior est multò Fabiani conquestio. Queritur enim, quod iam lassus hora decima, vel serius quando iam cœnandum esset, cogeretur sequi Fabianum in thermis Agrippæ, quo ibi relicto, quod simul lauari per fastum amici potentis non liceret, properabat ipse ad Titi thermas, quæ longo spatio dissitæ erant à thermis Agrippæ.

4. *Hoc per triginta meruit Fabiane Decembres.]* Ter repetit quatuor versibus seqq. verbum *merendi*, quod militare est; quod sequi. versu tyronis nomen ab ead. origine desumtum esset usurpaturus.

Per Decembr. annos intelligit, per Synecdochen nec sine Emphasi: quod cùm arguat Fabianum auaritia, Decembres nominat, quibus mensibus solebant patroni clientibus munera dare, Saturnalibus scilicet tempore brumæ, vt scribitur, ep. 71. lib. 8.

5. *Hoc merui Fabiane toga tritaque meaque.]* ne intelligat Lectorem trita toga à Fabiano Martialem donatum fuisse, adjicit illud, *meaque*. magni enim amici clientibus tritam togam munere dabant, vt Persius ait loco sup. citato, sat. 1. *horridulum trita donare.*

& Horat. lib. 1. epist. 19.

Non ego ventosa plebis suffragia venor,

Impensis cœparum, & trite munere vestis.

6. *Vt nondum credas me meruisse rudem.]* locus est in ambiguitate, quam non vidit in hoc loco Raderus: Nam de rude qua donabantur gladiatores, communis est acceptio, & notissimus omnibus locus. Sed hic intellexit etiam Martialis non meruisse rudem, id est, togam rudem, saltim de qua diximus sup. ad lib. 2. ep. 44. poterat Raderus admoneri prædicti versu, quo dixerat se præstuisse operas Fabiano toga sua & trita.

AD EPIGR. XXXVII.

Est reprehensio diuitum, qui irarum occasionem quærunt, ne officia inferiorum amicorum munerentur, quod Tacitus lib. 4. annalium grauiter notat his verbis: *pro gratia odium redditur*. De huius epigrammatis explicatione diximus multa ad lib. 1. epigr. 13.

AD EPIGR. XXXVIII.

Continet hoc epigramma Satyram aduersus Romanos corruptos mores, qua ostendit Romæ nullum esse bonis viris locum. eiusdem argumenti est epigr. 5. lib. 4. fingit Sextum quemdam decreuisse Romæ

viuere; id dissuadet, quod neque causas agere, neque carmina compo-
nere, neque potentiores colere, alicuius ei futurum sit vtilitatis.

¹ A T Q V E erit in triplici par mihi nemo foro.] Triplex forum; vetus Ro-
manum vnum, alterum Caij Iulij Cæsaris, tertium Augusti, in quibus
caussæ agebantur: de quibus copiosè Alexander Neapolitanus, lib. 2.
cap. 12. & Marlianuſ in topographia vrbis, lib. 3. cap. 24. & Noster lib. 7.
epigr. 64.

*Lis te bis decima numerantem frigora brume
Conterit vna tribus, Gargiliane, foris.*

& lib. 8. epigr. 44.

Foro que triplici sparsus ante equos omnis.

Papinius Statius, lib. siluar.

*Nec saltēm tua dicta continentem,
Quæ trino iuuenis foro tonabas.*

² E G I T Atelius, &c.] nomina ficta pauperum cauſidicorum.

³ S E D neutri pensio tota fuit.] pensio cōiuor est, id est, ea pecunia, quæ
pro mercede habitationis ædium alienarum soluebatur: vt constat to-
to tit. II. Locati & conducti, & hic noster lib. 12. epigr. 32.

*Vidi Vacerra sarcinas tuas, vidi:
Quas non retentas pensione pro bima
Portabat vxor rufa crinibus septem,
Et cum sorore cana mater ingenti:
Furias putauit nocte Ditis emeras.*

⁴ O M N E S gelidis quicunq. lacernis.] gelidæ lacernæ paupertatis signum.
Sic infr. lib. 7. ep. 91.

Esse queror gelidisque mibi triflesque lacernas.

diciturque per metonymiam, quia trita vel sordida, vt lib. 1. ep. 93. dixi-
mus, facilius frigus admittunt.

⁵ S V N T tibi Nasones, Virgiliisque vides.] lego, sum ibi. id est, Romæ.

⁶ A T R I A magna colam.] Atria potentiorum erant, vbi clientes & fa-
lutatores expectabant magnum amicum, vt diximus ad lib. 1. ep. 56.

⁷ P A L L E T cetera turba fame.] nam qui aridam sportulam tantum ca-
piebant à diuitiis, egregiè fame peribant. Sic supra potentes illos qui
sportulam donabant, famem appellat amicorum; vt ad lib. 1. epigr. 60.
late diximus, & ad epigr. 7. huiusc libri.

⁸ Si bonus es casu viuere Sexte potes.] qui subnixi aliquo præſidio pecuniæ
viuunt, cum ratione viuunt: sciunt enim iam vnde viuant. Sic supra
epigr. 30. Gargilianus decipi docet, quod nulla cum ratione viuat, quam-
uis is existimet se cum summa viuere: qui verò nullo subsidio suffultus
viuit, casu viuit. Significat igitur Sextum si bonus sit, posse viuere casu;
& ex consequenti posse fame perire. *Si bonus es*, inquit, nam si malus sis,
certa cum ratione viuere potes, vt dicitur lib. 4. ep. 5. vbi suadet Fabia-
no, ne Romam petat.

Qui nec leno potes, nec comissator haberi:

Nec alia crimina perpetrare, vnde sceleratis suppetunt pecuniae: quam sententiam Iuuenalis eleganter sub Vmbricij persona persequitur multis versibus: sat. 3, à versu 41.

Quid Roma faciam? mentiri nescio, &c.

AD EPIGR. XXXIX.

AMatores turpium personarum cœci appellantur à Poëta, quod ob animiam turpitudinem non offendantur: vt sup. epig. 8.

Tbaida Quinctus amat, quam Tbaida? Tbaida luscum.

Vnum oculum Thais non habet, ille duos.

Contra vero, qui pulcherrias amant, bene videre dicuntur: vt hoc loco Lycoris lusca formosissimum amabat puerum: *Optime videt, quamuis uno oculo capta sit.*

1. **I**LIACO similem puerum Faustine magistro.] legendum omnino ministro, qui Ganymedes est Iouis minister, quem lib. II. ep. 105. Dardanium instrumentum vocat,

Dulcia Dardanio nondum miscente ministro.

Pocula, Iuno fuit pro Ganymede Ioui.

& lib. 2. ep. 43. Iliacum vocat cinædum,

Grex tuus Iliaco poterat certare cinædo.

AD EPIGR. XL.

IRidet Thelesinum quemdam, qui magnam rem se præstuisse existimat, quod mutuam dedisset Poetæ pecuniae summam, & se magnū ob id reputabat. Respondebat Martialis maiorem se esse, qui debitum illud soluat, cum pauper sit, & honestè posset decoquere.

1. **T**ER quinquaginta dediti.] legitur alias, *ter quinquagena*, eodem sensu.

2. **Q**V A s grauis arca premit.] idem est premere, quod supra dicit lib. 2. ep. 30. flagellare. de arca dictum est, sup. lib. I. ep. 77.

3. **E**sse tibi magnus Thelesine videvis amicus.] magni amici sunt, quos sup. lib. 2. epigr. 18. reges appellat, Hispani señores. Iuuenalis sat. I. vers. 33.

— *posthunc magni delator amici.*

4. **T**v m magnus quod das.] alias legitur, *Tu magnus quod das*: sed melius, *Tu n' magnus quod das?*

5. **I**MMO ego quod recipis.] nam si tu magnus fuisses, id nomen dono mihi dedisses: ego magnus, qui pauper soluo, vt tu recipias.

AD EPIGR. XLI.

Simile est superiori epigt. 35. Erat in phiala ad viuum excusa lacerta, quæ spirare videbatur, & ideo timeri poterat quamuis argentea.

1. **M**ENTORIS manu ducta.] id est, Mentoreo artificio fabrefacta: quemadmodum, lib. 9. epigr. 60.

— *& si qua fuerint*

Pecula Mentoreæ nobilitata manu.

Ducta autem proprium est

exaltorum & sculptorum verbum. Virgil. lib. 6. Aeneid. versu 847.

Excedunt alij spirantia mollius aera,

Credo equidem viuos ducent de marmore vultus.

AD E R I G R. XLI.

P Ollam quamdam frustrari docet suo labore, quæ scissuras ventris lo-
mento tegebat, cum id potius suspicionem maioris deformitatis mo-
ueret in animis spectantium.

1. L O M E N T O r u g a s v i t e r i , &c.] vtile esse ad hoc lomentum docet, lib.
14. epi. 60: quod fieri solebat & creta, ut est apud Petron. *Inter rugas ma-*
larum tantum erat crete ut putares detectum parietem nimbo laborare.

2. T I B I ventrem non mibi labra linis.] communis huius loci interpretatio,
labra linire, pro decipere, usurpatum affirmat, ut os sublinire, apud Plautum,
ut sit sensus tibi ventrem linis, sed hoc fuso non me decipis, qui sciam
quam fœdis fulcis vteri aratum habeas vterum, ut inf. ep. 70.

Aut saeles vteri prodere nuda times.

Hanc verò dicendi formulam Nonius Marcellus originem duxisse à
genere ludi, quo dormientibus ora pinguntur, scribit. Quos enim aliis
ridendos propinare volebant, dormientes per iocum liniebant colore
aliquo, vel fuligine. Virgilius in Sileno ait Deum illum à iuuibus cō-
prehensum, & ligatum moris facie pictum esse ab Ægle Naiade.

— iamque videnti.

Sanguineis frontem moris & tempora pingit.

& Antherastilis in Pœnulo Plauti inquit:

Stulta soror es magis quam volo, an vero pulchra videre obsecro,
Si tibi illuc non os oblitum est fuligine. & Petron. in satyr. *Ancilla, inquit, totum*
faciem eius fuligine longa perficit, & non sentientis labra humerosque sotionibus
pinxit, ubi Duza pro sotionibus, legit scipionibus: Sed Gruterus lib. 2. susp.
cap. 3. Emendat sotis titionibus, id est, extintis, qui carbones facti deni-
grare possunt. Schoppius lib. 1. verisimilium cap. 7. sotii titionibus, legit, ut
referatur ad Ascilton, ad quem etiam refertur illud non sentientis. Ego
Gruteri lectionem prætulerim. De his autem iocosis in dormientes cō-
tumelijs multa leguntur apud veteres scriptores. Suetonius de Clodio
cap. 8. narrat eum his ludibrijs obnoxium fuisse, præcipue in conuiuijs.
Solebant, inquit, & manibus stertentis socy induci, ut repente expergefactus faciem
sibi confriaret. Hinc igitur natum existimant hunc dicendi modum, *labra*
linire. Sed ego existimo aliam esse huius formulae originem: ductam e-
nim puto metaphoram à vasis, quibus amaræ potiones & medicamen-
ta exhibebantur à medicis, quorum labra solebant illini melle, ut eius
dulcedine decepti ægrotantes potionem haurirent, & quod eo melle æ-
grotantium labris illitis decipiebantur ipsi. Inde tractum censeo hoc
proverbium, quamvis paremiographus sequatur Nonium Marcellū.
Hanc rem Graphicè, ut solet omnia, describit Lucretius. Carus, hisce ex-
legantissimis versibus:

*Sed veluti pueris absinthia tetra medentes
Cum dare conantur prius oras pocula circum,
Contingunt mellis dulci flauoque liquore:
Vt puerorum atas improvida ludificetur,
Labrorum tenus, interea perpotet amarum
Absinthi laticem, deceptaque non capiatur;
Sed potius tali factio recreata valeat.*

vbi expende verba illa, ludificetur *Labrorum tenus.*

Quæ significant illiniri labra fallaci illo melle. Manet hodiéque hoc adagium apud nostrates, dicimus enim, vntò melos labros. id est, decepit me. Apud Græcos etiam hunc fuisse morem constat ex comparatione The-mistij, in oratione qua Nicomedenses ad Philosophiam exhortatus est. Imitandi, inquit, nobis sunt sapientiores medici: qui pharmaca ea, quæ amariora sunt, circumlito prius melle poculo bibenda præbent. Attamen doctissimus Scaliger ad 4. Propertij lib. multò aliter hæc legit, & intelligit hunc versum, sic enim emendat:

Polla tibi ventrem non nibil atra linit.

Atrasque ait vocitare ab Atticis eas ancillas, quæ dominis erant in deli-cijs, quas in veteribus inscriptionibus delicias & delicium vocabant do-minæ. Ego assensum sustineo, & suspiciens tanti viri auctoritatem, eius sententiam non ausim taxare, quamuis leuissima existimem conjectura prolatam.

3 SIMPLICITER pateat vitium fortasse paſſillum.] simpliciter, id est, sine fuco aliquo: vt lib. 1. epig. 88.

— *sis ebria simpliciter. & lib. 6. epig. 7.*

Offendor mœcha simpliciore minus.

4 Q u o d tegitur, maius, creditur esse malum.] in veteri codice est, nefas: non aliena lectio à dictione Martialis: nam infrà epig. 72. de eadem, ferè de ea-dem re ait:

Nescio quod maius sufficor esse nefas.

A D E P I G R. XLIII.

T Ingentem canos Lentiniu quendam irridet, quòd hoc fuco iue-nem assimulabat, interminatus nō euasurum hac stropha mortem.

1 C O R V S, qui modò cycnus eras.] metonymia, id est, tam subitò coruo similis, qui modò cycno similis erat.

2 S C I T te Proserpina canum.] qui morti propinquai erant, credebantur ab antiquis tonderi à Proserpina, & his quasi primitijs Órco initiari, nec aliter diem suum obire posse. Hanc causam difficultis mortis in Didone affert Virgilius lib. 4.

Nam quia nec fato, merita nec morte peribat,

Sed misera ante diem subitique accensa furore:

Nondum illi flauum Proserpina vertice crinem

Abstulerat, stygiisque caput damnauerat Orco.

Dixerat enim antea:

*Tum Iuno omnipotens longum miserata dolorem,
Difficilesque obitus Irim demisit Olympo,
Quæ luctantem animam, nexosque resoluere artus.*

Sic Horat. lib. 1. ode 28.

*Mixta senum ac iuuenum densantur funera, nullum
— saeva caput Proserpina fugit.*

Nam qui moritur, velut Orci victima est, quia antequam pecudes in sacris immolarentur, capitis eorum setæ ferro seabantur. Virg. 6. Æncid.

*Et summas carpens media inter cornua setas,
Ignibus imponit sacris libamina prima.*

Quod admonet Macrobius desumtum esse ex Homero. *εἰπὼν δὲ οὐκ εἶπεν τοις τρίχαις.* Ergo, inquit, Proserpina scit te canum, & iam maturū morti, ne existimes te posse eius cultrum effugere. Sanctissimus & antiquissimus Alexandrinus Clemens lib. 3. pædagogi, cap. 3. hanc sententiam eadem usurpauit, reprehendens eos viros, qui se fœminarum ritu comunt, his verbis, ex interpretatione Gentiani Herueti. *Pilos autem tingere & canos vngere, ac coloribus oblinere, quibus perdit. Androgyni effeminatiisque homines vuntur, maliebresque pexus omnino dimittendi sunt, putant enim se sicut serpens posse senium capitis exuere, dum seipso pingentes transformant, ac renouant. Sed et si pilos callidè circumscribant, rugas tamen non effugient: sed neque mortem latebunt, et si tempus per artem ementiantur.*

[*P E R S O N A M capini &c.*] tintus ille capillorum eleganter capitis persona dicitur, & quemadmodum persona detracta detegitur, & cognoscitur facies, ita & remoto fuco capillorum, cognosceris iam senex & Orco maestandus.

AD EPIGR. XLIV.

Importunos & acerbos recitatores exagitat Poëta multis locis, sed præcipue Ligurinum hoc epigrammate & sequenti, & etiam inf. 46. Est autem hoc epigrammate hyperbolica quedam amplificatio, quales multæ & familiares huic Poëtæ, quo nomine apud Seueros Criticos male audit. Omnia autem in eo per se liquent: illud animaduersione dignum, vbi legitur: *Ad cœnam venio, fugas sedentem.* corruptè legi: supra enim dixerat:

Et stanti legis, & legis sedentii.

Nec est adeò verborum inops, ut post quatuor versus repeteret idem verbum. Quod si intelligas sedentem ad cœnam, absurdum est: Nam veteres non sedentes, sed recumbentes cenabant. Vnde absurdior est emendatio Raderi, qui legit, *ad cœnam sedeo.* Tu omnino lege:

Ad cœnam venio, fugas edentem.

fuitque facilis loci corruptio, ex sibilo verbis *fugas:* intellexit enim librarius dictante alio ex eo sibilo *sedentem,* pro *edentem.* Quo vitio corrupti fuerunt innumeri auctorum loci.

2 V I R iustus, probus, innocens timeris.] Elegantissima sententia, pro iustitia: namque probitas & innocentia potius appetuntur, quam fugiantur aut timeantur. Tu autem importuna recitatione cum his virtutibus possis commendari & amari, fugeris ab omnibus. Horatius in arte ad finem mirè extulit recitatorum importunitatem, grauissimis verbis & sententijs.

AD EPIG. XLV.

Eiudicium est cum superiori argumenti, quo renunciat cœnæ Ligurini, quod acerba & molesta recitatione conuiuas enecet: quod latius sequenti epigr. 49. persequitur.

1 F V G E R I T an mensas, &c. ignore:] notissima fabula huius cœnæ, quam Phœbus dictus est noluisse spectare. Ignorandi autem verbum, pro dubitandi posuit.

2 M V I L V M V E biliarem.] vide quæ notauimus de mullo ad ep. 43. li. 2.

3 T A C E.] lib. 5. epi. 79. Turanium ad cœnam inuitans, cum ei se multa appositorum, tandem pollicetur ab fore recitationes.

Nec crassum (inquit) dominus leget volumen.

& lib. 11. itidem epig. 53. inuitans Iulium Cerealem, inquit:

Plus ego pollicor, nihil recitabo tibi,

Ipse tuos nobis relegas licet usque Gigantas,

Rura vel aeterno proxima Virgilio.

recitabant domini ut hisce in locis, vel per lectorem, ut Plin. lib. 1. ep. * testatur. Audisset Comædum vel lectorem (loquitur de cœna) vel, qua mea liberalitas est, omnes. & lib. 3. epi. 5. de Plinio secundo auunculo: Mox, quasi alio die, studebat in cœna tempus; super hanc liber legebatur, adnotabatur, & quidem cursum. Memini quandam ex amicis, cum lector quedam perperam pronuntiasset, reuocasse, & repeti coegerisse, huic auunculum meum dixisse. Intellexeras nempe cum ille annuisset. Cur ergo reuocabas? decem amplius versus hac interpellatione perdidimus. Et Corn. nepos in vita Attici. Neque unquam sine lectione aliqua apud eum canatum est, ut non minus animo, quam venire conuina delectarentur. Quem modum apud multos bonæ nota auctores inuenies.

AD EPIGR. XLVI.

Reueritur ad eūdem Candidum, quem ut illiberalē taxauerat, sup. lib. 2. epig. 24. & 43. & hoc eodem lib. epig. 26. eumq[ue] ut impudentem reprehendit, qui seruiles operas ab amico exigere: ait mitti à se libertum, maiusq[ue] hoc esse quam si ipse iret in eius comitatu: pollicetur q[ue] se præstaturum id, quod homine libero dignum sit, & quod libertus præstare non possit.

1 Exigis à nobis operam sine fine togatam.] Exigendi verbum propriè in pecore sedem habet, agere namque est minare pecus: inigere, agere in aliquem locum, veluti in stabula, cuius oppositum est exigere. id est, extrahere pecus à stabulis. Hinc transfertur ad significationem vulgo notam, ut sit quod Hispani dicunt cobrar; id enim est pecunias aut rem aliquam à debi-

à debitore extrahere. Eadem mente significat ejicere, nam qui exigit pecus, ejicit illud ab eo loco. Vnde dicebant Romani ab exactis regibus, id est, à die quo electi fuerunt, siue à regis fugio. Eadem ratione dixit Terentius, *exigere Comædias*, id est, eas explodere à Theatro, antequam spectarentur, ut est in prologo Andriæ, cuius verba obiter emendabimus.

*Fauete, adeste a quo animo & rem cognoscite,
Vt per noscatis, & quid spes sit reliquum,
Post hac quas faciet de integro Comædias;
Spectanda an exigenda sint vobis prius.*

vbi legē: *vt per noscatis* —

vt rōis ad Poëtam referatur; & sit sensus, vt per noscat Poëta quid sibi à vobis expectari possit, an Comædia, quas deinceps facturus sit, sint spectandæ à vobis & admittendæ, an priusquam spectentur, explodendæ & exhibilandæ. Exigis ergo, id est, petis & quasi tuo iure flagitas à nobis togatam operam, id est, officia togatorum anteambulonum.

2 *Vix ego lecticam subsequor, ille feret.] sup. epi. 36.*

Per mediumque trahat me tua sella latum.

vbi vide quæ à me adnotata sunt.

3 *In turbam incideris.] Iuuenal. sat. 3, vers. 243.*

— *nobis properantibus obstat*

Vnde prior: magno populus premit agmine lumbos

Qui sequitur: ferit hic cubito, ferit assevere duro.

Alter at hic tignum capiti incutit, ille metretam,

Pinguia crura luto, planta mox vndique magna

Calcor, & in digito clausus mibi militis haret. vbi vides anteambulonum incommoda, vbi in turbam incident Reges lectica vesti.

4 *Cunctos vmbone repellat.] per metaphoram irrisoriè vmbonem appellat, liberti vel cubitos vel ventrem, cuius oppositu obuios repellere poterat: vmbō enim est quicquid extumidum prominet. Vnde pars illa, quæ in Romano clypeo, instar dimidij oui, eminiebat, vmbō appellatur, & per Synecdochen totus clypeus dicebatur vmbō. Virgil. lib. 10.*

Ardet apex capiti, cristiisque à vertice flamma,

Funditur, & vastos vmbō vomit aureus ignes. & Sidonius:

Hanc fulci rutilus spatio circite leuum Vmbo latus.

Sic Suetonius in Iulio cap. 68. in fine de Acilio Cæsaris milite, *transfliuit*, inquit, *in nauem vmbone obuios agens.*

5 *Ingenuum latus.] ingenuum latus, inuolidum appellat, quod ingenui hominis vires modicæ sint, vt quæ non sint oneri ferendo. Sic lib. ro: epigt. 47. vires ingenuæ, salubre corpus, id est, vires quæ homini ingenuo sufficiant.*

6 *Tergeminum sophos.] id est, maximum, vt diximus ad li. 1. ep. 4.*

7 *Esse pudor vetuit fortia verba mibi.] Pudor, id est, ingenuus rusticitatis*

metus, qui prohibet clamationem: est enim rusticorum voce alta loqui: quod docuit politissimus philosophorum Theophrastus in characteribus ethicis, cap. 4. περὶ ἀγοραῖς, vbi inter alia rusticitatis argumenta enumerat τὴν μετάλητὴν φωνὴν λαλῶν. vnde Tranio initio Plautinae Mostellariae Grumionis vociferationi sic responderet: *Quid tibi malum hic ante ades clamatio est? An rure censes te esse abscede ab adibus, Abirus, abi directe.*

A D. E P I G R. XLVII.

IRridet Bassum, quod villam suburbanam sterilem omnino coleret, & ex vrbe in eam ea omnia, quae ex villis in vrbe deportari solent, importabat. hanc villam inf. comparat cum fructuosisima Faustini villa, epigr. 57.

I PHRYGIAE QVE matris Almo quā lauat ferrum.] cultros intelligit Galorum Cybeles sacerdotum. Ouidius in fastis:

Illic purpurea canus-cum-veste sacerdos

Almonis dominam sacraque lauit aquis.

2 E T qua pufilli feruet Herculis fanum.] pufillū Herculem assentatoriē. Nā Domitianus se Herculi comparabat: Itaque Martialis Domitianum magnum Herculem vel maiorem, Alcidem autem pufillum, vel minorem nominat, vt constat ex epi. 65. 66. & 67. lib. 9. & etiam 104. feruet, dixit vel ob frequentiam salutantium Deum, vel ob æstum & calorem Solis.

3 P L E N A Bassus ibat in rheda.] rhedam appellat etiam carrucam versu antepenult. Plenaque rheda, dixit propter res multas quas secum portabat. Vrbanè Iuuenalis Mathonis pinguedinem irrisit illis versibus, sat. i.

Causidici noua cum venial lectica Mathonis

Plena ipso.

4 O M N E S beati copias trahens ruris.] faceta irrisio, cum ab vrbe in rus diuitis ruris traheret copias. Hanc sententiam expressit Symmachus lib. 1. epist. 5. his verbis. *Namque hic rufus in nostram venit atatem, ut ruris quod solebat atere, nunc alatur. Idem dixit lib. 10. epi. 96.*

Pascitur hic, ibi pascit ager. & eodem lib. ep. 58.

Dum suburbani, dum iugera pascimus agri.

5 E T rurumque porrum.] sectiuum & capitatum, de quibus in xenijs epigr. 17. & 18.

6 I L L I C coronam pinguis grauem turdis.] de turdorum corona est epig. 51. in xenijs. Erant namque turdi in orbem dispositi, corona forte è vine facta: De hac eadem Ouidius lib. 1. Amorum vers. 269.

Quin etiam turdōque licet missaque corona,

Te memorem domina testificare tua.

7 L E P O R E M Q V E lassum Gallici canis dent.] leporarij canes gallici appellantur, vnde apud nos Hispanos galgos parum immutato nomine.

8 N O N D V M Q V E victa lacteum faba porcum.] id est, porcellum adhuc latenter, qui nondum fabam gustauerat. vincere enim fabam, mandere est & dentibus frangere.

9 *Sed ita fano cursora portabat.*] cursores serui vocabantur, qui in itinere faciendo vel deambulando per urbem, rhedam vel equos, pedites præcedebant in comitatu, quos Galli, *Laquayz*, & inde nos Hispani, *La- cios*, vocamus. Suetonius in Nerone capit. 30. *Numquam Carrucis minus milie iter fecisse traditur, soleis mularum argenteis: (lego, agenibus) canusinatio mulionibus, armilata & phalerata cum mazacum turba atque cursorum.* & Seneca, epist. 87. cuius initium naufragium. *O quam cuperem (inquit) illi nunc occurrere aliquem ex his troffulis in via diutibus, cursores & Numidas.* & ep. 124. Omnes iam sic pereginantur, ut illos Numidarum præcurrat equitatus, ut agmen cursorum antecedat. & Petron. in satyr. hinc inulatus coccina gausapa lectica impositus est, præcedentibus phaleratis cursoribus quatuor, &c.

10 *R o M A M petebat Bassus.*] affigenda est hic interrogationis nota. Poterat enim videri Bassus hoc ruris apparatu Romanam ire. Respondet per paradoxon, immo rus ibat.

AD EPIGR. XLVIII.

FAceta est Olli cuiusdam irrisio, qui, cum domum ædificaret, per misericordias se pauperis cellam extruere subinde dicebat latrabundus, quod magnificas ædes & mollissimam habitationem fabrefaceret. Non potuit autem opus perficere, nisi venditis predijs, quibus alebatur: remansitque elegantissima ædificata domo, & destitutus omni re familiaris: cumque in ea domo deinceps habitaret, verè pauperis cellam habere dicit Poëta, cum antea ipse id per iocum prædicaret. Est autem iocus desumptus à metaphora ad proprietatem verbi, vt sup. li. i. ep. 85. de Quirinali:

Paterfamilias verus est Quirinalis.

Sic hoc loco Ollus, qui per misericordias se pauperis cellam quamdam extruere, nunc cum in eadem cella factus pauper habitat, verè pauperis cellam habet.

AD EPIGR. XLIX.

PErstringit impudicum inuitatorem, qui diuersa vina ponebat, preciosâ sibi, meram fecem conuiuis: tantumq; hæc duo vina inter se distabant, vt dicat se malle inuitatoris pocula olfacere, quâm siccare sua.

1 *V E T E N T A N A mihi misces.*] de verbo *miscendi* affatim dictum est sup. ep. I. lib. 2.

2 *T I B I Mafica potas.*] suspectus mihi locus de mendo. Non enim suboleat Martialis phrasim, *potas ubi Mafica*, libenter emendassem, *tibi Mafica ponis.* Nâ ponere vina & obsonia tritissimum est, vt dixi ad lib. I. epi. 44. Præterea confirmat meâ coniecturâ id quod sequitur: *Quâ enim poterat pocula iâ ab inuitatore exhausta olfacere, posita sic poterat?* Sed tamè à veteribus membranis destituti Hispani assensum cohibere in his cogimur.

2 *O L F A C E R E hac malo pocula quam bibere.*] Neque hunc locum existimo incorruptum: *Bibere enim hac pocula nō memini me apud Latinos legisse.* Deinde de poculis eius, qui cum loquitur, non dixisset Martialis hec pocula, sed ista pocula. Ego libenter emendarem, hic; ex quo Aduer-

bio facilè potuit librarius fallivt scriberet, *h.c.* Nam veteres id per diphthongum *ei* scribebant, *h.c.*, & ex similibus literarum antiquarum ductibus fieri potuit, *h.c.* si sic legeris, planus erit sensus. malo hīc, id est, apud te, ad tuā mensam olfacere pocula, quam bibere Veientanum vinum.

AD. EPIGR. L.

IAm sup. epi. 44. & 45. explicatum est huius argumentum. Hic Ligurinus nullam aliam ob caussam conuiuas cogebat apud se, quam vt recitaret, cui minatur forē vt solus cœnet domi.

I. DE PONI soleas.] cœnaturi ante accubitum excalceabantur, ne scilicet stragula lecti luto calceorum conspurcarent. Terentius in Heautontimoromeno Act. i. scen. i.

Adcurrunt serui, soccos detrahū: video alias festinare, lectos sternere, cœnū adparare.
à balneo autem cum ad cœnam pergerent, soleas aptabant pedibus, quas deponebant cœnaturi: Eas autem asseruabant seruuli à pedibus stantes.
vt lib. 12. epi. 89.

Bis Cotta soleas perdidisse se questus,
Dum negligenter ducit ad pedes vernam. & lib. 14. ep. 65.
Desuerit si forte puer soleasque libebit
Sumere, pro pueri proderis ipse tibi. & lib. 8. epi. 59.
Si nibil inuasit puerum, tunc arte dolosa
Circuit, & soleas surripit ipse suas.

Exire autem soleatos è balneo probat epig. 84. lib. 12.

Colliget & referet lapsum de puluere follem,
Et si iam lotus, iam soleatus erit.

Nam etiam in thermis vbi lauabantur, exercebantur etiam pila, vt libr. 14. epig. 163.

Redde pilam: sonat as thermarum. ludere pergis?
Virgine vis sola lotus abire domum?

Et Papin. lib. i. siluar. in poëmate cui lemma Balneum. Etrisci.

Quid nunc strata solo referam tabulata? crepantis
Auditura pilus vbi languidus ignis incerrat,
Aedibus & tenue volvunt hypocausta vaporem?

Erat autem insolens negotium post lauationem aptatis soleis iterum ludere: nam lusus pilæ erat ante lauationem lib. 7. ep. 31.

Non pilam, non follis, non te paganica thermis. Preparat.

& dicemus ad lib. 4. epig. 8. Sic Petron. Trimalcionem illum lautissimum senem describit omnia insolenter, & præter hominum morem facientem, & inter alia soleatum pila ludere dicit, id est, post lotionem his verbis: *Nec tam pueri nos, quanquam erat opera preium, ad spectaculum duxerant, quæ ipse patres familias qui soleatus pila pars sua exercebatur.*

2. INTER lactucas oxygarumque liber.] inchoari cœnam lactucis præter antiquissimum morem, quo cœnam claudebant, testimonio est epig. 14. lib. 13.

Claudere quæ cœnas lactucas solebat auorum,

Dic mibi, cur nostras inchoat illa dapes?

& quod Martialis de lactucis singulatim edidit, de omanibus acetarijs etiam intelligendum est, quas mensas frigidas appellabant. Plutar. 8. sympos. 9. *Mensæ frigide vocatae, quod antè ostrea olus crudum habent, ut dixit Plato, à cuncta ad ostro translate pro ultimo ordinem habent.* Hunc autem præposterum ordinem taxat Seneca more suo epist. 115. his verbis: *Deinde ad cœnas laetitia transferuntur, & illuc commendatio ex nouitate & soliti ordinis commutatione capitur, ut ea quæ claudere solent, cena prima ponantur, ut quæ aduenientibus dabantur, ex euntibus dentur.* Cum assuevit animus fastidire quæ ex more sunt, & illis profordidis solita sunt. *Quem locum Senecæ si animaduertisset doctissimus Mercurialis, non afferueriset lib. 4. variarum, cap. 11. hanc immutationem cœpisse Plutarchi tempore & Martialis: cum Seneca ambos ætate præcesserit.*

P V T I D V S est toties si mihi iungis aprum.] id est, putidus erit mihi aper, si toties apponatur, quoties tu librum recitas. Est autem auxesis propter aprum, qui erat in antiquis delicijs. Iuuenal. sat. 1. vers. 139.

— sed quis feret istas

Luxuria sordes? quanta est gula, quæ sibi totos

Ponit apos, animal propter conuiua natum.

De verbo ponendi, ad lib. 1. ep. 44. diximus latè.

4 Q V O D si non s'combris scelerata poëmata dones.] Persius sat. 1.

Linquere nec s'ombros metuentia carmina, nec thus.

5 C O E N A B I S solus iam Ligurine domi.] cœnabis, inquit, domi solus, vbi magister conuiuij hoc tibi sumis, ut recitando eneces conuiuas: soli n. in uitatores domi sua poterant conuiuis recitare, non autē in domo aliena. Videor hūc morem confirmare posse ex hoc loco & etiā ex alijs adductis, sup. ep. 45. ad illud, *Tace. & ex eod. ep. cū dicat de mensa Ligurini:*

— *fugimus nos Ligurine tuam.*

Non fugituri alienam te præsente, quod ibi non recitares. Sic Persius sat. 1. de diuite recitationis gratia cogente conuiuas, *cui rancidulum quid balba de nare locutus*, inquit,

Affensere viri, nunc non cinis ille Poëta

Felix, non leuior cippus nunc imprimis offas?

Laudant conuiua.

& paulò inferius de eodem diuite papercum laudatorem ad cœnam vocante, & lacernula subornante ait:

— *calidum scis ponere sumen.*

Scis comitem horridulum trita donare lacerna,

Et verum inquis, amo, verum mihi dicite de me.

A.D. EPIGR. LI.

G Allam quamdam vt fatuam deridet vel suggillat, vt mendacem & gloriosem, quæ cū faciem, crura manusq; quæ oculis patebant, lau-

Ii. iiij.

daretur, nudam se magis placitaram dicebat, semp̄rque communia balnea, vbi Martialis lauaretur, vitabat. ironicā; interrogat Martialis numquid vereatur ne is ei displiceat.

1 *E t semper vitas communia balnea nobis.]* mirabilis, si nostrorum temporum honestatem spectes, videbitur fœdus hic antiquorum mos, qui communia viris & fœminis balnea habebant, & nullo nuditatis pudore promiscuè lauabantur, lib.7. ep.34.

Sed nudi tecum iuuenesque senesque lauamur.

loquiturq̄e cum matrona. Res hęc digna visa est lege regi, vt ait Horatius. Plutarchus queritur turpissimum hunc morem Gr̄ecos à Romanis accepisse in vita M. Catonis. Dio lib.49. Agrippam primum Roma publica balnea exhibuisse communia viris & fœminis scribit: Sapiensissimus Imperator Hadrianus conatus hanc consuetudinem tollere, vt Dio testis est, & etiam Ælius Spartanus in eius vita. *Lauacra*, inquit, *pro sexibus separant*. Sed vel non obtinuit, vel non diu, lex Hadriani: Nam M. Anton. Philosophus de eadem re legem tulit & lauacra mixta submouit, auctore Iulio Capitolino, quæ lex seruata vsque ad Heliogabulum, qui eam sustulit: quam retulit Alexander Seuerus: utrumque Ælius Lampridius in eius vita testatur. *Balnea*, inquit, *mixta Romæ exhibere prohibuit, quod quidem iam ante prohibitum Heliogabalus fieri permisera*t. Hęc ultima prohibitio spreta etiam adeo, vt & Christiani prisci eundem morem usurparent. nam in Constitutionibus, quæ Clementinæ dicuntur, cauetur, vt viti balneis virilibus, muliebribus mulieres vtantur, cap.6. & 9. lib.1. & Decretis Synodalibus obsecratus hic mos prohibitus, vt in Concilio Laodiceno Can. 30. & post illud Concilium promiscue Clerici & monachi cum laicis simulque cum fœminis lauabantur. Lege quintam Synodus in Trullo, can. 77. vbi Balsamon, vt apparet, post hanc Synodus, inquit, *Clerici quidam & monachi & laici cum fœminis lauantur*. Iustinianus Imperator Nouel. 117. inter legitimas diuortij causas recenset, si mulier non impetrata à marito venia cum viris lauet: vt videoas quām pertinaciter durauerit fœdissimus ille mos.

2 *N e tibi non placeam.]* iustum habebat Martialis causam disPLICendi fœminis, quod malè valatus esset, vt diximus sup. ad lib.1. ep.24. hoc respexit hoc loco. Erat autem ineptum Gallam id timere, & non potius curiose indagare, vt videret an sibi experiri expediret.

A D E P I G R . L I I .

Tongilianus domum emerat millibus ducentis festeriūm, quæ cum igni esset absymta amici eius certatim, veluti symbolas contulerunt, vt ædificationem adiuuarent. Ex quibus summa ingens accreuit Tongiliano, id est, decies festerium. Argutè Poeta non iniuria ait posse videri Tongilianum incendisse suam domum, vt eam pecunia summam lucraretur. Est eadem sententia, sed amplificata apud Iuuenal. sat. 3. de Asturicio quodam, quam sic concludit,

& merito iam

Suspectus, tanquam ipse suas incenderit aedes.

Vter autem ab vtro sumserit, cum eodem tempore floruerit vterque,
incertum mihi.

*C A S S I S in urbe frequens.] frequentia fuisse Romæ incendia, constat
ex toto epigrammate ad Vulcanum 7. lib. 5. & Iuuenalis idem ead. sat.*

Nam quid tam miserum, tam solum vidimus, vi non

Deterus credas horrere incendia, lapsus

Tectorum absiduus, an mille pericula sensa Vrbis, &c.

AD EPIGR. LIII.

*Indignatio in Chloën, quæ singula sua membra subinde laudabat, seq̄
pulchritudine ceteris foeminiis antecellere prædicabat, existimans
Martialem eius amore vri. Eam se spernere testatur, cum dicat posse
carere singulis illis tam laudatis membris, & ipsa tota.*

AD EPIGR. LIV.

*D Etegit Gallæ fallaciam, quæ ne Poetæ petenti & solicitanti daret,
poscebat ea, quæ ipse præstare non poterat: hoc autem reapse ne-
gare erat, non simpliciter, sed artificio quodam: simplicius dicit po-
tuisse negare.*

*M V L T O simplicius.] de hoc nomine simplicius, dictum est, sup. ad lib. i.
epigr. 88.*

AD EPIGR. LV.

*G Elliam nimium sibi placentem, quodd exoticis odoribus quacumq;
Gincedebat, omnium ad se conuertebat oculos, monet ne sibi ob hoc
placeat: nam quiuis canis hoc artificio potest bene olere.*

*C O S M V M migrare putamus.] de Cosmo vnguentario multa apud
hunc Poetam mentio. Dixit autem per hyperbolam, *putare migrare Cos-
mum, id est, quocumque tu vadis, deferri vnguentarias Cosmi arculas.**

*N O R O peregrinus placeas tibi Gellia nugis.] peregrinis dixit, id est, à te
externis, & tibi addititiis; nugas autem appellat vnguenta, quemadmo-
dum omnia, quibus sine incommodo carere possumus: sic versus nu-
gas vocat sæpè.*

*S I C puto posse meum.] lege, *Scis puto posse meum sic bene olere canem, &c.**

AD EPIGR. LVI.

*H oc epigramma & subsequens, cauillum mordax in Rauennam con-
tinent, quæ cum in mediis paludibus aquoso-nimium solo sita sit,
mira est in ea siccitas potabilium aquarum; quia cum maris æstus au-
gescente Luna eam vrbem alluat, tum sal sedine sua, tum vligine soli &
æno, viciantur omnino aquæ. Quam rem graphicè depinxit Apolli-
naris Sidonius, ep. 5. lib. 1. & false ep. 8. eiusd. libri de eadem Rauenna,
sunt vivi, natant sepulcris. & fusus est etiam alia Antithefi carmine nono:
Vnde petet scimus Rauenne.*

Mauult igitur Martialis cisternam sibi Rauennæ esse; quam vineam: cum pluris ibi potabilis aqua quam vinum veniret.

AD EPIGR. LVII.

AB eadem siti Rauennate petitus est iocus. Callidus enim capo poscenti Poetæ mixtum, merum vendidit, quod aqua ibi pluris fieret quam vinum.

AD EPIGR. LVIII.

LVculentam continet hoc epigramma Faustinx villæ descriptionem, in qua omnia erant ad fructum & utilitatem comparata: quæ villa conferrur cum facilis Bassi suburbano, in quem Bassum est ep. 97.

1. *No n otiosis ordinata myrtis.*] id est, non dispositis in ordinem myrtis, otiosis, id est quæ nullum fructum ferant.

2. *VIDVAQVE platano.*] id est, infructuosa sumta metaphora à vi- duis fœminis, quæ non gignunt liberos.

3. *TONSILIQVE buxeto.*] tonderi arbores aliquas applicitas lignis vel canis hodie videmus, & in varias formas coaptari. Plin. lib. 12. cap. 2. hanc artem primum Cn. Manlium Equitem Romanum inuenisse testatur.

4. *INGRATA lati spatia detinet campi.*] ingrata, id est, sterilia, quæ nihil reddunt domino, more ingratorum hominum. sic intellige in vita beata, lib. 10. ep. 47. — *Non ingratius ager.*

gratus enim est, qui non solum quæ accepit, sed etiam maiora reddit. qua comparatione elegantissima usus est Cic. 1. officiorum his verbis: *Quod si ea quæ acceperis vienda maiore mensura, si modo possis, iubet reddere Hesiodus. Quidnam beneficio prouocati facere debemus, an non imitari agros fertiles qui multo plus afferunt quam acceperunt?* & Ouid. lib. 1. de remedio amoris, vers. 174.

Obrue versata Cerealia semina terra,

Quæ tibi cum multo fœnore reddat ager.

& lib. 1. de arte amandi, vers. 513.

Credita non semper fulci cum fœnore reddunt.

5. *SED rure vero barbaroque latatur.*] rus verum illud est, quod ad fructus percipiendos colitur: nam si in rus aliqua ex hortorum deliciis transfruntur, non ruris ea censenda sunt: id est adiungit barbaro, id est, non ad ordinem & ad decussim exacto, arboribus & arbustis hortensibus proportione sibi inuicem respondentibus.

6. *HIC farta premitur angulo Ceres omni.*] id est, omnia domus cubicula ingentibus aceruis frugum sunt occupata. *fartam Cererem* dixit per metonymiam, id est, abundantes fruges.

7. *ET multi flagrante festa senibus Autumnis.*] id est, cella vinaria plena est amphoris veteris vini: nam quamvis festa quodus vas fictile significet, absolute sumtum hoc nomen vinarium vas significat; ut lib. 1. epigr. de vino Nomentano vetustate domito: *Et quicquid voluit festa vocatur anus.*

Vt autem

Vt autem ibi vocauit testam anum: sic hoc loco autumnos appellat se-
nes, id est, vetustam autumnitatem vini.

8 *Hic post Nouembres, &c.] de seris vuis dictum est, sup. ad ep. 44. l. i.*

9 *VITVLVS QVE inermi fronte prurit in pugnam.] molli fronte dixit,
lib. 6. ep. 38. turgidam dixit frontem Horat. lib. 3. carm. od. 13.*

Cui (hædo) frons turgida cornibus

Primit, & Venerem, & prælia destinat

Frustra: quæ verba noster respexisse videtur,

Sic vitulus molli prælia fronte cupid.

10 *VAGATVR omnis turba sordida cortis.] periphrases gallinarum, an-
serum & aliarum auium cicurium, quas appellat lib. 7. ep. 30. rauca cortis
mues.*

11 *ARGVTVS anser.] argutum anserem vocat: quia semper strepat,
gratiter & clangat stridula voce & alarum motu. Cycnos etiam hoc
Epitheto ornauit Virgilius in Moeri, ecloga 9.*

Sed argutos inter strepere anser olores.

12 *GEMMEI QVE panones.] id est, alis gemmantibus, vt lib. 13. epig. 70.*

Miraris, quoties gemmantes explicat alas;

Et potes hunc suo tradere dure eoco?

13 *NOMEN QVE debet quarubentibus pennis.] periphrasis est Phœnico-
pteri, de quo lib. 13. ep. 71.*

Dat mibi penna rubens nomen, &c.

14 *NVMIDICÆ QVE guttata.] gallinas intellexit Numidicas, quæ
maculis distinctas habent plumas, tanquam guttis, de quibus est epi. 73.
lib. 13.*

15 *RHODIAS superbifeminas premunt galli.] gallinas Rhodias in pretio
habebant Romani.*

16 *CEREVS turtur.] id est, pinguis, vt interpretantur Grammatici
omnes: nam ex pinguedine appetet pallidus ille color, ceræ colorem re-
ferens, quem colorem statim epig. 60. aureum vocat:*

Aureus immodicis turtur te clunibus implet.

& de pallore est epigr. 55. lib. 9.

Si mibi Picena turdus palleret oliva.

Cream etiam ficedulam appellat lib. 13. epigr. 5.

Cerea quæ patulo luceat ficedula lumbo,

Cum tibi forte datur, si sapis, adde piper.

Vbi seipse explicat, cum appellat ficedulam ceream: & illis verbis, *pa-
tulo lumbo* pinguem esse demonstrat: patulus namque lumbus est exten-
sus & obesus, vt dicto ep. 60. dixit, *immodicis clunibus*. Hinc miror do-
ctissimum Mercuriale var. lect. lib. 5. cap. 7. mirari Grammaticos, qui
pro cereo intelligent pinguem: recte enim illi metonymicæ interpretan-
tur; cum ex pinguedine consequatur cereus ille color, quamvis eo-
dem cap. acutissime Cornelij Celsi locum, lib. & cap. 7. de oculorum

suffusionibus emendet. Est locus: *Si suffusioni color cerulens est aut auro si milis, si labat & bac atque illuc mouetur, vix unquam succurritur.* ubi loco certe coloris, cereum reponit, & meritò ex sup. dictis locis. Dicitur etiam hoc argumento, quod Paulus Egineta suffusiones ceruleas curabiles dicat, cuperem ut diligentissimus Mercurialis incurabiles ostenderet cereas vel aurcas, quod neglexit.

17 A V I D I sequuntur *villæ sinum porci.*] non male emendauerat olim Robertus Titius, lib. 2. locorum controvèrsorum, cap. 12. *sonum*, id enim & experientia & multorum authoritate confirmatur, porcos sonum agnoscere & sequi: sed nescio quid argutius videre videor, in præsca lectione: villicam namque, quæ vel hordeum, vel alias fruges sinu gestabat, ad pascendos porcos, sequebantur audi ipsi, ita ut oneratum sinum frugibus agnoscerent.

18 M A T R E M Q V I plenum mollis agnus expectat.] id est, agni sepositi & à matribus diuuli, dum ipsæ pascuntur, eas expectant ad fugendum, dum ferentes vbera lacte distenta reuertantur à pascuis ad septa. De capris idem dixit Virgil, eclog. 4. versu. 21.

Ipsæ lacte domum referent distenta capella. Vbera.

19 C I N G V N T serum lactei focum verna, Et larga festos luceat ad lares filua.] de Vernis focum corona cingentibus, & de proxima filua in focū descendente, diximus sup. lib. 1. ep. 56. Sed quid caupo erat in villa? neminem video hīc nodum quæsiuisse, nec ego quærerem, in scirpo, sed dubito non iniuria: nam caupones in oppidis semper, sic solue nodū. Caupones plerumq; seruierant, qui dominorum vinum vendebant, hi institoris habebant, qui vinum vel per theatra, vel per vicos ferebāt venum. patet hoc ex lectione earum legum, quæ congestæ sunt in titulum Nauta, Caupon. stabularij in Pandectis. In villis autem viatorum caussa villarum domini propter quæstum cauponam constituebant, in qua vini & obsonia præbebabant viatoribus pretio, & hospitium item iis dabatur, vt constat ex L. nauta 5. eod. tit. *Caupo mercedem accipit, vt viatores manere in caupona patiatur.* Paulò ante Caius IC. in L. 2. eiusdem tituli Cauponum viatorum meminit his verbis: *Sicut & caupo viatorum, & Vlp. in L. viii. §. vlt. II. furti aduersus naut. Caupon. & stabular. Cumque non aded in villis Caupona frequentaretur, vt in oppidis, otiosus maiorem diei partem deberet esse Caupo Faustinianæ villa.* Occupat hoc per prolepsin Martialis, & ait Cauponē non pallere otio, sed aucupio, piscatui, & venatui operā dare.

20 N E C perdit oleum lubricus Palæstrita.] Palæstritæ seruierant, qui in palæstra oleum, pultierem, & ceroma luctaturis suppeditabant, ipsique aliquando luctabantur: in hac autem villa amplissima illa familia, quæ necessaria erat ad eam colendam, palæstram habebat & palæstritam. Hic autem non ut in publicis palæstris totum diem occupari debebat in eo ministerio: ne igitur otiosus langueret iisdem exercitationibus quibus caupo occupabatur. De Palæstrita, epig. 82. inf.

Partitur agri glandulas palaestritas.

21 *E X E R C E T hila res facilis hortus umbellas.*] id est, hortus nullo artificio exquisito compositus, sed paratu facilis eo fine consitus est, ut possit hilares umbras præbere recubantibus. Sed hic versus variè legitur. Alij enim, *facilis hortus legunt.* Alij, *facilis hortus arcus umbras:* alijs, *facilis hortus urbanos.* Colineus excudit, *facilis hortus umbras.* Ego libenter amplectenter lectionem illam, *urbanos.* id est, hortus facilis exercet & occupat urbanos, eos scilicet, qui ab urbe in villam veniunt rusticaturi.

22 *E t pedagogo non iubente laici Parere gaudent villico capillati.*] perspicuum locum obscurarunt interpretationes Iunij & Raderi. ille, *parere,* inquit, *in submittendo capillatio*, id quod adultior ætas factitabat, quod Duzæ dicit placere. Raderus autem contrà sentit, *parere in refecando capillatio*, vt lib. 12. ep. 18.

Difffensat pueris, rogatque longos

Léuis panere villicus capillos.

Vt villicus ille nouacula lœvi factus veller pueros sui similes esse. Sed haec interpretatio vtrique loco inepta est: Nam in hoc non rogabat villicus pueros, vt ponerent capillos; sed ipsos rogabat dominum, vt liceret sibi supponere. Dicit enim Poeta se habere villicum, qui dispensaret ceteris pueris, & ipse leuis erat & capillatus, quamvis villicus factus vir videri volebat, & subinde rogabat, vt liceret sibi deponere co-
mam. Erat enim hoc præpropera cinedorum festinatio, quod inuiti
præstabant domini. Vtrumque disce ex appositissimo, epig. 86. lib. 12.

Nolueram Polytine tuos violare capillos,

Sed iuvat hot precibus me tribuisse tuis.

& ex ep. sup. adducto. 49. lib. 5.

Quid non cogit amor? fecit nolente capillos

Eucolpus, domino nec probidente tamen.

Permitit flemitque pudens.

At verò cuni noua nupta domum ducebatur, primo die capillatos ma-
riti pueros tondebat, vt lib. 11. ep. 79.

Flammea texuntur sponsa, iam virgo parata est:

Tondebit pueros iam noua nupta tuos.

& Catullus in Epithalamio:

Sordebant tibi villice

Concubina hodie, herique

Nunc tuum cinerarius

Tendet os.

Tonsio enim in pueris, signum erat emerita libidinosæ militiæ; quod iam pubertatem ingrederentur. sup. ep. 32. lib. 1. de Eucolpo,

Vtque his longum dominusque puerque fruatur

Muneribus, tonsum fac cito sero virum.

& in epigrammate huic gemino. 44. lib. 5.

*Sed tu nec propera, brevibus nec crede capillis,
Tardaque pro tanto munere barba veni.*

Itaque hic, qui iam grandiusculus erat, ut ceteris præponeretur, cupiebat deponere coamam, & in eo epigr. narrat Poëta rusticationem suam beatam, quam exercebat Bilbili, habebaturque in optatis puer grandis & leuis, ut sup. lib. 2. ep. 48.

Et grandem puerum diuque leuem.

Præsertim rusticantibus, qui pueros cupiebant, quâ valentes ad ministeria, quâ molles ad delitias. Neutri itaque fuit locus intellectus. Hic autem, quem vrgemus, planissimū habet, ut dixi, sensum. capillati pueri qui domino in delitiis erant, soli paedagogo parebant, ceteris seruis iniurij & procaces. Laudat igitur hanc villam ex omni parte bene constitutam, bene moratam: in qua lasciu illi pueri non cogente paedagogo villico in omnibus parerent. Capillatos autem intelligit hoc loco vel ingenuos pueros, vel seruulos habitos in delitiis, de quibus locus est, sup. lib. 10. ep. 62.

Ludimagister parce simplici turbae

Sic te frequentes audiant capillati.

& diximus ad lib. 2. ep. 57. & de nomine *lasciu*, ad ep. 4. lib. 1.

23 *E t delicatus opere fruitur Eunuchus.*] id est, Eunuchus in deliciis habitus, & in vrbe delicate nutritus, aliorum exemplo excitatus opere delectatur, id enim significat verbum illud *fri*, vti scilicet aliqua re cum fructu & delectatione. Sic apud Iuuenalem, sat. i. versu 49.

Excubat Octania, Marius bibit, & fruitur Dijs Iratis.

id est, cum voluptate summa comeditionibus indulget, propter exiliū, illamque Deorum iram, quæ Solum vertere eum coegerat, conuerit ipse in suas voluptates.

24 *N e c venit inanis rusticus salutator.*] melius in Codice vetusto, *non venit*, cum non sit coniuncta cum superiori sententia, sed diuersa. Vocab autem salutatorem rusticum vicinū, ex alia villa aut oppidulo, qui officij gratia ad Faustinum salutandum veniebat. non autem inanis, ut ambitionis illi urbani salutatores, sed adferens multa dona, eaque utilia, mella, caseum, glires, hœdos, capones, & oua.

25 *F a c t o vocatur letus opere vicinus.*] vocatur ad cœnam, ut lib. 1. ep. 50. *Venabitur vocatus, & veniet tibi*

Coniuia clamatus prope. vbi vide quæ notauimus.

26 *N e c auara seruat crastinas dapes mensa.*] crastinas dapes, id est, crastino & sequenti die iterum apponendas, ut eadem fercula duas explicit cœnas, ut vidisti sup. ad lib. 1. ep. 100. & 104.

27 *V e s c u n t v r omnes ebriisque non nouit satur minister inuidere coniuia.*] Inuidet minister coniuia, quando ipse iis, quæ apponuntur, non vesctur, aut non ita largè bibit, sed in hac villa cum non seruentur dapes in crastinum conuiuum, mensarum reliquias affatim saturantur ministri,

& largis potionibus inebriantur, ita vt ebrio conuiuæ non inuideant. sic sup. optat esse sibi saturum vernam, lib. 2. ep. 9.

28 *A t u s u b v r b e p o s s i d e s f a m e m m u n d a m .]* id est, in suburbano tuo hor- torum habes munditias, quæ famem gignant, non leuent.

29 *E t t u r r e a b a l t a p r o f p i c i s m e r a s l a u r u s .]* alias, moros, laurus; sed male: meras laurus, id est, solas nullis interpositis aliis arboribus fructuosis, vt fieri solebat in hortis.

30 *F v r e m q u e P r i a p o n o n t i m e n t e s e c u r u m .]* irrisio est. nihil enim mi- serabilius rure, in quo non timetur fures. beatum illud, in quo & domi- no & furi multa supersunt, vt de domo locuplete dixit Horat. ep. 6. l. 1.

Exilis d o m u s e s t v b i n o n & m u l t a s u p e r s a n t .

E t d o m i n u m f a l l u n t , & p r o s u n t f u r i b u s .

Priapum verò custodem esse Hortorum manifestum est. tenebat falcem & porrectum ab inguine palum, vt Horat. sat. 8. lib. 1.

— *D e u s i n d e e g o f u r u m a u i u m q u e*

M a x i m a f o r m i d o , n a m f u r e s d e x t r a c o é r c e t ,
O b s c è n o q u e r u b e r p o r r e c t u s a b i n g u i n e p a l u s .

& noster lib. 6. ep. 16. ad Priapum,

T u q u i p e n e v i r o s t e r r e s & f o l l e c i n a d o s

I u g e r a s e p o s i t i p a u c a t u e r e l o c i .

31 *E t v i n i t o r e m f a r r e p a s c i s v r b a n o , &c .]* breuiter perstringit, quæ latius de Basso villam petente dixerat, sup. epig. 47.

32 *R v s h o c v o c a r i d e b e t a n d o m u s l o n g e .]* hæc dicta sunt de villa Bassi, quæ erat, vt dicit, picta, id est, summo disposita ordine, ad pascendos oculos, vt pictura; adeò vt videretur domus longe diffita ab urbe, non rus. *d o - m u s l o n g e* dixit, per hellenisimum vt Propertius, lib. 1. eleg. 20.

E g r e s s a m l o n g e p h a s i d o s i s s e v i a m .

viam longe, id est, πλὴν μητέων ὁδὸν, id est, longam viam. Sic domus longe, ὁ μητέων ὁδός.

A D E P I G R. LIX.

DE hoc epigrammate iam dictum est, supra ep. 16. indignationem continet, quod libertini generis homines gladiatorum munus exhibant; quod, vt ibi diximus, & censum & dignitatem edentis requiebant. Sutor Bononiæ, fullo Mutinæ. Scilicet restabat adhuc, vt Cau- po vilissimus iam vbiicumque daret.

A D E P I G R. LX.

EAmdem in urbanitatem, quam reprehendit sup. lib. 1. ep. 21. & de qua lib. 6. ep. 11. hoc loco inseatur, & eos qui sibi optima, ceteris vilia & minuta ponebant. vt ait Plin. lib. 2. epig. 6. Hoc autem epigrā- mate fraudem detegit potentiorum, qui post sublatas sportulas, hac strophe vrebantur vt vilissimis obsoniis pafercent coniuas, pretiosa sibi solis apponentes, vt idem & forte minus impenderent in rectam cœnam, quam in sportulas impendebant.

1. *Cum vocor ad cœnam non tam venalis ut antc.]* Iam sup. diximus sportulam accepturos ad cœnam vocari, hoc lib. epigr. 7. legendum autem est — non iam venalis ut antc.

nam si legas; non tam venalis, videretur Martialis significare sportulae summa creuisse. Scimus autem ex superioribus voluisse significare sportulas esse à Domitiano sublatas, reuocata cœnarum rectarum consuetudine. Ideò legendum, Iam.

2. *S V M I T V R inciso Mytilus ore tibi.]* Vera lectio est, *sugitur*. Nam versu sequenti, verbo *fumendi* vtitur. Nec adeò infans Martialis est, ut eodem verbo subinde vtatur. Quid? quod melius conuenit sententia, si *sugitur* legas. Nam illud, *inciso ore*, dicitur, quod acies testæ labra edentis scindat. Id autem facilis in succu accidere poterat, & eodem verbo paruitatem illarum ostrearum ostendit, quæ cum non possent dentibus vel cultro auelli, simul cum ipsa testa erant fugenda.

3. *F V N G O S ego sumo suillos.]* alias, *pūsillōs*, sed melius *suillos*, per contemtum.

4. *A V R E V S turtur.]* idem quod cereus, ut est superiori epigr. 57. à colore pinguedinis sic dictus. Vide ibi quæ notauiimus.

5. *C V R sine te ceno, cum tecum Pontice cœnem.]* Elegantissima antithesis ænigmatica, in quibus excellit mirè hic Poëta: *Ceno sine te, quod non ceno idem ceno tecum, cœni in eodem recto recumbam.*

6. *S P O R T V L A quod non est, proposit, edamus idem.]* legerem libenter sportula quod non sit, alias legitur, sportula quæ non est. *Edamus idem*, ut nō sit strophis hisce sordidus locutus.

AD EPIGR. LXI.

Importunum Cinnam & assiduum flagitatorem vrbane à se reijcit, qui artificio quodam petitiones suas extenuabat, cum diceret nihil esse quod peteret, id est rem leuem & nullius momenti. Iocatur Poëta ad proprietatem verbi transferens Cinnæ miosin: *Si nihil, inquit, petis, negans ego id quod petis, nihil nego.*

AD EPIGR. LXII.

Qvintum quendam falli ostendit, veram animi magnitudinem non agnoscens, quam existimabat sitam esse in insanis quibusdam emtionibus rerum opinione vulgi pretiosarum: hoc enim potius pusillanimitatem arguere docet: animus enim magnus à seipso rātum penderit, in se sita esse omnia existimat: pusillus contra suæ exiguitatis conscius, hæc externa præsidia sibi comparat ad contemtum.

1. *Q u o d constat deries tibi non spacioſa ſapelleſ.]* lego libenter cum Lipsio, *ſpacioſa*, id est, non multiplici, nec multarum rerum, sed paucarum earum quæ summi pretij, *non ſpacioſa*, dixit, id est, non multum ſpatij occupans: quæ explicatio fulcitur sequenti versu quod argenti libra ita artificiosa calata erat, ut quinque millia ſestertiū constaret. sed hæc emendatio non est Lipsij, sed ipsius Domitij, qui in veteribus legerat, *ſpacioſa*, & ex-

plicat non spatiofa, id est, exigua, nostri autem temporis Critici multa vendit pro suis, quæ in vulgatis vetustis inueniuntur.

A V R E A quod fundi pretio carruca paratur.] auream non intelligas ex auro solido factam, sed ex ligno aptatis in eo aureis bracteis. Quin etiam & iunctura mularum carrucam trahentium erat argentea, ut constat ex Celsō iuris consulto, in L. cum aurum 19. alias incipit, Et si non sunt clavi, §. lectum plane. *Vt in iunctura argentea scio me dixisse.* Est autem iunctura mularum ornatus, quem Graeci μῶλον κόπτωμα interpretantur, & Paul. lib. 3. Sententiarum tit. 6. §. 96. Carrucca cum iunctura legata, mula quoque legata, non mullo videtur. Erat igitur cælata ex auro, quemadmodum etiam cælabantur ex argento, Romanorum inuentu, ut testatur Plin. lib. 34. cap. II. At nos (inquit) carrucas ex argento calare inuenimus. & lib. 34. cap. 17. de argento sic ait. Cœpere deinde & cæseda, & vehicula, & petorita exornare: similiq[ue] modo ad aurea quoque, non modo argentea staticula inanis luxuria peruenit, quaque in scyphis cerni prodigium erat, hac in vehiculis attiri, cultus vocatur, dic luxus prohibitus quodam. Argumento est quod fuerit permisus ab Alexandro Seuero, de quo Lampridius: Carrucas Roma & rbedas senatoribus omnibus ut argentatas haberent, permisit, interesse Romana dignitatis putans, ut his tantu[m] urbis senatores rectarentur: Et Vopiscus in Aureliano. Dedit præterea potestatem, ut argentatas priuatis carruccas haberent, cum anteā erata & eborata vehicula fuissent. Præcio fundi, dixit Hyperbolicos & prouerbialiter Cicero in oratione pro Sexto Roscio Amerino: In quibus est authensa illa, quam tanto prelio nupen mercatus est, ut, qui prætereunte p[re]cium enumerari audiebant, fundum venire arbitrarentur.

Q V O D pluris nulli est quam domus emat tibi.] Domitius legit, quod pluris mula est, & meo iudicio recte, quod acutius quiddam sonat: mulam nempe emtam fuisse pluris quam domum, ut sit eadem hyperbole quæ superior. Mulis autem vehi Romanos solitos esse, manifestum ex multis hiis Poëta locis, easque habuisse in delicijs equitantes per orbem, libr. 9. epigram. 23.

*Vt luctuosa linat Tyrias mibi mula lacernas.
vbilegerem, luculenta, id est, preciosa mula, qualis erat hæc Quinti. & libr. 8. epig. 61.*

Vehimurque mulis non ut ante conductis.

Sic Iuuenalis sat. 7. delicatos illos diuites vehi per porticos magnificè etificatos dicit, quoties plueret, ne scilicet vngula mulae luto inquinaretur:

Balnea sexcentis & pluvias porticus, in qua.

Gestetur dominus quoties pluit, anne serenum

Expectet, spargatque luto iumenta recentis?

Heic potius, namque hæc munda noster vngula mula.

AD EPIGR. LXIII.

Huius epigrammatis explicationem petere poteras ab epigr. 10. lib. *In hic latissime explicat quid sit ex communi opinione bellus homo,*

qualis Cottilus quidam leuiculus homo videri volebat.

1 *BELLVS homo est, flexo qui dirigit ordine crines.*] Verba sunt vsque ad ultimum distichon Cotyli respondentis, & ab effectis bellum hominem diffinientis. In hoc versu lege *flexos*, vt coniungatur cum nomine *crines*. flectere autem crines vel capillos vsitatum Poëtæ, sup. lib. 2. epig. 36. vbi latius explicuimus hæc.

2 *B A L S A M A qui semper, cynamma semper olet.*] mollium esse bene olere, notum apud veteres. Iuuenal. sat. 2. inducit Laroniam quandam in hirsutum & rigidum morum censorem, mollem tamen, sic loquentem:

— sed tamen unde

Hac emis, hirsuto spirant opobalsama collo,

Quæ tibi? ne pudeat dominum monstrare tabernæ.

vide tamen quæ dicta sunt epi. 12. lib. 2. in Posthumum.

3 *C A N T I C A qui Nili, qui Gaditanas susurrat.*] de Ægyptijs canticis vide Heraldum in hunc locum. De Gaditanis dictum sup. ad ep. 62. lib. 1.

4 *Q V I mouet in varios brachia volva modos.*] id est, expeditus Chiromia, vt brachiorum motibus & digitorum crusnatis delectet. brachia vero vulsa & rasa mollium sunt, vt crura & pectus: vide quæ diximus ad lib. 2. epigr. 36.

5 *I N T E R fœmineas tota qui luce cathedras desidet.*] cathedras fœmineas intelligit sellas, vbi fœminæ sedentes inter se colloquebantur. hic autem bellus homo varijs fabulis toto die eas detinebat.

6 *A T Q V E aliqua semper in aure sonat.*] id est, semper in aliqua aure aliquid insusurrat & garrit, quod est hominis intimæ cum fœminis consuetudinis. de garritu in aurem multa sup. lib. 1. epig. 90.

7 *Q V I legit hinc, illinc missas scribitque tabellas.*] indicium hominis in leuissimis rebus occupati, vt Faustus ille epig. 65. lib. 2. quamuis alio fine multis puellis scribebat.

Nescio tam multis quid scribas Fauste puellis,

Hoc scio, quod scribit nulla puella tibi.

8 *P A L L I A vicini qui refugit cubiti.*] delicati noblebant à proximè sedentibus tangi, neq; in conuiuio, vbi se mutuo cubitis tangebant accumbentes: hic autem proximè accubantis cubitum refugiebat, ne scilicet vicini pallia forte rudia inquinarent suam pretiosam synthesin. Sic Poëta præscribens Silæ sibi nubere volenti leges, quas obseruare nupta deberet, sic ait epi. 24. lib. 11.

Ad cœnam venies, sed sic diuisa recumbes,

Vt non tangantur pallia nostra tuis.

quibus in locis manifeste deprehenditur accubuisse pallijs, quod etiam liquet ex epig. 59. lib. 8. vide etiam quæ diximus supra epigrammate 41. lib. 7.

9 *Q V I sic quam quis amet.*] curiosi hominis signum.

10 *H I R P I N T veteris qui bene nouit annos.*] Hirpinus nobilis equus, in Circo,

Circo, & multarum palmarum, de quo latè Lipsius centuria tertia epist.
26.ad Valentem Acidalium.

¹¹ *R e s p e t r i c o s a C o t i l e b e l l u s h o m o .]* Sententiam protulit de dictis Co-
tilibellum hominem diffinientis; rem scilicet esse petricosam, id est, salebris
& petris impeditam. Sed melior lectio est, *p e t r i c o s a*, vt Domitius docu-
it, id est, res difficultis & multis rugis impedita: nam tricæ impedimenta
sunt & fila quædam quibus pullorum pedes implicari solent & impedi-
ri. Inde petricosum, quod multis tricis impeditum est.

AD EPIGR. LXIV.

L Audat artificios è Canitum Gaditanum Poëtam à suavitate fabulan-
di; quem audientes maiori dulcedine capiendos esse innuit, quām ex
sirenarū cantu percipi posset. De sirenis notissima historia ex odif. Ho-
meri, vbi leges vt Vlysses obturauerit sociorum aures, vt se malo ligari
iussuerit, vt euaserit maximum illud periculum. Ait se non hoc mirari sed
miraturum magis, si fabulantem reliquisset Canium Vlysses. de Canio
satis multa ad lib. i. ep. 62. & 70. & hoc eod. libro ep. 20.

¹ *S I R E N A S b i l a r e m n a u i g a n t i u m p æ n a m .]* Elegantissimis antitheticis or-
natum est hoc gemmeum epigramma, in quo est *Hilaris p æ n a , b l a n d a m o r s ,*
c r u d e l e g a u d i u m .

AD EPIGR. LXV.

B Asia Diadumeni suauissimis odoribus fragrare, multis ostendit cō-
parationibus, quæ suauiora futura dicit, si liberè & sine inuidia da-
ret. De Diadumeno & eius basijs, vide epi. 47. & 84. lib. 5. & ep. 34. lib. 6.
& eundem ac basiorum fragrantia suppresso nomine celebrat li. ii. ep. 9.
in quo eadem ferè sunt similitudines verborum copia variatae.

¹ *Q v o d f f i p r a t t e n e r a m a l u m m o r d e n t e p u e l l a .]* tenera puella non poterat
færido halitu, vt anus, poma mordens contaminare, sed fractura &
arrosione olentia reddere & gratiora amasijs suis. Erat enim eo tempore,
vt hodiéque, puellis mos, vt amatoribus suis poma arrosa mitterent, &
attritas etiam corollas, & huiusmodi nugas ad eorum amorem captan-
dum. testis Lucianus in Toxare.

² *Q v o d d e C o r y c i o q u æ v e n i t a u r a c r o c o .]* Corycus mons Ciliciæ, vbi op-
timum crocum gignitur, cuius odor gratissimus veteribus; adeò vt ad
demulcendum popellum in theatris aqua croco immixta per tubulos e-
mitteretur, vt dictum est sup. in Amphitheatre ep. 3.

³ *Q v o d m e s s o r A r a b s .]* in Arabia felici messes benè olentes erant, qua-
lis erat nardi: messor itaque metens herbas illas fragrabat earum odori-
bus.

⁴ *Q v o d s u c c i n a t r i t a .]* succinum succus arborum est, Vnde nomen ac-
cepit: ait Plin. nat. hist. lib. 37. c. 3. quod arboris succum esse prisci credidere, ob id
succinum appellates. vbi & cap. superiori omnia quæ ad eleætrum, inuenies.
Tacitus etiam in fin. lib. de morib. German. ferè idem quod Plin. Succi-
numq; affirmat arborum esse succum hoc argumento, *Q u i a t e r r e n a q u a d d a*

atque etiam volucris animalia plerumque interlucent, qua implicata humore, mox du-
rescente materia cluduntur. Hoc autem succinum manu tritum fragrat. Dio-
scorid. lib. i. 93. lachrymam popolorum commemorat, que in Padum annem deslu-
ctat, durari ac coire in succinum, quod electrum vocant, ali⁹ Chrysoporum: id atritum
incundum odorem spirat. Candidum vero odore præstantius est. Plin. d. c. 3.
libr. 37. Ex quibus omnibus D. Isidorus congesit plura, etymolog. libr.
16. c. 8. Cum vero manuum tritura odorem fragrantissimum mitterent
succina, ideò à Nostro inter bene olentia annumerata hic, & li. 5. ep. 38.

Quod succinorum rapta de manu gleba.

& lib. 11. ep. 9.

Succina virginea quod regelata manu.

Sic lego, non [re]ligata cum Domitio, gelatur namque succus i. riget præ-
duritie, vt lib. 4. ep. 59. noster loquitur:

Quæ dum miratur pinguis se rore teneri,

Continuo riguit victa repente gelu.

& regelatur attritu digitorum anima caloris accepta. Quo verbo usus
est infr. epig. 93. in Vetusinam:

Cum bruma mensam tibi sit per Augustum,

Regelare nec te pestilentia possit.

Sic inquam lego, quamuis non mihi lateat manibus delicatorū gestati
solita succina religata, teste Tertulliano, & præcipue fœminarum nobi-
liorum, vt Plin. dictis locis testatur, & Poëta ingenio facilis & facilitate
ingeniosus in Metamorphosi morem istum attingit lib. 2. vers. 364.

Inde fluunt lachrymae stillataque sole rigescunt,

De ramis electra, nonis qua lucidus annus

Excipit, & nuribus mittit gestanda Latinis.

vbi etiam rigere electra dixit. Ex supradictis videbis unde sumserit com-
parationem Iuuenal isatyr. 6. vers. 571.

In cuius manibus, cui pinguis succina, tritas Cernis ephemeras.

Sic li. 5. epigr. 38. *Quod succinorum rapta de manu gleba.*

& lib. 9. epi. 14. *Gemma quod Heliadum pollice trita notet.*

5 *PALLIDVS Eoo thure quod ignis olet.] ignem pallidum dixit, quod i-
gneus ille color immisso thure in pallidum flestat.*

6 *QVID si tota dares illa sine inuidia.] tota dixit, id est, plenis labris, parce
enim hic puer dimidio labello forte dabat. sine inuidia, id est, non parce,
nec reluctanter, quamuis sibi in eodem Diadumeno placere affirmat,
dicto epig. 47. lib. 5. & 84. eiusdem.*

AD EPIGR. LXVI.

Hoc epi. & alio item 70. lib. 5. M. Antonium Triumuirū infectatur
ob Ciceronis indignissimam necem eumq[ue] confert cū Photino.
Ægyptio, qui venerandum illud Pompeij Magni caput amputauit, ostē-
dens peiorē esse Antonij quam Photini causam, quod Photinus id fa-
cinus domino Ptolomæo præstisſeret, cuius imperio excusari potest: An-
tonius autem sibi soli, nulla relicta excusatione.

- 1 PAR scelus admisit Pharijs Antonius armis.] Periphrasis Photini, quem dicto epigr. 70. lib. 5. Pharium vocat.
- 2 ABSCIDIT vultus enīs rterque sacros.] vultus sacros Poëticè dixit, pro capitibus sacris, more Graecorum, qui celeberrimus viros iepas xepas vocant, vt sequenti etiam disticho.
- 3 ILLVD, laurigeros ageres cum lata triumphos.] Est vna vtriusq; laus, quod Pompeius tanti tamque excellentis corporis caput esset, præcipue in summo Triumphi honore, adēt ut laurea Triumphi corona Romæ impoñenda, capiti Pompeij imponenda esset. Non minus illustris Ciceronis laus, cuius ore tota Roma loqueretur, dignaque eius lingua esset per quam præstantis animi sensa exprimerentur. Valer. Maxim. lib. 5. cap. 3. §. 4. de Ciceronis morte: ac protinus, inquit, caput Romane eloquentie & pacis, clarissimam dextram per summum & securum oitum amputauit. Vide elegantem declamationem Senecæ.

AD EPIGR. LXVII.

IN pigros quosdam nautas est epigramma, quos Argonautas dicit se invocare proprio nomine, non quod strenuis illis heroibus, qui Iasonem comitati sunt ad Phasin similes sint, sed à proprietate vocis sumto ioco, quod ἀρρεῖς Græcè pigrum & desidiosum significet. dicitur enim quasi ἀρρεῖς id est, sine opere.

1 CESSATIS pueri nihilque nosfis Venero, resinaque pigiores, Quorum per vadæ, &c.] Nullum est huius Poëtae epigramma, cuius inconstantior sit lectio, corruptentibus ferè omnibus emendatoribus, ac primò verbum *nosfis*, mutauit Lipsius in *mostis*, pro *mostis*, id est, non vterius progressi estis. & quod necesse fuerat immutare, reliquit integrum, verbum *cessatis*, quod mutandum fuerat in *cessassis*, vt cohæreret cum verbo *mostis*. Ioann. verò Isaacus Pontanus, in notis ad septimum saturinaliorum Macrobi librum, cap. 16. emendat, *postis*, id est, *potesis*. & conatur veterum testimoniis probare, nihil posse idem significare, quod non prodesse. Sed hæ emendationes argutulæ magis quam veræ ac propriæ sunt: nusquam enim apud hunc Poëtam illa οὐχιστὴν αἴρεσθαι. & immutare illud verbū, *nosfis*, est vere nihil nosse de huius loci sensu. melius Gruterus qui in notis retinet verbum *nosfis*, ita vt referatur ad remigandi artem, quam hi pueri omnino ignorabant. Deinde sequuntur salebra illæ *Venero resinaque*, in quibus hærent interpres, veterosi & resina impediti. Doctissimus Turnebus Aduersariorum lib. 13. cap. 19. sic legit. *Vientone asinaque pigiores*, reiecta & damnata veteri lectione ex syllabarum quantitate, quasi in his phaleuciis perpetuum seruet Bilbilitanus hic tenorem, & doce quidem, sed non apposite *Vientonem* ex Iuuenalis satyris obtorso collo hoc adducit, & adagium (*afino vel afina pigior*) nobis obtrudit. Gruterus autem legit: *Venero rasinaque pigiores*. duoque nomina ait esse riuulorum, per quos natigabat Martialis, quos riuulos ego nunquā agnoui. deduci sunt tantū à Grutero, vt sequentem versū:

Quorum per vada tarda nauigantes.

redderet clariorem: satius fuisset quod Raderus fecit ingenuè fateri se, quid illud monstri esset, ignorare. Ego vulgatam libenter retineo lectio-
nem, *Vaterno resinaque pigriores.*

vt sit hyperbole: veterus enim torpor est somni morbos, notissimus Medicis. Sic veternosum appellant, quod pigrimum est & quasi ve-
terno occupatum. Resina verò sua tenacitare & lertitudine pigrissima
est, vel quod ipsa per arborum truncos lentissime fluat, vel quod detine-
at. Illud autem: *Quorum per vada tarda nauigantes.*

quas turbas dedit! Domitius verus interpres non intellecto difficulti-
mo loco, sic explicat: *ad quorum spectatorum*, impedita interpretatio,
quam expediuit Raderus, vt significet ad quorum spectatorum celeu-
ma, per vada tarda nauigantes, remos tingitis, vt referatur ad naumachia-
m: Sed in Naumachia nulla erat remorum tarditas, immò summa ce-
leritas & festinatio, neque ad spectatorum in littore sedentium celeu-
ma nautarum pueri mouebant remos, sed ipsi soli celeuma canebant.
Vnde videtur Domitij & Raderi interpretatio omnino corruere:
Neque ausim in re adeò implicata negligentiæ quemquam accusare,
quod hic locus à nemine fuerit intellectus. Ego videor mihi lucem al-
laturus densissimis hisce tenebris, quam accendo sibilo tantum addito
nomini *Quorum*, vt sit, *quorsum*. & post sequentem versum nota addatur
interrogationis, & sit sensus planissimus. *Quorsum*, id est, quo fine pueri
nauigantes per vada tarda, nulla vi fluentis aquæ adiuti, dum promoue-
re se à remorum impulsione sit necesse, tanquam otiosi & ludentes, tin-
gitis in aqua remos, leuiter motos nec impulsos brachiorum vi, sed vt
tantum eos vngere in aqua velle videamini, ad numeros celeumatis ex-
pectantes cantus. Rythmum sensi, & subsequitur ratio: cùm iam me-
dium cœlum teneat ardentissimus sol, eiusque radiis videatur palus vel
flumen exardescere. Quam lectionem existimo germanam esse, vel ex
eo quod ea retenta nihil necesse sit in toto epigrammate permutari.

2. *I A M prono Phætonte sudat Aetbon.*] id est, iam inclinato ad pomeridi-
anum cursum.

3. *INTER I V N G I T equos.*] de hoc verbo iam dictum est sup. li. 2. ep. 6.
AD EPIGR. LXVIII.

Admonitionem continet ad pudicas matronas, ne sequentia legant
epigrammata, quod prætextata sint, nec digna castis earum auribus.
Sed suspicatur fore vt post haic admonitionem audiūs quam præcedē-
tia matrona legat, quæ sequuntur: quod factum esse testatur inf. ep. 86.

1. *C v i sint scripta rogas interiora? mibi.*] *Interiora*, id est, quæ subsequuntur,
sumta metaphora ab ædificijs, in quibus interiora dicuntur subsequen-
tia, & quæ à primo ingressu remotura sunt. Virg. i. Æneid.

Est domus interior regali splendida luxu.
in qua metaphora persistit sequenti versu:

Gymnāsum, thermā stadiū est hac parte recede.
 2 *Ex vi MVR: nudos parce videre viros.] Gymnasio, thermis & stadio exuebantur, vnde quæ situm nomen gymnasio γυμνάσιον, namque de nudari significat.*

3 *S A V C I A Terpsichore.] Saucia dixit, pro ebria: nam mero saucium dicebant, pro ebrio, vt lib. 4.*

Incaluit quoties saucia vina mero.
 & Ennius in Alcestide apud Fulgentium in friguttis,
 — *hæc anus admodum*

Friguttit, nimirum se saucianit flore Liberi.
 quo loco reponendum existimat Godescalcus Stevvechius in quæstionibus ad Apuleij lib. 9. rore Liberi, quod apud eundem Apuleium, lib. 8. legatur: *eruorem præter fluentis aqua rore diluere*; quod satius fuisset intactum relinquere homini præcipue in Plauti lectione adèd versato: *Plautus enim mille locis florem vini & florem Liberi, pro optimo vino usurpauit, vt in Curculione, Act. i. Sc. flos:*

Flos, inquit, veteris vini meis naribus obiectus est.

Idem in Cistellaria:

Quique adèd me compleui flore Liberi. Sancium autem nullo addito nomine pro ebrio sumi, præcedente tamen sensu potionis vini probat locus Iustini, lib. 1. de filio Tamiris & eius exercitu: Cum ventum (inquit) ad Cyri castra esset, ignarus rei militaris adolescentis, velut ad epulas, non ad prælium venisset, omib[us] hostib[us] insuetos barbaros vino se onerare patiuntur. Et paulò post: Nam cognitis his Cyrus reuersus per noctem sancios opprimit, omnesque Scythes cum Reginæ filio interficit. Hæc enim vera & vetus lectio confirmata Strabonis autoritate, qui lib. 11. cum hæc in Sacis gesta scribit, Scythes dicit ἐγών τε καὶ οὐδεποτέ fuisse. & idem Iustinus, lib. 24. Hac, inquit, affeueratione incitati Galli, simul & hesterno mero sauci, sine respectu periculorum in bellum ruerbant. & Apuleius, lib. 7. Et instantia validiore vinum immixtum, sed iam modico tepefactum vapore sauci, & his crapula vinolentiaque madidis, ipse abstemius non cessat impingere, & lib. 9. Quanto me felicior Daune viuinia, que mero & prandio matutino saucia.

4 *S C H E M A T E non dubio.] id est, non recte, & figurate & proprie & Latine.*

5 *Q V A M recipit Sexto mense superba Venus.] periphrasis Priapi quem matronæ ferebant viii Kal. Augusti extra portam Collinam ad Veneris templum, cum facrorum pompa, & in eius sinu reponebant. Ad hæc sacra Priapi alludit Prudentius contra Symmachum his verbis:*

*Hic Deus è patrio prænobilis Hellestanto,
 Venit ad usque Italos, sacris cum turpibus bortos:
 Sinum lacis, & hæc votorum liba quotannis.
 Accipit, & ruris seruat vineta Sabini,
 Turpiter infixo pudeat quem visere ramo.*

6 *Cystode m medio statuit quam villicus horto.]* altera eiusdem periphrasis obscenæ , quam enormem in Priapo hortorum custode figurabant, porrecto ab inguine palo, ut sup. diximus hoc eodem libro , ep. 58.

7 *Opposita spectat quam proba virgo manu.]* iocus in virgines pudicas specie: reapse vero gaudentes spectaculo Priapi, quæ manum oculis admouebant, tanquam auertentes visum à re tam turpi, digitulis tamen parum apertis, ut quasi per rimulas tali yisu fruerentur.

AD EPIGR. LXIX.

EVndem Cosconium , quem sup. lib. 2. ep. 77. tanquam stolidum reprehenderat, quod epigrammata eius longa esse dicebat, hoc epigrammate tanquam insulsum & indoctum Poetam, epigrammatographum irridet; estque totum epigramma conceptum ironicas: vocat enim castissima Cosconij epigrammata , & digna quæ pueris & virginibus legenda proponantur , quæ laudat specie castitatis, reapse irridet, tanquam indocta & legenda tantum simplicibus & ignarisi, quales sunt pueri & virginis.

i *In que tuis nulla est mentula carminibus.]* sup. lib. 1. ep. 36.

— sed hi libelli

Tanquam coniugibus suis mariti,

Non possunt sine mentula placere. cetera per se liquida sunt.

AD EPIGR. LXX.

Mirabilem Ceruini cuiusdam in amore mutabilitatem describit, qui Aufidiam vxorem per fastidium repudiauerat, post deinde nuptam riuali deperibat, ita ut eius moechus curauerit fieri. Simile argumentum habet ep. 71. lib. 6. de dominio cuiusdam Thelisina vel Theletusæ. Est communis hominum consuetudo in vetita ferri impotentiis. Horat. satyr. 2. lib. 1.

— leporem venator ut alta

In niue sectetur, possum sic tangere nolis;

Cantat & apponit: meus est Amor huic similis: nam

Transuolat in medio posita & fugientia captat.

& sup. lib. 1. ep. 74. hanc sententiam complexus est.

i *N v m q u i d securus non potes arrigere?] elegans quæstionis propositæ per interrogationem solutio. Causa enim cur Ceruinus iste repudiatam vxorem & alteri nuptam amabat, erat quod fœminam quam securè possidebat appetere non poterat.*

AD EPIGR. LXXI.

NÆuolum pathicum infectatur, qui paedicabatur à seruo: nec est opus diuinatione ad distichum intelligendum, cum satis per se liqueat.

AD EPIGR. LXXII.

Fatuam quandam Laufellam irridet meritò hoc epigrammate, quæ cum peteretur (imo cuperet misceri Poëtæ) nolbat honestatis causa cum eo lauari: ad quod mouet eam, affingens ei corporis turpissima virtù, quæ ad finem diluit per correctionem, subiiciens aliud peius, & quod magis feminam pungat, quod fatua sit.

¹ *Nec vis mecum Lauella lauari.*] de communib[us] balneis dictum est, sup. hoc eod. lib. ep. 51.

² *Nescio quod magnum suspicor esse nefas.*] ex veteri repone (*maius*) vt sup. epigr. 42.

³ *Avt tibi pannosa pendent de pectore mamma.*] pannosas mammas, id est, rugosas, nam pannosus & pannuceus, pannis obsitum significat; & sic quodcunque rugosum est & lacerum laxumue, pannosum aut pannuceum dicitur. Sic ep. 47. lib. II.

Tenditur & digitis pannacea mentula laßis,

Nec leuas extinctum sollicitata caput.

Et pomorum genus quoddam, quæ panncea dicuntur, de quibus Plin. lib. 15. cap. 5. *Celerime in rugas marcescunt panncea*, quo capite nominum reddit rationem. Quæ etiam Macrobius, lib. 3. cap. 19. inter malorum genera recenset.

⁴ *Avt sulcos veteri prodere nuda times.*] sup. epigr. 4. dictum est.

AD EPIGR. LXXIII.

Phœbum quemdam, vel vt in aliis codicibus est, Gallum insequitur, vt fellatorem, qui cum iam virum cum feminis esse non posset, pueris mutoniatis morem gerebat, spurcissimo ore.

¹ *Mvtoniatis.*] id est, bene vasatis, vt diximus sup. ad lib. I. ep. 24.

² *Ert non stat tibi Phœbe quod stat illis.*] Stat, id est, erigitur. de verbo *standi*, in hac obſcena significatione diximus, ad ep. 45. lib. 2.

³ *Molle credere te virum volebam.*] id est, cinxendum, vt sequenti versu explicat ipse, & nos sup. lib. I. ep. 97.

⁴ *Sed rumor negat esse tecinadum.*] de voce *rumoris*, vide quæ diximus ad lib. 2. ep. 72.

AD EPIGR. LXXIII.

Ingeniosè fellatorem Gargilianum perstringit, quod faciem & caluam relinis quibusdam depilaret.

¹ *Psilothro faciemque leuas.*] bene emendarunt Critici, *leuas*: nam Psilothro & Dropace vngi potius quam lauari dicimus. *leuas* autem dicit, quasi ab onere pilorum, vt lib. 14. ep. 22. dixit leuare dentes.

Lentiscum melius, sed si tibi frondea cuspis

Defuerint, dentes penna leuare potes.

Cause autem ne *leuas* à verbo leuare, pro leuigare deducunt existimes: nam illud longam habet e, hoc autem habet breuem quod non ani-

maduerit Heraldus, dum similem adducit Ausonij locum vbi verbum
leuas, priori producta legitur.

In quina quod calido leuas tibi Dropace causa est.

quod aliqui diphthongo scribunt, vt diximus sup. lib. 2. ep. 36.

2 *E t Dropace caluam.]* in calua superstites pilos non ferebat Gargili-
nus, volebatque nitidam esse omnino caluam, ideo Dropace vtebatur
ad leuigandum efficaci, vt lib. 10. ep. 65.

Lewis Dropace tu quotidiano,

Hirsutis ego cruribus genisque.

3 *N v M Q V I D tonsorem Gargiliane times.]* irrisio est Gargiliani, quasi ali-
quis esset tyrannus, qui tonsorem timeret, cum is terrae filius nihil ha-
beret, quod sibi à tonsore timendum esset. Notum est illud relatum à Ci-
cerone 2. de offic. & 5. Tusculana de superiori Dionysio, qui cultros me-
tuens tonsorios carenti carbone sibi adurebat capillum. & ead. Tusculana, hoc
facere solitum ait: carentibus iuglandium putaminibus. id est, ardentibus
nucum corticibus; nucibus enim carentibus depilabant se antiqui.
Sueton. in Augusto, cap. 58. Scd de hoc eodem metu eleganter Martia-
lis noster lib. 11. ep. 59.

Quid si me tonsor, cum stricta nouacula supra est,

Tunc libertatem diuinasque roget?

Promittam. neque enim rogat illo tempore tonsor,

Latro rogat. res est imperiosa timor.

4 *Q V I D faciem tingis?]* iamdiu Franciscus Modius epist. 109. emen-
dauit: quid facient vngues? quam emendationem suadet ratio ob ea qua
sequuntur. arguit enim Gargilianum quod non posset tonsoris metu
illis vti resinis, cuius opera adhibenda necessario esset ad vngues rese-
candos: hoc enim erat munus etiam tonsoris, cuius ferramenta fabri-
cabantur & ad tondendos capillos, & diuersa ad resecandos vngues, vt
constat ex ep. 36. lib. 14. cuius lemma Ferramenta tonsoria,

Tendentibus haec arma tibi sunt apta capillis,

Vnguis haec longis, vitilis illa genis.

& Horatius de Vvlteiono Mena præcone, lib. 1. ep. 7.

Ad rasum quemdam vacua tonsoris in umbra,

Cultello proprios purgantem leniter vngues.

Ad quod ministerium adhiberi tonsorem liquidò constat, ex Val. Max.
lib. 3. cap. 2. §. 15. de Porcia: *Cultellum, inquit, tonsorum quasi vnguis rese-
candorum causa poposcit, eoque velut foris elapsò se vulnerauit; clamore deinde an-
cillarum in cubiculum reuocatus Brutus obiurgare eam ceperit, quod tonsoris præripui-
set officium.* Plautus in Aulular. scen. postquam obsonauit.

Quin ipse tonsor pridem vngues demserat,

Collectit, & omnia abstulit præsemina.

5 *T R A D V C E R E Caluam.]* de verbo, traducendi, dictum est sup. spe-
ctaculorum libro, ep. 4.

6 Hoc

6 Hoc fieri cunno Gargiliane solet.] suggillat Gargilianum, quod fellator esset eiusq. caput vice cunni fungeretur, quasi dicat: quamuis caput tuum mentula intret, non ideo debes id, tanquam cunnum depilare.

AD EPIGR. LXXV.

I Rrisio est in Lupercum quemdam iam eneruem, qui & sveta laborabat, ipse tamen omnem mouebat lapidem ut posset.

1 SED nihil erucæ faciunt bulbique salaces.] erucam, bulbos, & Satureia Venerem excitare notissimum est ex Medicis: Erucam appellat salacem herbam, lib. 10. ep. 48.

In quibus est lactuca sedens, & sectile porrum:

Nec deest ructatrix mentha, nec herba salax.

de bulbis est ep. 34. lib. 13.

Cum sit anus coninx, & sint tibi mortua membra,

Nil aliud bulbis, quam satur esse potes. Vide in hanc rem Io.

Baptistam à Porta Magiae natural.

2 COEPISTI buccas opibus corrumpere puras.] Lips. lib. 5. ep. 6. emendat, *epicus*, (vt Scalig. ad Festum in omissis) & contendit eo nomine significari salacem; sed nimio, ut mihi videtur, emendandi studio, argutè potius quām vere mutat hunc locum, nec legerat attente totum epigramma: Nam ut vltimum distichon sensui cohæreat, necesse omnino est, ut legatur, *opibus*. magno enim stare dicit Luperco pondus: idque, quod opibus corruperat buccas puras, quæ nisi oblato summo pretio non possent ad tantum alluci turpitudinem.

3 Sic quoque non rinuit sollicitata Venus.] bene viuit, quod mortua membra communiter dicat iacentia, & dicto lib. 13. ep. 34. Sed alij legunt, renit. Est autem summa astusiae huius amplificatio, cum ait lib. 4. ep. 6. *Nemo senex sit ad irrumandum.* Sollicitatam dixit Venerem, quo verbo vtitur in hac incitandi ad Venerem notione, ut lib. 6. ep. 71.

Tendere qua tremulum Pelian, Hecuba que maritum

Possit ad Hectoreos solicitare rogos.

& lib. 8. ep. 56.

Et libata dabat roseis carchesia labris,

Quæ poterant ipsum sollicitare Iouem?

& Petron. in Satyrico: *Sollicitauit inguina mea mille iam mortibus frigida*, vbi legerem, *motibus*, proprio militiae Venereæ verbo. Ouid. lib. 2. eleg. 10.

At mibi contingat Veneris langescere motu.

4 MIRARI satis hoc quisquam.] quæsiuit iocum in ambiguitate verbi. Nam *stare* in mentula arrigere est, ut dictum est sup. lib. 2. ep. 45. *Stare autem magno*, id est, constare: *Quam phrasim imitamur Hispani* cum dicimus: *Eftame la cassa en muchos Ducados.*

Notat Bassi in vetulas furorem, qui pueras fastidiebat, nec in vetulis forma, sed senectus hominem delectabat.

1 *Nec formosa tibi sed moritura placet.]* poterat Bassus allici anus aliquius forma, ut saepe accidit: non tamen ita erat, sed alliciebatur ultima senectute, & eò magis delectabatur vetula, quod senior esset, quod expressit nomine illo, *moritura*.

2 *No n est hac mentula demens.]* faceta metaphora cum demens de persona dicatur, & hic transfertur ad mentulam.

3 *Cum posis Hecubam, non potes Andromacham?]* subtiliter turpe verbum, futuere, ut sup. fecit ep. 32. hoc eod. libro.

Non possum vetulam, &c.

Cvnnilingum Bæticum esse constat, ex epigr. sequenti 80. Eum hoc Cloco recte eo notat vitio, & dicitur hac coniectura, quod putrida quæque appetat, fastidiatque bonos cibos, quod scilicet putrida obsonia sint sapore cunni, suetu, quo is delectabatur. Primis quatuor versibus enumerat preciosa edulia, à quibus Bæticus abhorrebat, quatuor sequentibus vilissima quæque & putrida.

1 *Nec secta quadra placente.]* caue putas cum Heraldo placentas quadratas fuisse, sed frusta & segmenta, in quæ secabantur, quadrata erant, & quodque eorum quadra dicebatur, ut ipsa verba declarant: *Quadra secta placenta*, sic lib. 6. ep. 75.

Cum mittis turdum ve mihi, quadrām ve placenta.

& lib. 9. ep. 92.

Secta plurima quadra de placenta.

& Glossarium. *quadra. τόπος, lege τόπος*, à qua mente dixit Seneca, lib. 4. de benef. cap. 29. *Quis beneficium dixit quadram panis?* &c. id est, frustum panis: sic Horat. lib. 1. epist. 17.

Et mihi diuiduo findetur munere quadra.

de frusto Casei Tolosani Noster in Vacerram, lib. 12. epigr. 32.

Nec quadra deerat Casei Tolosani.

Hæ quadræ imprimebantur placentis, antequam coquerentur, ut vide-
re est apud Moretum Virgilij, siue alius sit eiusdem auctor.

— *lēuitum protinus illam*

Componit tabula; tepidas super ingerit vndas:

Contrahit admixtos tum fontes, atque farinas,

Transuersat durata manu; liquidoque coactos

Interdum grumos spargit sale, iamque subactum

Format opus, palmissque suum dilatat in orbem,

Et notat impressis aquo discrimine quadris.

ex his intelliges Iuuenalem, satyr. 5. vers. 2.

— *aliena vinere quadra.*

² Et pulpm dubio de petasone voras.] dubio, id est, semiputrido, quod diximus sup. ad ep. 61. lib. 2.

³ Teque innant gerres, & pelle melandrya cana.] gerres quid sint, explicat Plin. lib. 32. cap. vlt. quas fætere constat, ex ep. 32. lib. 12.

Fuisse gerres, aut inutilis manas

Oder impudicus vrcei fatebatur.

de Melandrys idem Plinius lib. 9. cap. 15.

⁴ RESINATA bibis vina.] id est, sapore & odore resinæ infecta.

⁵ NES CIO quod stomachi vitium secretius esse Sufficor.] ironica irrisio. vitium secretius stomachi, posuit, pro appetentia lingendi.

⁶ Ecquid enim Batice saprofagis?] Græcis litteris scriptum est in aliis libris compositum verbum ex οὐεργάσι, id est, putridus. quamuis non male emendauero κορεφαγή, quod verbum est Galeni li. 10. de simplicibus medicamentis, cap. i. significatque vorare sterlus: nam Xenocratem damnas, quod pro medicamento ægris vorandum daret sterlus, grauius probrum ait esse κορεφαγή, quam fellatorem aut cinandum audire, quod forte respexit Martialis in hoc cunnilingo, quem summo probro insectatur, quod putrida voret, appellans eum stercoriuorū.

AD EPIGR. LXXXVIII.

Quæsitus iocüs est in nomine Palinuri, qui fuit magister nauis Aeneæ notissimus, apud Virgilium libro 5. Aeneidos dissoluit nomen poëta. nam πάλιν rursum significat, ἡμίν verò meiere, ita ut Palinurus sit iterum meiens. Minxerat hic Paulinus semel, & iam periculo lapsus, quod id faceret currente catina, volebat iterum meiere & exponere lapsus periculo. Dicit eum futurum Palinurum, vel quod iterum meiat, vel quod casurus sit, ut Aeneæ Palinurus.

AD EPIGR. LXXXIX.

Festinantem in omnibus rebus Sertorium notat hoc disticho, qui cum omnia inchoaret, nil tamen perficiebat. Quod ut augeat, usque ad summum, ait se non patare Sertorium perficere, cum se venū praebat; quam rem ipsa natura non patitur imperfectam relinquī, quod summa celeritate fieri possit. & quod omnia animalia natura ducente in finem eius actionis mira celeritate properent. Diximus de hoc ep. supra lib. i. ep. 47.

AD EPIGR. LXXX.

Fellatorem Apicum perstringit, qui medios viros lambebat, & mala linguae esse dicebatur, etiam tacens. Dictum est de hoc epig. lib. 2. ep. 61. & de nomine rumoris eod. lib. ep. 72.

AD EPIGR. LXXXI.

Inscatur Bæticum eundem, quem sup. ep. 77. qui Gallus erat & idem cunnilingus. Miratur, cur abscindi sibi pondus passus sit, cui tam gratus muliebris Baratum: quod si iam sacris Cybeles esset initiatus, castrandum caput, quod eo idem præstaret, quod pondere esset præstiturus.

1 BARATHRO.] honestè cunnus significatur, alias pro stomacho posuit sup. lib. i. ep. 88.

Extremo ructu cum venit à barathro.

2 HÆC debet medios lambere lingua viros.] fellandi paraphrasis, vt sup. lib. 2. ep. 61.

Lambebat medios improba lingua viros.

3 SAMIA testa.] Samos nota insula in Ionio mari, vel ex Varrone, in qua Iuno colebatur, quod in ea nata, educata, & Ioui nupta fuerit: in ea fiebant vasa fictilia, quæ Samia vocabantur. Ideo hic testa Samiae mentionem facit noster Martialis, qua amputabant sibi virilitatem Galli matris Deum sacerdotes. Plin. lib. 35. cap. 12. in fi. *Samia testa mariis Deum sacerdotes, qui Galli vocantur, virilitatem amputant, nec aliter citra perniciem, si M. Cœlio credamus, qui linguam sic amputandam obiecit grani probro, tanquam & ipse ianu tunc eidem Vitellio malediceret.* Quam testam ob duritatem silicem vocat Catullus, in Ay. epig. 64.

Dinoluit ille acuto sibi pondera Silice.

Iuuinalis sat. 6. de his sacerdotib. versu 512.

Mollia qui rapta secuit genitalia testa. legerem libenter fracta. Lucilius sat. 8. citatus à Nonio in verbo Samium, ex lectione Adriani Junij, sic inquit:

Hanc ubi vult male habere vlcisci proscelere eius.

Testam sumit homo Samiam fibique illicio telo

Prefcidit canalem, testesque una amputat ambo.

Hinc Samium idem ac acutum Nonius Marcellus: *Samium acutum unde Samiare dicimus acuere.* Ausonius, *Samium, Lucumonis acumen, glossæ veteres, Samiator ἀκοντίς,* & in vulgari Græco, *Samiator Græcis characteribus scribitur* pro eodem. Flauius itidem Vopiscus in D. Aureliano exemplū epistolæ Valeriani Augusti Cejonio Albino Præf. vrbi missæ *Samiata arma,* pro acutis ponit.

4 SACRA tamen Cybeles decipis ore, vir es.] Sic lib. ii. ep. 62. de Manneio cunnilingo,

Lingua, Maritus, mæbus ore Manneius.

AD EPIGR. LXXXII.

Z Oilum quemdam fellatorem insectatur hoc eleganti epigrammati te, & superbos eius fastus in conuiuo latè depingit.

1 SUMMENIANAS canet inter vxores.] Summenianæ meretrices sunt, quæ in luponari prostabunt in eo loco, qui summenianum dicebatur, vt sup. lib. i. ep. 35.

Raraque Summæni fornice rima patet.

appellat autem irrisoriè vxores, vt ep. 32. lib. 12.

Summeniana qua pilantur vxores.

2 CVRTAQVE Ledæ sobrius bibat testa.] de curta testa Ledæ diximus sup. epigt. 35. lib. i. addidit autem sobrius, vt augeret turpitudinem, quæ

irebrio non tanta fuisset, vt sup. ep. 16.

Ebrius es, nec enim faceres hæc sobrius vñquam.

3. *L A C E T occupato galbanatus in lecto]* de galbana veste dictum est supra epig. 97. lib. 1. dixit autem, *occupato in lecto*, quem scilicet totum ipse occupabat: qua figura dixit Iuuenalis sat. 1. verf. 32.

— *magni lectica Mathonis Plena ipso.*

4. *C V B I T I S trudichinc & inde conuiuas.]* Erat hic in medio honoratori loco, & nolebat à conuiuis tangi, eousque cubitis à se remouebat vtrinque: vel vt laxius recumberet, vel ne pretiosæ vestes à conuiuis tererentur.

5. *S T A T exoletus.]* stare ministros cœnantibus dominis, & quidem præcinctos notissimus est apud veteres mos. inf. lib. 4. ep. 66.

Nec tener Argolica missus de gente minister,

Sed stetit inculi, rustica turba foci.

& Seneca lib. 3. de benef. cap. 27. *Vt primam diluxit, seruus, qui cœnanti ad pedes steterat, narrat, quæ inter cœnam ebrius dixisset.* præcinctos autem esse docet nos Horatius lib. 2. sat. vlt.

His vbi sublati, puer alsè cinctus acernam,

Gauſape purpureo mensam perterrit.

& Apuleius lib. 2. toxis linea tunica mundulè amicta, & russa fasciola prænitente altisculè, sub ipsas papillas succinctula, illud cibarium vasculum floridis manibus rotatabat in circulum. & Philo Iudæus, lib. de vita contemplat. agens de luxuriosis & prophanis Romanorum conuiuijs. Ex ijs [ministrantibus] minores pueri pincernas agunt, grandiores aquam afferunt, loti & nitidi fucatiq[ue] ac cincinnati, (alunt enim capillitum) vel omnino intoncti, vel à fronte tantum præfecti in orbem crinibus, tenuissimas candidissimæq[ue] præcincti tunicas, anteriore parte ad genuas demissas, posteriore ad poplites. V trimque mollibus tenuis ad stricti commissuras, pro pendentibus ad latera sinibus. Sic ornati adstant nutus obsernando, quid quisque postulat. præcingebantque se hi serui linteo. Seneca: *Ad hoc prestat aderit ministrorum ornatisimorum turba linteis succincta.* Vnde Caligula senatum despiciens, quosdam summis honoribus functos, vt seruos stare, succinctos linteis ad pedes eius non recusauit. teste Sueton. in eius vita. cap. 26. *Quosdam summis honoribus functos, inquit, ad eisdem sibi occurrere legatos, per aliquot passum millia: & cœnanti modò ad pluteum, modò ad pedes stare succinctos linteo passus est.* Ex hac consuetudine illud est in Euangelio Iohannis cap. 13. n. 4. quod Dominus noster, vt lauaret discipulorum pedes, formam serui accipiens, præcinxit se linteo. & apud D. Lucam est expressus hic mos ca. 17. n. 7. *Quis autem vestrum habens seruum arantem, aut pascentem, qui regresso de agro dicat illi statim, transi, recumbe;* & non dicit ei, para quod cœnam, & præcinge te, & ministra mihi donec manducem & bibam, & post hoc tu manducabis & bubes. & cap. 12. num. 37. inquit idem: *Beati serui illi, quos, cum venerit Dominus, innuenerit vigilantes. Amen dico vobis, quod præcinctus se, & faciet discubercillos, & transitens ministrabit illis.* vt demonstret Dominum, qui vi-

gilantes inuenierit seruos suos, gratia loco se tanquam eorum seruum illis ministraturum fore.

6 *S V G G E R I T Q V E ructanti pinnas rubentes.*] inditis in guttur pinnis exonerare solebant stomachum. Sueton. in Claudio cap. 33. Nec temere vñquam triclinio abscēst, nisi distentus ac madens, & restatim supino ac personam bianti, pinna in os inderetur ad exonerandum stomachum. Quæ consuetudo extitum ei attulit, vt narrat Tacitus, extremo li. 12. Annalium. Igitur (inquit) exterrita Agrippina, & quando ultima timebantur, spreta præsentium inuidia, præuisam iā sibi Xenophontis medici conscientiam adhibet. Ille tamquam nūsus euomantis adiuuaret, pinnam rapido veneno illitam fauibus eius demississe creditur. Spectabat igitur exoletus ructus Zoili, vt hianti ore pinnas ingereret. Rubentes dicit, quod ex phoenicoptero aptiores essent huic negotio, de qua aui lib. 13. ep. 71. *Dat mili penna rubens nomen.*

7 *P E R C V R R I T agili corpus arte tractatrix, Manumque doctam spargit omnibus membris.*] Molles veterum delitie eo processerant, vt ad fricanda membra delectationis caussa, in conuiuis mares vel fœminas adhiberent, qui artificio quodam membra contrectarent. Mares plerumque exoleti, qui hoc munere fungebantur. Seneca epistola Clara, num. 66. *An potius optem, ut malacissandos articulos exoletis meis porrigam, vt muliercula; aut aliquis in mulierculam ex vivo versus, digitulos meos ducat?* Quidni ego feliciorum putem Mutuum, qui sic tractauit ignem, quasi illam manum tractatori præstisset? de qua consuetudine accipio locum à nemine, quod sciam, animaduersum, apud Lampridium, in Heliogabalo. In conuiuis exoletus maximè iuxta se ponebat, eorumque atrectatione & tactu præcipue gaudebat. Hi tractatores, fœminæ tractrices dicebantur.

8 *D I G I T I Q V E crepanis signa nouit Eunuchus.*] ad crepitum digitorum matellas ponit notissimum est, vel ex epig. 89. lib. 6.

Cum peteret seram media iam nocte matellam,

Arguto madidus pollice Panareius. & lib. 14. 119.

Dum poscor crepitum digitorum, & verna moratur.

O quoties pellex culcitra facta mea est.

& ex diserto Petronij loco in satyr. *Cum has miraremur lauitias, Trimalcio lauitissimus homo digitos concrepuit, ad quod signum matellam spado ludenti suppedituit.*

9 *E T delicate sciscitator vrina. &c.*] auger delicatum huius Malchionis fastum, qui ad mingendum non apprehendebat manibus propriis pené, sed seruum ad hoc ministerium habebat destinatum, quem sciscitatem, vel vt alibi legitur, suscitatorem vrinæ vocat, qui apprehensum penem inserebat matellæ vt ipse meiceret.

10 *A T ille rērō flexus ad pedum turbam.*] id est ad pueros ad pedes stantes, vt est sup. epi. 23.

Omnia cum retrō pueris obsonia tradas;

Cur tibi non mensa ponitur à pedibus?

ii INTER catellas anserum extra lambentes.] extra anserum ac præcipue ie-
cur in delitiis habebantur, vt lib.13.ep.58.

Adspice quam tumeat magno iecur anserem maius.

Miratus dices, hoc rogo crevitur ubi?

& apud Horatium lib.2.fatyr.vlt.

Pinguibus & fiscis pastum iecur anseris albi. Ouid.i.fast.

Nec defensa iuuant Capitolia quod minus anser

Det iecur in lances, Inache laute, tuas. & Iuuenal.sat.5.

Anseris ante ipsum magni iecur, anseribus par.

de quo Plinius multa, Amplificat igitur mollis huius delitias, qui pretiosa edulia catellis abiiciebat, quæ libenter comedissent conuiua.

12 PARTITVR apri glandulas palestritis.] de seruis palestritis dictum est sup.ep.57. Sed Lipsius lib.4.poliorceticam dialogo 1.emendat, atque aliter intelligit hunc locum. Nam cum Varro lib. 3. de re rustica dicat, *Vidistis ad buccinam inflatam, certo tempore apros & capreas conuenire ad pabulum, cum è loco superiore in palestram apri offendetur glans, capreis vitia.* Hoc loco ductus aprum palestritum, pro bene saginato accipit, & legit, *Partitur apri glandulas palestrita, vt sit sensus: partitur inter catellas glandulas optimi apri palestritæ.* Vbi agnosce nimium in doctissimo viro emendandi & argutandi studium. *Quis enim unquam aprum palestritam appellauit?* Deinde quomodo inter catellas partiebatur glandulas? *Partiri enim inter eos dicitur, qui cum ratione portionem suam quique capere possunt.* vt apud Virgil.lib.1. Aeneid.de seruis ab Aenea occisis.

Hinc portum petit, & socios partitur in omnes.

Quid? quod versus qui continuo se quitur, id explicat.

Et concubino turtrum nates donat.

Retineo igitur vulgatam lectionem, & eas glandulas palestritis donari intelligo, pene in contemnum conuiuarum.

13 LIGVRVM QVE nobis saxa cum ministrentur.] per metonymiam dixit, *Saxa ministriari, pro vino in sterili & saxosa Liguria nato.*

14 VEL cocta fumis musta Massilianis.] Massiliatum vinum asperrimum erat, & fumo maturabatur, vt multa alia vina. Horatius lib.3.car.ode 8.

Hic dies anno redeunte festus

Corticem ad strictum pice dimouebit.

Amphora fumum bibere instituta, Consule Tullo.

Columella lib.1.cap.6. apotheta recte superponentur his locis, inde plerumque fumosarum exoritur, quoniam vina celerius retusescunt que fumi quodam tenore præcoem maturitatem trahunt. Quod insaluberrimum esse testatur Plin.libr. 23.cap.1.idem dixit lib. 12.ep.83.

Fumosa feret ipse tropin de fece lagenæ.

Hac de causa conqueritur hic Poëta conuiuis dari Massiliana vina fumosa, & eadem detestatur lib.10.ep.36.

Improba Massilia quicquid sumaria cogunt.

& lib.13. epigram.123. *Fumea Massilia ponere vina potes.*

14 *E t Cosmianus ipse fusus ampullis.]* ampulla vitreum vas rotundum: eratque ex ijs aliquæ, quæ Cosmi nominabantur ad vnguenta condenda, vt lib.14. epig.110.

Hac licet in gemma, qua seruat nomina Cosmis.

ideò dixit: *ampullis Cosminianis.*

15 *M V R I C E aureo nobis diuidere mœcha pauperis capillare.]* murex, aureus, cō-
cha erat, vel aurata, vel ex auro facta, qua vnguentum parcè sumebatur.
Capillare autem vnguentum est ad capillos tingendos. pauperis mœcha, di-
xit per contemtum, vt Hispani dicimus *cosa de puta pobre.*

16 *N V T I B V S propinamus.]* ne scilicet emittamus vocem, quia iussi fui-
mus impurissimi illius Zoili ronchis præstare silentium. Propinatio e-
nim, quemadmodum sup. ep.15. lib.2. dictum, fiebat prolatu nomine e-
ius, cui propinabatur. Nunc autem nutibus solum.

17 *H o s Malcionis.]* nomen confictum à μαλακός, quod mollem signifi-
cat.

18 *N E C vindicare Ruffe possumus, fellat.]* poterat timeri sibi à dentibus fel-
latorum, qui lādere poterant, vt inf. epig. 96. de Chione fellatrice.

Ne legat hunc Chione mando tibi Ruffe libellum,

Carmine laſa meo lādere & illa potest.

AD EPIGR. LXXXIII.

Coclitem quemdam vt fellatorem urbanè perstringit, qui subinde
petebat à Martiale, vt breuiora faceret epigrammata, ipse autem vt
ei obsequatur breuissimo versu epigramma comprehendit, versus est:
Fac mihi quod Chione, subiungit deinde non potuisse se breuius epigram-
ma facere. Versus autem & exempli causa ponitur & sententia, cum ab
eo petat vt se felleat, quemadmodum facit Chiones, quam fellatricem es-
se perspicuum est, inf. ep.86. & 96.

AD EPIGR. LXXXIV.

Continet illusionem hoc epigramma cōceptam per ambiguitatem:
Covocat enim Tongilionis linguam, mœcham, quod is lingeret & ore
mœchus esset, vt ille Manneius, ep.62.lib.11.

Lingua maritus, mœchus ore Manneius.

percontatur ergo, quid narret eius mœcha: ex hac interrogatione pote-
rat quis existimare Tongilionem puellam aliquā habere, cum qua mœ-
charetur. Corrigit statim, non dico puellam, sed linguam. Est iocus eti-
am in verbo *narrat*, proprio linguae.

AD EPIGR. LXXXV.

Expli catum est hoc epigr. sup.lib. 2.epi.60. & 83. cuius argumentum
Eidem est.

1. *C v M sit salua sui mentula Deiphobi.]* alludit ad Virgilianum Deiphobum
de quo lib.6.versu 494.

Atque hic Priamiden laniatum corpore toto

Deipho-

*Desphobum vedit, lacerum eru deliter ora,
Ora manuque ambas, popularaque tempora, yaptis
Auribus, & truncas inbone sto vulnere nares.*

AD EPIGR. LXXXVI.

IVserat sup.epi. 68. ne matrona casta ab eo epigrammate sequentia legeret, sed prædixerat futurum, vt totum librum studioſa legeret. Nūc autem id exitum dicit conprobasse: sed tamen cum mimos lasciuos spectet, non in honestius legere potest hosce versus.

I SED si panniculum, si spædas casta Latinum,] de Panniculo & Latino dimimus sup.ep. 5.lib. 1. & lib. 2. ep. 72.

AD EPIGR. LXXXVII.

FEllatricem Chionen reprehendit, quod tecta pudenda parte corporis lauaretur, cum tamen illa non peccasset, monetque vt yclamen transferat ad os, quo peccauerat.

INARRAT terumor,] de nomine *rumoris* dictum est sup.lib. 2. epi. 72. & de eius turpula significatione.

2 Si pudore est,] id est, si facis præ pudore.

3 TRANSFER subligar in faciem,] vt contegas os impurum & irrumatum.

AD EPIG. LXXXVIII.

Proponit iocose, velut ænigma quoddam, quo interrogat, similesne an dissimiles sint duo fratres, cunnilingus alter, & alter fellator? Cū igitur diuersa inguina lingerent, dubitari possit similesne an dissimiles sint. Estque iocus in ambiguitate, à similitudine lineamentorum ad similitudinem morum traducto vocabulo. Geminorum autem similitudo apud veteres erat in pretio, vt probatur ex l. proinde 22. n ad leg. Aquil. & ex lepida narratincula Plinij lib. 7. cap. 12. cuius verba opera pretrum erit apponere. *Toranius, M. Antonio iam trismiro, eximios forma pueros, alterum in Asia genitum, alterum trans Alpes, vt geminos vendidit, tanta unitas erat.* Postquam deinde sermone puerorum detecta fraude, à furente increpitus Antonio est, inter alia magnitudinem ptytj conquerente. (nam ducentis mercatus erat secessit.) Respondit versutus ingenij mango, ob id ipsum se tantis vendidisse, quoniam non esset mira similitudo in yllis, eodem viro editis: diuersarum quidem gentium natales tam concordi figura reperiri, super omnem esse taxationem. Adeoque tempestivam admirationem intulit, vt ille proscriptor animus modò & contumelia furens, non aliud in censu magis ex fortuna sua duceret.

AD EPIGR. LXXXIX.

EST aliud scomma in Phœbum de quo sup.lib. 2. epi. 87. qui vultum veluti nitentis semper habebat, cui suadet vt lactucis & maluis, quæ ventrem mouere solent, vtatur. Sæpius, ne faciem habeat durum cacantis, quod assequetur cacando. Similis iocus est apud Sueton. in Vespasio, cap. 20. *Statura fuit quadrata, compactis firmisque membris, vultu velut nitenti.* Unde quidam urbanorum non infaciè quidem petenti, vt & in se aliquid disce-

ret, dicam (inquit) cùm ventre exonerare desieris.

* *V TERE lactucis.] viriles esse lactucas ad molliendum ventrem, con-*
stat ex Medicis, & ex epi. 33. lib. 11.

Prima tibi dabatur ventri lactuca monendo CA Vtilis.

Et ex Horat. lib. epod. od. 2. — & grani

Malax salubres corpori.

quas lib. r. carm. od. 31. leues vocat, quod valeant exinanire & leuare ven-
trems.

* *E T mollibus vtere malum.] molles appellavit ex etymo, dicuntur enim*
ἀμαλάχος, id est mollis. Vnde apud Hispan. maritima vrbis amenissima &
mollissima Malaca, vulgo Malaga.

A D E P I G R. X C.

PAradoxon est in Gallam deformem, for te & anum, que volebat fu-
tui, nec dare aliquid pro pretio volebat: & est lusus similis lib. 7. epig.
 74. *Vis fuit gratis, cum sis deformis anus, sic,*

Res perridicula est vis dare, nec dare vis.

Habet autem miram elegantiam quater repetitum vocabulum, *vult*, &
 additum ad finem verbum, *velit*.

A D E P I G R. X C I.

FAcetam continet hoc epigramma narrationem, de sene Misitio, qui
 errore quodam à Cybeles sacerdotibus exectus est, dum putant se
 Achillam formosum puerum, qui vna cum sene iacebat in lecto, excin-
 dere.

* *H v i c comes hærebat dominis fugitiuus Achillus.] alij legunt, Achilles, &*
 Duza formosos pueros à poculis sic nominatos docet ex Luciano. Sed
 ego existimo nihil mutandum: Nam *Achillas* nomen serui etiam ex lib.
 7. epi. 56. esse constat. Neque intelligas hunc puerum fuisse huius Misitio
 seruum, sed alterius domini fugitiuum hæsisse huic comitem.

* *H o c steriles sensere viri.] steriles viros castratos appellat, vt ep. 9. lib. 9.*
No faceret steriles seu libido viros. & Catullus in Aty.

Egō Deūm monstra & Cybeles famula ferar

Ego Mammās, ego mei pars, ego ver sterilis ero?

* *C O N T I N V O ferrum noxia turbā rapit.] ferrum posuit per synecdochē*
 pro Samia testa, qua euirabantur Galli, vt dictum est, sup. ep. 80.

* *N A M Q V E puer pluteo vindice tutus erat.] Ex hoc loco videor mihi col-
 ligere cubiculares lectos ab una parte, anteriori aut posteriori, pluteum
 habuisse, qui eam partem lecti veluti sepifet, relicta alia cum sola spon-
 da, vt ingressus & ascensus facilis esset: Nam versu præcedenti:*

Exciduntque senem, sponda qui parte iacebat.

Erant igitur duæ in lecto partes, altera spondæ, altera plutei. Hic puer
 dixit Gallis, se iacere ad partem spondæ, cum ad plutei partem iacere es-
 set solitus, qua parte ipse pluteo tutus erat ab illorum incursu.

S V P P O S I T A M , &c.] notissima fabula Iphigenia: Agamemnonis filia in Aulide, quam adducit pro exemplo. In eo enim sacrificio rapta fuit Iphigenia à Diana, & eius loco supposita cerua, quam Græci dices pro Iphigenia immolarunt. At verò in hoc tumultu pro puerō senis mentula supposita est, quam Galli veluti macstauerunt. Petrus Crinitus lib.19. de honesta disciplina, cap.8. contendit pro voce puerō, supponendam *ceruo*, quem sequitur Mellerius Palmerinus in Spicilegijs sub principio: quod *ceruos* appellarent veteres *fugitiuos seruos*, vt constat ex Festo in voce Seruorum dies. *Seruorum*, inquit, dies festus vulgo existimatur *Idus Augstii*, quod eo die Seruius Tullius natus serua, & dem Diana dedicauerit in Auentino, cuius tutela sunt cerui, à quorum celeritate *fugitiuos vocent seruos*. Sed ego nihil mutarem, cum pro virgine dicat ceruam suppositam, & pro puerō suppositam mentulam.

AD EPIGR. XCII.

EST iam explicatum epigramma hoc sup.lib.i.ep.69. in verb. vna. sed interpunctio quæ clariorem reddit sensum, sic est mutanda.

Vt patiar mox hunc rogat vxor Galle, sed vnum:

Huic ego non oculos, ceruo Gallo duos?

est enim iocus in antithesi, ab uno ad duos, & postrema verba minantis sunt, vt diximus suprà ad lib.i. ep. 93. ibi. *sed fodiam, qui superest, oculum.*

AD EPIGR. XCIII.

EST inuestiuia in Vetustinam quamdam, cuius nomen à vetustate deducit, quæ in extrema senectute virum quarebat. Estque totum epigramma hyperbolicum, vt moris est huic Poëtae.

1 C y m tibi trecentis Consules,] Est hyperbole, qua significatur vel trecentos habere annos, vel saltē centum quinquaginta, cum singulis annis par Consulum crearetur.

2 E t tres capilli.] de hac hyperbole dictum est sup. lib.i.ep.20. & lib.2. ep.41. quibus adde distichon ex lib.12. epi.7.

Toto verice quot gerit capillos,

Annos si tot habet Ligia, trima est.

3 R V G O S I O R E M cum geras stola frontem.] Notandus est dicendi modus, gerere frontem, & gerere mammas. Quod rarum est apud Latinos: Hispanimus autem apud nos frequentissimus est: *llena buena cara ó mala, llena buen cuerpo ó malo.* à quo verbo faciem & vultum vocamus, *gesto*, quod geratur.

4 C y m comparata, &c.] Est mira hyperbole, cum Vetustina rictum inserviat, crocodilo verò si cum ea conferatur esse os, & idem angustū, cum contra sit, vt foeminæ os, Crocodili rictus dicatur.

5 M E L I V S Q V E rana garriant Rauennæ,] de stagnis Rauennæ, quæ ramis abundabant, diximus sup.epi.56. & 57. & hic lege Sidonij verba li. 1. epist.8. *Ita tamen, inquit, quod te Rauenna felicius exultantem, auribus Palano tulice perfoſsis, municipalium ranarum loquax turba circumſlit.*

6 E t illud oleas quod viri capellarum.] Periphrasis hircorum, qui graueolentiam præcipue habent in coitu: ideo dixit, *viri*. Idem est lib. 4. epi. 4. de malo Bassæ odore dixit olere:

Quod pressa piger hircus in capella.

& lib. 7. ep. 93. de male olente Thaide ait:

Non ab amore recens hircus, non ora leoni.

hæc autem periphrasis desumpta est ex Virgilio, ecloga 7.

Vir gregis ipse caper deerrauerat.

Quod Horatius aliter expressit lib. i. carm. ode 17.

Impune tutum per nemus arbitos

Querunt latentes, & thyma deuiae

Olenies vxores mariti.

Quod imitatus Noster lib. 14. ep. 140. de odoribus Cilicijs, inquit.

Non bos lana dedit, sed olenies barba mariti,

Cynibio poterit planta latere finu.

Hinc alarum in homine foetor, caper, tum, hircus dicitur, & Græcè πάρος.

Catullus in Rufum epi. 70.

Ladit te quadam mala Fabulla, qua tibi fertur

Valle sub alarum trux habitare caper.

& Horat. ode 12. epodon: — namque sagacius unus

Polypus an gravis hirsutis cubet hircus in aliis.

& Noster lib. 11. ep. 23.

Inde Tragus celerisque pilii mirandaque matri Barba.

quem teturum odorem eleganti periphrasi appellauit etiam hircum Ouidius, de arte amandi lib. 1. vers. 524. his verbis:

Nec ladat nares virque paraque gregis.

Vnde hircosus dicebatur, qui alarum foetore offendebat nares, cuius vocabuli mentio est apud Vlp. in l. qui clavum, 12. §. vltimo. II. de ædilit. edito. *Is, cuius os oleat*, inquit, *an sanus sit, quæsum est.* Trebatius ait non esse morbosum, os alicui oleare, veluti hircosum, strabonem: hoc enim ex illuie oris accidere soleat. &c. qui locus male torsit doctissimos quosque nostri seculi viros, Cuiacium in primis, qui lib. 11. obser. cap. 10. existimat hircosum eum esse, cui os male oleat, id que probat ex Nostro, lib. 12. ep. 59.

— *te pilosus* *Hircoso premit osculo colonus.*

& ex Plauto in Mercatore scen. Adducam:

Iam plenus etatis, animaque foetida senex *Hircosus.*

Deinde male hominem habet *τὸ Strabonem*, & ingeniose emendat scabrenem, vt sit, qui gingiuas & dentes alluuie scabros & spurcos habet. eius etiam discipulus Ioseph. Scalig. collectaneis in Varron. ad lib. 6. *ἀραγεῖται* *βύτων*, vt ipse ait, legit. *Vt lurcosum, raponem*, & interpretatur raponem *ἀραγεῖται* adducitque Varronis locum hunc: *Cum hic rapo umbram quoque spei denoras* set. postea dicit hircosum etiam defendi posse, effeque eum, cui ex fœda & detestabilibidine os oleat, eiusti modi enim vocabantur hirci, vt Catullus ep. 38. *Salax taberna. & putare ceteros hircos.*

& in dicto Atellanæ Tiberio obiecto apud Suetonium, cap. II. III. *Hircus velutus naturam capreis ligurit.*

Hac interpretatione adeò sibi placet Scaliger, vt non satis dignè se expediisse Cuiacium dicat. Ego vero, utriusque pace dixerim, multo alter sentio accipiendum esse Trebatij dictum. Primum credibile non est adeò absurdè dictum IC. loquutum fuisse, vt cum oris fætorem morbum non esse affirmaret, non magis quam alium fætorem corporis, exemplum in eadem parte corporis, hoc est, in ore, posuerit. Esset enim inepta ratio, & nugatoria respondisse Trebatium oris fætorem non magis morbum esse, quam oris fætorem. Itaque ambo hi magni viri lapsi sunt hac in re. nam Trebatius dixit non magis morbum censem, oris graueolentiam, quam alarum, nec morbosum magis existimari debere eum, cui os oleat, quam hircosum. deinde adductæ auctoritates ad probandum hircosum dici de ore, non probat: Nam apud nostrum;

— te pilosus

Hircoso premat osculo colonus.

Illud hircoso ore, vel dictum est, quod pilosus esset, vel quod male oleret ei os, & per metonymiam alarum odor, ad oris odorem transfertur eo loco. & in loco Plauti duo vitia diuersa notantur in Sene, quod illi anima fœtida sit, & quod grauiter ei oleant axillæ. Catulli locus, quem adducit Scalig. non id probat; nam per contemnum hircos appellabant fellatores, vt patet ex loco Atellanæ supra adducto. Est enim ea natura hirci, vt capris naturam lambat. quid? quod hirsutos hircos, vel capras appellabant. & apud Suetonium, vbi extat versus Atellanæ supra adductus, accommodatum est hirci nomen ob hanc causam Tiberio. Inquit enim Suet. *Obscenitate oris, hirsuto atque olido seni clare exprobrata.* Et coram Caligula, vt idem scribit, cap. 50. *quod hirsutus esset, quacumque de canfa capram nominare criminosum, & exitiale habebatur.* Itaque retineo apud IC. vocem illam, *Hircosum*, in ea, quam dixi significatione. Ad scrupulum accedo, quem iniecit vox illa, *Strabonem*. Et primum dicere possum Trebatium voluisse ex re manifesta ostendere rem non adeo manifestam: nam cum dubium nemini esse posset, quin Strabo morbosus non esset, dixit non magis eum, cui os oleat, morbosum esse, quam Strabonem: forte, quod existimat in hircoso non satis esse probatum: nam cum uterque odor ex non bona corporis habitudine proueniat, posset aliquis dubitare an verum esset hircosum morbosum non esse. Ideo ad maiorem probationem, rem adiunxit in qua nulla subesse posset dubitatio, & addidit Strabonem. apud Iurisconsultos enim diuersa vitia coniungi non est insolēs, vt in L. ob quæ. 4. §. item aleatores, & L. idem 10. §. fin. dicto Hor. de ædilit. edicto. Sed si fas esset sacrosanctam nostris iure consultis Florentinorum Pandectarum fidem in dubium quacumque ratione vocare, dicerem profecto non Strabonem, glossema ab aliquo sciendo in ora libri adscriptum, quod postea in Trebatij verba

nullo iure, vt fere sit, inuasit. Sed quid fuerit sequutus sciolus ille scho-
liaстes, fortè non liquebit omnibus, aperiam paucis. Hirco sum ille exi-
stimauit etum esse, qui distortis oculorum pupillis, & in angulum ocu-
lorum compressis intuetur: ab hirquis, id est, angulis oculorum inte-
rioribus, qua mente interpretantur multi illud Virgilianum, eclog. 3.

Noximus & qui te transuersa tuenibus hirquas.

Sic enim legunt, qui id sequuntur, potius quam *hircas*, vel existimauit
deductum nomen ab hirco animali, quod præ libidine cōtorquere ocu-
los solat, vnde Græci, της αγαδικης οικομηνης, distorto intueri, quo vicio qui
laborant Strabones Latinè dicuntur. Vnde natum est glossema illud.
Sed ego in hac acceptione *hircosi* nomen nūquam legi, nisi apud Lexico-
graphum Iurisconsultum, qui hanc eandem legem in testimonium
adducit.

7 *Et anatis habeas vropygium macra.*] legendum ὁρπόνιον, de quo nomi-
ne multa dicit hoc loco Merula. Est autem extremitas illa vertebræ po-
dici proxima. Hispani vocamus, *obifillo*: quod mitra Episcopalis figu-
ram quodammodo habeat. In macris autibus eminentior est illa pars,
in pinguis, sebo & pinguedine rotundatur. In viris summa defor-
mitas: inde quæstus iocus, sup. ep. 98.

sit culus tibi quam macer, requiris?

Pedicare potes, Sabelle, culo.

quasi diceret, adeò macer es, vt tibi ὁρπόνιον, tanquam mentula emineat,
quod posses pædicare, & etiam in feminis summum vitium erat, has *de-
pugos* vocabant. Horat. lib. 1. sat. 2. — veram

Depugus nasuta, brevis latere, ac pede longo est.

at vero è contrario κεντητος, quæ pulcris natibus erant magnificabant,
de quibus Athenæus, lib. 12. hæ namque, cùm nullam nubendi spem
haberent, vt indotatae, & pauperes, non alia de caussa splendide fuere
collocatae, quam quod κεντητος habitæ, & repertæ.

8 *SENEM QVE Cynicum vincat osseus cunnus.*] Osseum cunnum appellat,
quod præ macie totius corporis vix ossibus hæreat. Comparat deinde
deformitatem eius Cynico seni, de quo inf. lib. 4. ep. 53.

Cum baculo peraque senem, cui cana patrisque

Stat coma & in pectus sordida barba cadit.

quæ omnia Vetustinæ barathro accommodari possunt. Vetus ap-
pellat cunnum, etiam lib. 10. ep. 90.

Quid velis vetulum Ligella cunnum.

cunum etiam dicit, sup. ep. 34. lib. 2.

Praestatur cano tanta indulgentia cunno.

9 *CVM telucerna, &c.*] vilissima scorta in monumentis prostigeban-
tur, vt sup. dictum est, lib. 1. ep. 35. hæ ad balnea quæstus causa se confe-
rebant, vt constat ex Lampridio & Ammiano Marcellino adductis
hoc loco ab Heraldo. Hæc igitur vetula, corrupto donis balneatore,

admittebatur inter hæc bustuaria scorta extincta lucerna, ne posset internosci.

10 C v m bruma mensē sit tibi per Augustum.] extinctum iam omnino naturalem huius vetulæ calorem per hanc hyperbolem significat: nam eum Augusto mense caloribus æstuemus, ipsi bruma erat, quæ quidem mense Decembri est, vt lib. 7. ep. 94.

Bruma est, & riget horridus Decembrys.

11 R E G E L A R E nec te pestilentia possit.] pestis ardentissimus morbus est: apud Medicos satis notum, vnde Arnobius lib. 1. contra gentes, ait: *Pestilentie contagia vrunt genus humanum.* Senes autem cum pigri sint, minus hoc morbo afflantur. Docet Plini. libr. 7. capit. 50. *Senes minimè sentire pestilentiam.* Est ergo hyperbole ad summam Vetustinæ frigiditatem notandam, quod nec pestilentia ipsa possit ipsam regelare. Est autem dicendi modus desumptus à Seneca, epist. V. à communib. 68. *Iam alas mea contenta est suo frigore, vix media regelatur aestate.* vtitur eodem verbo Columella, lib. 1. de re rust. cap. 5. vide quæ diximus sup. epigr. 65.

12 G A V D E S ducentas nuptum ire post mortes.] in veteribus est, audes. Quod si sequaris, apta erit Iunij conjectura, qui legit, *nupturire ducentas mortes.* hyperbolice dixit, sed lib. 9. ep. 16. vero numero Chloe

Inscriptis tumulo, septem celebrata virorum

Se fecisse Chloe.

& Iuuenal is, sat. 6. vers. 228.

Sic crescit numerus, sic fiunt octo mariti

Quinque per Autumnos, titulo, res digna sepulchris.

13 S T E R N A T V R Acoride triclinio lectus.] corruptus est Senarius hic, emendatus olim à Scaligero in Ausonianis lectionibus, lib. 2. cap. 4. qui legit: *Sternatur à Coriole clinico lectus.* quam lectionem veram puto: quid enim ibi faceret triclinium? Sed Scaliger non explicat quid hoc loco *clini*cus sit. Est enim Vespollo, quem irrigoriè clinicum vocat, vt sup. lib. 1. ep. 31. *Chirurgus fuerat nunc est Vespollo Diaulus,*

Cœpit quo poterat clinicus esse modo.

vide ibi quæ notauiimus.

Comparat autem genialem lectum cum funerali: quemadmodum nupiales tadas infrà cum facibus mortuorum; vt sit lensus, Tibi nubere volenti non genialis lectus, sed feretrū vel sandapila paranda est, imò lectus ubi mortui in atriis, pedibus ad fores porrectis locabantur, vt inde simul cum ipso lecto efferrentur & cremarentur. de quo est ep. 97. li. 10.

Iam scroba, iam lecto, iam pollinctorie parato.

& Persius, sat. 3. versu 103.

— tandemque beatulus also

Compositus lecto, crassisque lutatus amomis,

In portam rigidos calcis extendit; at illum

Hesterni capite induito subiere Quirites.

& Tibull. el. i. lib. i.

Flebis & arsuro positum me Delia lecto,

Tristibus & lacrymis oscula mixta dabis.

vbi nota illa verba, arsuro lecto. & Propertius, lib. 2.

Nec mea tunc longa spaciatur imagine pompa,

Nec tuba sit fai vana querela mei.

Nec mibi tunc fulico sternatur lectus eburno,

Nec sit in Attalico mors mea nixa toro.

14 THALASSIONEM qui tuum dices solus.] de Thalassione iam sup. dictum est, lib. i. ep. 36. Solus autem dixit, quod Thalassio solebat dici à multis: Solus vero Vespillo aptus erat, qui id carmen caneret Vetus stinæ.

15 VSTORQVE *tedas præferat nouæ nuptæ.]* vstores sunt pyram, in quibus mortui cremabantur, ædificatores, & qui cœdauerat in vstrinam coniciebant, ut cremarentur, & silicennium silicernium, hoc est, feralem cœnam custodiebant à pauperibus & mendicis, qui eas dapes in rogium coniectas semivstulatas sibi solebant rapere; ut constat ex scommate Catulliano in Rufam quamdam, epigr. 60.

— *Sepe quam in sepulchreis*

Vidistis ipso rapere de rogo cœnam.

Cum deuolutum exigne prosequens panem,

A semiraso sonderetur vstore.

Vbi vides vstoris nomen usurpatum à Catullo. Cum igitur nouis nuptis tedæ præferrentur, ait conueniens esse, ut huic vetulæ tedas prælucat vstor, quæ tedæ faces essent rogi. Vnde quasi se explicans subiungit continuò: *Intrare in istum sola fax potest cunnum.* quod fax mortuorum esset, quamvis aliquando pro nuptiali teda hoc nomine vtantur scriptores.

AD EPIGR. XCIII.

SComma in Rufum auatum, qui dum dapes ab vna in aliam cœnam seruare volebat, caussatur coqui negligentiam, qui crudas exhibuit, set mensæ poscebatque ad eum verberandum flagella. Dicit malle hunc coquum flagellis scindere, quam leporem cultro. Quod epigramma iam sup. epigr. 13. explicatum est.

AD EPIGR. XCIV.

NÆuoli cuiusdam superbum fastum & arrogantiam increpat, qui semper expectabat, dum à Martiale salutaretur, nec ipse prior salutabat vñquam. Comparat in multis vtrumque, & ostendit nulla in re se Næuolo esse inferiorem, sola mollitie & turpitudine fatetur eum priorem esse.

I *SED reddis Næuole semper.]* priorem salutare confitentis erat se inferiorem esse salutato: Reddere autem, *Aue*, vel resalutare, erat officium superioris. Itaque lib. 10. ep. 70.

Nunc resalutantes video nocturnus amicos, inquit, ubi, resalutantes amicos intelligo potentes & fastuosos, qui expectabant dum salutarentur; ut rediderent aue. quos nocturnus videbat, quod mane aliis detentus occupationibus non vidisset. Domini etiam comitatis vel urbaniatis causa seruos resalutabant, & per ludum vocabant dominos, lib. 5. ep. 58.

Cum voco te Dominum, noli tibi Cinna placere,

Sape etenim seruum sic resaluto meum.

Nimium vero fastuosi nec resalutabant, lib. 4. ep. 84.

Securus nullos resalutas, despicis omnes.

Et Suetonius de Nerone, cap. 37. Certe neque adueniens, neq. proficisciens quemquam osculo impertinuit, ac nec resalutatione quidem; sed vel respiciebat salutantes, vel annuebat nullo prolatore verbo. Iuuenal. sat. 3. vers. 184.

— *quid das ut Coffum aliquando salutes?*

Vt te respiciat clauso Te cinto labello?

Erat igitur officium fastosi superioris resalutare; Quamuis aliqui modestiae vel benevolentiae causa anteuerterebant salutationem, ut Philippus apud Horatium, epist. 7. lib. 1. qui Vulteum Menam praecomen prior salutauit:

— *Vulteum mane Philippus*

Vilia vendentem tunicato seruta popello,

Occupat: et saluere iubet prior.

2 *Quod prior et Curius dicere sape solet.]* per Syncdochēn Curium posuit, pro quo quis nobili & graui viro: ut Iuuenalis, sat. 1.

Qui Curios simulant et Bacchanalia vinunt.

de quo iam sup. dictum est ad ep. 25. lib. 1.

3 *PRAEMIA, &c.]* de præmiis intelligendum acceptis à Tito & Domitiano, ut sup. lib. 2. ep. 91. & 92.

4 *Non expectato dat mibi fama rogo.]* de hoc sup. dictum est, lib. 1. ep. 1.

5 *Vidit me Roma Tribunum.]* fuit Martialis Tribunus honorarius. Vnde etiam Equestris dignitas ei data: Non enim Eques fuit ex censu, ut alij, sed ex munere Tribunicio, quo qui fungebantur, intra quatuordecim gradus spectare poterant, ut legitimi & iusti Equites. Hinc subsequitur: *Et sedeo qua te suscitat Oceanus.*

Quo significat Næuolum hunc non esse Equitem Romanum, & solere suscitar ab Oceano, qui disponendis ordinibus præterat, de quo & Letatio frequentes ioci apud hunc Poëtam. *suscitandi autem vel excitandi* verbum theatrale, significat amouere à loco, in quo quis intra quatuordecim gradus sedebat, lib. 6. ep. 9.

Et quereris si te suscitat Oceanus?

& lib. 5. ep. 36. *Et suscitanti Lectione reluctatur.*

& cod. libro ep. 14.

Bis excitatus terque transtulit castra.

Sueton. in Aug. cap. 14. Cum spectaculo ludorum gregarium militem in 14. sedentem excitari iussisse.

6. Quod mihi Casare, &c.] innuit à se imperatum esse multis à Caesare ius Ciuitatis, ut Plinius impetravit multis: vt constat ex toto lib. 10. epistolarum.

7. I AM iam sic prior es Neule, vincis, Aue.] illa palilogia, iam iam, est eius, qui tandem intelligit, quod antea non intelligebat. quod Hispani imitamus eadem voce: ya ya, Sic Prior es, dixit, vbi illud sic, ad præcedentem versum refertur, sic, Quod pædicaris & ceues. Ideo prior es, id est, in anteriore loco, nam qui pædicatur, anterior est: qui pædicat posterior habet ad nates Pathici. Quare subiungit: Vincis, id est, obtines causam. Ideo ego prior te salutabo Aue: & hic est arguti Poëta sensus, quem nemo quod sciam subodoratus est quidem.

AD EPIGR. XCVI.

Gargilius quidem cunnilingus iactabat se tanquam mœchus & corruptor puellæ Martialis: interminatur ei, si prehēsus fuerit, ore ut irrumetur, quod vocem perdet & tacebit. similis iocus apud Catullum, epig. 75. in quemdam Gellium,

Quod voluit, fecit: nam quamvis irrumit ipsum,

Mine patrum, verbum non faciet patruus.

obturator enim os της γλωσσου.

1. Si te prendero.] proprio mœchorū verbo vsus est, de quo sup. l. 5. ep. 35.

AD EPIGR. XCVII.

Quod in hoc libro multis epigrammatis infestatus est Chionen fellatricem, mandat Rufo ne illa hunc librum legat; quia cum omnibus carminibus læsa, potest & ipsa lædere dentibus, cum irrumatur, vt diximus sup. ep. 82.

AD EPIGR. XCVIII.

Expli catum est sup. hoc distichum, ep. 93. ad illud

Et anatis ὄποντοι μαρα.

AD EPIGR. XCIX.

Svpra ep. 16. & ep. 58. infestatus fuerat sutorum quendam, quod Gladiatorum munus exercuisset, quem fingit subiratum fuisse Poëta ob ea scommata, quem placat hoc epigrammate: Cum dicat se non vitam eius, sed artem non tacuisse; Petiturque ut impune liceat sibi iocari, cum impunè liceat sutori iugulare, id est, dare ea munera, vbi homines iugulentur. Vide epigramma supra dicta.

AD EPIGR. C.

Miserat Poëta cursorem cum carminibus preferendis ad Rufam sex ta hora, quo tempore immodicis imbris forte velut rubebat celum. Non aliter ait mittendum fuisse librum illum, quod mala carmina digna erant, quæ aqua & spongia à tabellis delerentur, quod fieri solebat, vt lib. 4. ep. 10.

*Curre, sed instructum comitetur Punica librum
Spongia, muneribus conuenit illa meis.*

& iam diximus, sup. lib. I. ep. 6.

*I. CURSORE M.] de Cursoribus & Cursu publico: vide quæ Lipsius
collegit, epistola 59. Centuriæ singularis ad Nicolaum Micolletium.*

AD M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATVM LIB. IV.

AD EPIGRAMMA I.

*C*elebrat Natalem Domitianus diem, politissimo epigrammate,
& adiungit precationem pro vita & incolumente Imperatoris.
I. CÆSARIS alma dies.] id est, natalis, proprioque epitheto usus
est. *almus enim ab alendo dictum, & accommodatur Diis & rebus aliis,*
qua vel ad generationem, vel procreationem hominis pertinent: Sic
alma Venus & alma Ceres dicitur, non alma Pallas aut Bellona. Cum
igitur hic natalis esset dies, qui eduxit in lucem Domitianum, ideò dixit,
alma dies.

1. Et luce sacratiō illa, &c.] adulatio eo ducitur, ut præferat Domitianum
Ioui, & sacraziōrem diem natalem Domitianus dicat, quam natalem
Iouis. Tulisse autem Idam dicunt Iouem, quod à Rhea traditus Cure-
tibus fuit in monte Ida.

3. LONGA precor, &c.] duo precatur, & quod longa sit dies illa, &
quod Nestoreos annos superet Natalis Domitianus, & quod prosperè fe-
liciterque proueniat semper, velut ut nunc vel melius.

4. Hic colas Albano Tritonida cultus in auro.] hic, id est, Domitianus, de
quo loquitur. Testatur Suetonius in Domitiano, cap. 4. eum in Albano
quotannis quinquatria Mineruæ celebrasse, magnificosque ludos Thea-
trales, & Scenicos, insuper Oratorum ac Poetarum certamina ibi edi-
disse. Loco illius vocis, *cultus*, est in veteribus, *mulus*; quod probo ma-
gis. Erat enim Domitianus occupatus eo tempore in coronandis victo-
ribus aureis coronis. Probatur id ex Papinio, lib. 3. syluarum, in poë-
mate ultimo ad Claudiam vxorem:

— ter me vidisti Albana forentem

Dona comes, sanctoq. indutum Cesaris auro. Nam cum Ludorum
victoribus coronæ ex Lauri, oleæ, vel quercus, vel alias arboris foliis da-
rentur. Crassus diues, ut testatur Plin. I. libri 21. cap. 3. *primus argento, auro-*
que folia imitatus, Ludis suis coronas dedit. qui mos ab hac origine man-
uit in posteros. De patre huius Imperatoris scribit Sueton. cap. 19. hæc.
Apollinari tragœdo quadringena; Terpio, Diodoroque Citbarœdis ducenta, nonnullas

centena, quibus minimum quadragena sestertia, super plurimis coronas aureas dedit.
Idem faciebant Prætores per Ludos, ex quo more quæsitus Poëta iocus,
1.8. ep. 33. *De Pratoricia folium mihi, Panle, corona.*

Mittis, & hoc phiale nomen habere iubes.

Vnde veriorem iudicalectionem vulgatam, *in auro*, quam eam, quæ nobis ab aliquibus obtruditur, *in arvo*. Esetque durum vocare aruum Albanum montem illum. Sicque interpretor, *Multus*, id est, assiduus & totus, in illa re colat Mineruam,

P E R Q V E manus tantas plurima quercus eat.] Notum est quernam coronam ciuicam esse, quam per adulacionem primùm concederunt Augusto, quod ciues vniuersos seruauisset. Est in nūmis eius cum inscriptio-ne intra coronam ipsam, *O B C I V E S S E R V A T O S*, quam pro fori-bus positam fuisse Augusto docet Dion. . . . & Ouid. 2. Metamorph.

Postibus Augustis eadem fidissima custos.

Ante fores statibz medianaque tuebere quercum. Quod Tiberius re-cusauit, teste Tranquillo in eius vita, cap. 26. *Prænomen quoque Imperatoris cognomenque patris patriæ, & ciuicam in vestibulo coronam recusauit.*

Hac modestia vñi non sunt pessimi alij Cæsares, in quorum nummis, vt in Augusti, cernitur hæc querna corona. Plin. lib. 16. cap. 4. *Hinc ciuice corone, militum virtutis insigne clarissimum: Iampridem vero & Clementia Imperatorum, postquam ciuilium bellorum profanatione, meritum cepit videri ciuem non occidere.* In Augusto forte fuit ratio: in ceteris Imperatoribus idem pre-stitit adulatio: Itaq. optat vt hic honor sapissime tribuatur Domitiano, qui iam aliquoties tributus fuerat, vt lib. 8. ep. vlt.

Non quercus te sola decet, nec laurea Phæbi:

Fiat & ex bedera ciuica nostra tibi.

Sed ego in hanc sententiam inclino, vt hic locus non de Domitiani ciuica intelligatur, sed de quernis coronis, quas ipse victoribus in certamine quinquennali Capitolino Ioui instituto largiebatur. Est ea insti-tutio apud Tranquillum in eius vita, cap. 4. *Instituit & quinquennale cer-tamen Capitolino Ioui triplex: Musicum, Equestre, Gymnicum & aliquanto plurimum, quam nunc est, coronatorum.* Quo in certamine querna dabatur corona, ex arbore scilicet Ioui dicata. Hanc consecutus est Colinus quidam, ad quem inf. est epig. 54.

O cui Tarpeias licuit contingere quercus,

Et meritas prima cingere fronde comas.

apud Iuuenalem, sat. 6. versu 383.

Quadam de numero Lamiarum & nominis Appi,

Et farre & Vino Ianum, Vestamque rogabat:

An Capitolinam deberet Pollio quercum.

Sperare, & fidibus promittere.

Et eò magis adducor, vt credam hanc veriorem esse interpretationem, quod præcedenti versu optat, vt *Quinquatria Mineruæ in Albano*

monte sæpius ab Imperatore celebrentur. in hoc autem vt quinquen-
nale hoc certamen. Illa verò verba, *Perque manus tantas, non videntur pos-
se ad ciuicam D'omitiani coronam referri:* hæc enim non manibus, sed
capite tenebatur.

6 *Hic colat ingenti redeuntia secula lufstro.*] de ludiis secularibus intelligit,
quos Domitianus exhibuit, vt docet Sueton. cap. 4. Consulatu 14. anno
vrbis conditæ 841. non habita ratione eorum, quos Claudioſ celebra-
uerat, 63. vel 64. ann. pōſt ſeculareſ Auguſti, anno ab vrbē condita 800.
quos quidem anteuerterat Claudioſ, vt docet Suetonius ca. 21. iſtrifa vo-
ce præconis inuitantis more ſolemni ad ludoſ, quos nec ſpectaſſet quiſ,
nec ſpectaturuſ eſſet. Cum multi ſuperereſſent adhuc qui ſpectauerant, &
histrioneſ etiam producerentur, qui produc̄ti fuerant ſeculareſ Auguſti, vt refert Pli.lib.7.cap.48. Sed habita ratione eorum quos exhibuit
Aug. anno ab vrbē condita 736. Itaque Domitianuſ ludi Claudioi non
fuere ſeculareſ: vnde ep. 63. l. 10. de matrona nobili lögæua in illo verſu:

Bis mea Romano ſpectata eſt vita Tarento.

perperam interpretantur docti viri Politianus, Beroaldus, Onuphrius
Panuinus ex libello de ludiis ſeculareſ: Heraldus & Raderus qui exi-
ſtimant hanc matronam ſeculareſ Claudioſ ludoſ & D'omitiani ſpectaſſe,
inter quoſ tantum interfuerē 41. anni. Quipoteraſt hoc in epitaphio
a Martiale, tanquam pro miraculo celebrari, quod quadraginta & vnum
annoſ expleuiſſet? Prætereā quomodo credemus Poëtam, qui pōne to-
tuſ eſt in Domitianuſ adulatione Claudioſ ſeculareſ ludoſ voluisse pro ſe-
culareſ accipi, cum id non poſſet non offendere Domitianuſ, qui e-
oſ abolitoſ omnino voluit? Lipsius etiam nescio quid comminiſciſtur,
& emendandum putat, loco *in vita, vita.* cent. 3. epift. 26. ad Valentem A-
cidalium. vt haec matrona glorietur ſe tot illoſ annoſ nuptā, & in thea-
triſ vittam ſuam, maritarum inſigne, ſpectatam. Intellige ergo haec ma-
tronam vixiſſe 105. annoſ, qui interfuerunt inter Auguſti ſeculareſ, &
ſeculareſ D'omitiani ad minimum, & eō amplius: Ideo non dixit Mar-
tialis haec matronam ſpectauiſſe vtroſque ludoſ, ſed vitam eius ſpecta-
tam fuuiſſe in vtrisque. Potuit enim ludi Auguſti recens nata in cuniſ
eſſe, & ludi D'omitiani vltima iam ſeneccetū confecta. Illud autem, *in-
geni luſtro,* referendum eſt ad verbum, *colat.* Dixit autem, *Ingeni luſtro;*
quaſi annuens legitime celebratoſ eſſe ludoſ, ſumta annoſ compu-
tatione a ſeculareſ Auguſti, non a festinatione Claudioi: nam ab eo té-
pore non eſſet luſtrum ingens. Luſtri autem nomine uſu eſt, quod D'omi-
tianus censor fuerit, vt teſtatur Suetonius cap. 8. & diximus iam ſup.
epigr. 5. & censor luſtrum condebat, vt omnia verba adulationi accom-
modentur.

7 *E t qua Romuleus ſacra Terentius habet.*] fiebant ſacra ad aram Ditis, in
Tarenti ludiſ ipsiſ ſeculareſ de qua ara latiſſime Val. Max. lib. 2. cap. 4:
& diximus lib. 1. epig. 70. de toto negotio ſecularium ludoruſ ſcripſiſ.

diligentissimè Onuphrius Panuinus in appendice quadam ad Fastos Consulares.

8 MAGNA quidem superi petimus, &c.] Ex his verbis colligo petuisse, vt Domitianus iterum seculares ludos celebraret: idq; significat verbis illis *redeuntia secula*.

9 PRO tanto quæ sunt improba vota Deo?] verbo *improba* vsus in propria significatione, id est, non probata, quæ probari non possunt.

AD EPIGR. II.

LEpida narratiuncula de Horatio quodam publicos ludos nigris lacernis spectante, cum Imperator & populus omnis cum cädidis vestibus assideret: nam subito decidente niue, nigra illæ lacernæ albæ factæ sunt.

1 *Nigris munus Horatius lacernis.*] Romani togis lacernas, penulas, aliasque uestes crassis vel pluviæ vel frigoris arcendi caufsa superinducebant, vel togas mutabant, præferrim in theatro, ludorumque spectaculis ad cœli inclemantium, cum theatra (vt plurimum) absq; teeto essent & eius loco velis & carbasis tegerentur. de hoc lacernarum vsu Noster lib.5.epi.8.& lib.14.ep.37.

Amphitheatrales nos commendamur ad vsus,

Cum tegit algentes nostra lacerna togas.

Ideò Iuuenalis sa.9.vers.29.lacernas monumenta togæ vocat. Hanc uestium permutationem Domitianus in quadam Naumachia ab eo edita non permisit, vt refert Xiphilinus ex Dione in eius Imp. vita: Cuius verba à Xylandro latina facta hæc sunt, *Posthac dies festos egit, videlicet triūphales: exhibuit crebra certamina prælii peditum, ac deinde equitiū commissis in circo, tum etiam in novo quodam loco bello naualifacto, in quo non solum omnes ferè qui pugnauerant mortui sunt, sed etiam multi ex spectatoribus, propterea quod maximo imbris & vebementi tempestate repente commota, nemini permisit abiure ex spectaculo: & quanquam ipse penulam mutauit, tamen ceteros nihil mutare passus est.* Tertull.in Apologet. Lacedæmonios primos fuisse qui hoc excogitauerint his verbis scribit: *Video & theatra nec singula sati esse, nec nuda: Nam ne vel byeme voluptatis impudica frigerent, primi Lacedæmoni penulam nudis excogitarunt.* ubi illud verbum, frigerent, non communis notione posuit, cum & non cessare impudica illa spectacula, nec in fauore hominum esse desijisse significauit. frigere enim hac acceptione apud veteres vsitatum video; hinc frigus pro remissione amoris, & languore. Sic intelligendus Horatij locus lib.2.lat.1. à nemine quod sciam vique adhuc interpretatus.

— *puer ut sis*

Vitalis, metuo & maiorum ne quis amicus

Frigore te feriat.

Vnde apud Iurisconsultum in l. cum hic status 32. §. quod si diuortium.

12. II. de donat. int. vir. & vx. friguscum idem significat. verba sunt: *Quod si diuorium non intercesserit, sed friguscum, lego ut in aliis friguscum, pro-*

scitò valedit donatio, si frigus culum quicuit. Quod Græci nomine etiam Λυρός & Aduerbio Λυχπως (vulgò frigidè & ineprè) scitè exprimunt: & nos Hispani itidem bellè dicimus, *infriose*, quando dicere volumus: *no me tie-ne la voluntad que folia.* & apud Latinos refrigeratus is est, qui causam ut nō in fauore sit hominum præbet, aut patitur. Suetonius in Claudio cap. 41. Historiam in adolescentia hortante T. Liuio: Sulpicio verd, Placco etiam adiunante scribere aggressus est, & cum primum auditorio commississet, agre perlegit refrigeratus sapè à semetipso, &c. vide quæ diximus ad lib. 3. ep. 25.

2. *C v m plebs & minor ordo maximusque Sancto cum duce candidus sedere.*] Vniuersum populum dicit albatum sedisse cum Imperatore, quem vocabulo idem significante Ducem appellat. Minor ordo Equestrem significat, maximus Senatorium, li. 14. ep. 137. cuius lemma Lacernæ albæ, docet in ludis theatricalibus albatos omnes sedere.

Amphibateales nos commendamus ad vñus,

Cum tegit algentes nostra lacerna togas.

Secus erat in municipiis, vbi Aedilibus solum concedebatur Iudos cum tunicis albis spectare. Iuuenal. sat. 3. versu 177.

Aequales habitus illuc, similemque videbis

Orichetram, & populum clavi velamen honoris.

Sufficiunt tunica summis Aedilibus albae.

A D E P I G R. III.

D E iisdem niibus est hoc epigramma, vbi laudat Domitianus constātiam, qui decidente niue immoto vultu ludos spectaret, & vltimò dicit se suspicari has niues immitti à puerō Cæsare ab æthere.

1. *A D S P I C E quād densum tacitarum vellus aquarum.*] vellus aquarum dicit à similitudine; nam nix assimilatur velleri: Ideo à veteribus Græcis per periphrasis ἵπιαδες ὑδωρ vocabatur nix, id est, aqua lanata, testatur id doctissimus Eustathius ad Dionysium his verbis. τὸν χόρα ἵπιαδες ὑδωρ ἀστέρων οἱ παλαιοὶ φασι τὸ σφράγιον βασιλέως Δασίδα ἀφορεύν ἐν δόσεις αὐλῶν, οἱ εἰπη, διδότες χόρα αὐτὴν δοὺς ἐποι. id est, eleganter veteres niuem lanatam aquam dicunt, præbente ipsi occasionem sapiens rex David, cum dicit, *Qui dat niuem sicut lanam.* Tacitas aquas dixit, vt infra, siccas.

2. *I N D V L G E T tamen ille Ioni.*] Ioui tribuuntur quæcunque in media aëris regione gignuntur & decidunt, & Domitianus vt Ioui sacrificatur, perfistebat immotus ad niuis lapsum.

3. *C O N C R E T A s pigro frigore ridet aquas.*] Suetonius in vita Domitiani cap. 4. Edidit, inquit, nauales pugnas pœnè instarum classium effuso & circumducto iuxta Tiberim lacu, atque inter maximos imbres prospectauit. Ex quo loci colligunt Domitus & Raderus niuem hanc decidisse in Naumachia, sed non certo colligunt, nam de niue non dicuntur imbres.

4. *S I D V S Hyperborei solitus lassare Boota.*] quod Domitianus, vt Suetonius testatur, in Germania contra Cattos, & postea contra Sarmatas ac Dacos pœnè puer depugnauerat, & ibi didicerat frigus tolerare.

quod eleganti Metonymia dixit, *lassare Booten*. id est, contra eius vim durare.

5. Et madidis *Helicem dissimulare comis.*] id est, præ se ferre non commoueri frigoribus, & imbribus Septentrionalibus. *Helix* enim vrsæ maior est. De verbo *dissimulandi*, vide plura, ad lib. spectacul. epi. i.

6. SVSPICOR has pueri Cæsaris esse niues.] Innuit hoc disticho puerum Domitiani, quem tulerat ex Domitia secundo suo consulatu consecratum fuisse. quod & Papinius testatur & numorum Domitiae, quibus Diui Cæsaris mater inscribitur, & alter quem adducit Læuinus Torrentius ad cap. 3. Suetonij, in quo depicta est Domitia cum inscriptione DOMITIA AVGSTA Imper. Domitiani, & ex altera parte puer globo cœlesti insidens, & multis stellis circundatus cum inscriptione, DIVVS CÆSAR IMP. DOMITIANI F.

AD EPIGR. IV.

S Olita & familiari huic Poëta hyperbole persequitur graueolentiam Bassæ cuiusdam, idemque facit in Thaidem, lib. 6. epig. 93.

1. Quod siccæ redolet palus lacuna.] Lacuna alueus est aqua plenus, palus vero ipse alueus quamvis siccus, et si hæc confunduntur ab auctoribus. Sed hic Poëta proprietatis Latinæ diligentissimus obseruator, & custos palus, dixit, *siccæ lacuna*, id est, aliuus illa absque aqua cœnoso & viginoso solo, quod quidem vel ob animalia ibi mortua, vel ob recockutum ardore solis cœnum grauem emittit odorem.

2. CRUDARVM nebula quod Albularum.] Albula vel Albulae propæ Tyburem sulfureis aquis semper fumat, vt sup. lib. 1. ep. 13.

Canaque sulfureis Albula sumat aquis. Quæ nebulae ob sulfur male olen: Crudarum autem dixit, propterea quod illæ nebulae manè excitantur, antequam solis radijs veluti decoquantur aquæ, & matutino tempore sint veluti cruda, id est, non coctæ solis ardore: nam calor vehemens qualis meridie est, discutit nebulas illas, & etiam earum graueolentiam.

3. PISCINÆ vetus aura quod marina.] Est metalepsis in voce *vetus*, quæ accommodatur *aura*, cum conueniat *piscinæ*, id est, quod redolet aura piscinæ marinæ veteris: nam aqua marina si corrumpatur, quod crastior sit ceteris aquis, peius olet.

4. Q u o d pressa piger hircus in capella.] dictum est iam sup. lib. 3. epig. 93. piger non est perpetuum hirci epitheton, cum hirci velocissimi & inquieti sint, sed piger dixit quando diu in coitu immoratur.

5. LASSI bardiacus quod enocati.] de varietate lectionis hoc in versiculo multi multa: relictis variis & inter se discrepantibus scriptorum opinionibus, ego amplectenter vulgatam hanc lectionem: & si aliquis contenderet *Bardaci* legendum esse, non multum repugnarem: dum conster vestem esse Gallicam rudem & oleo inquinatam, qua ut sole-

bant milites ut defenserentur ab imbris & ventis: Esse autem sor-
didam probat epig. 54. lib. 1.

Sic interpositus viuis contaminat vntio

Vrbica lingonicus Tyrianthina bardocucullus.

Euocati milites erant iam emeriti, qui ad militiam ex otio illo inge-
tibus stipendiis alliciebantur in aliqua diffcili expeditione. Hi iam æta-
te prouecti & stipendiis locupletati, attentiores, ut fit, erant ad rem fa-
miliarem: ideo vestibus vrebantur ad utilitatem, potius quam ad deco-
rem, præcipue his bardaicis vel bardocucullis, quibus cum incubarent,
graui exhalabat odor. *Lassi* verò dixit ob longam militiam & proue-
ctam ætatem. Redolet igitur Bassa, quod bardacus attritus à milite e-
uocato.

6 *Q u o d bis murice vellus inquinatum.*] latè interpretati sumus hunc ver-
sum lib. 1. epi. 50. ad illud

— *olidaque vestes murice*

dibaphum appellant Græci bis tinctum, quod Horatius suo more Latini
verbis expressit lib. 2. carm. ode 16.

— *te bis Afro*

Murice sinte *Vestimenta lana.*

& in Epod. ode 12.

Muricibus Tyrris iterata vellera lana,

Cui properabant?

dibaphæ autem purpuræ originem tradidit Plinius lib. 9. cap. 41. vbi in-
quit: *Et cum confecere conchylia, transfire melius in Tyrium putant. penitentia hoc*
primum debet inuenisse artifice mutare, quod damnabat; inde ratione nata, votum quo
que factum è viuio portentosis ingenjs, & gemina demonstrata via luxuria, ut color
alius operiretur alio, suauior ita fieri leniorque dictus, & subiungit: Quin & terre-
na miscere coquere tinctum Tyrio tingere, ut fieret byssinum. Hæcque appellatur
dibapha Tyria ut idem inquit cap. 39. eiusdem libri. Murice autem in-
quinatum est Tyrio tinctum. Virgil. 4. Æneid.

— *Tyrioque ardebat murice lana*

Demissa ex humeris. & Tibullus,

Nec qua de Tyrio murice lana rubet.

Ex quibus collige dibaphum fieri solitum vel ex ipso murice iterato, vel
ex conchylio, & murice, vel ex coco, & murice, ita ut semper posterior
tinctura esset ex murice Tyrio. Vnde graueolentia illa, de qua dicto epi-
grammate.

7 *Q u o d ieiunia sabbatariorum,*] ob ieiunium hominis anhelitum male
olere notissimum est, vel ex Græco prouerbio, *vselas ὄσην.* vnde intelli-
gere poteris amplificationem, quam addit Poëta, lib. 11. epi. 9. vbi grati-
simum basiorum pueri sui odorem cum multis rebus fragrantissimis
comparasset, subiungit:

Hoc fragrant pueri basia manè mei.

Erat enim mirum ieiunum puerum eum odorem spirare. & Quid. lib. 3.
de arte amandi vers. 277. monet ne fœmina, quæ fœtidum oris haberet
dorem, loquatur manè, alias dibaphum virus emitteret:

Cui grauis inquit, odor, nunquam ieiuna loquatur,

Et semper spatio distet ab ore viri.

Sabbatariorum nomine, Iudæos intelligit, qui religiosius quam reliqua gentes ieiunia obseruabant, & quod Sabbathum colerent Sabbatarij dicti sunt. Eratque persuasum antiquis Iudæos sua natura male olere, ideo fœtentes appellabantur. Ammianus lib. 2. Cum Marcus Imperator (inquit) Palæstinam pertransiret Aegyptum petens, fœtentium Iudæorum & tumultuantum radio percitus, &c. & Fortunatus de quingentis Iudæis à Sancto Aucto baptizatis sic canit, carm. lib. 5.

Abluitur Iudeus odor baptismate dino,

Et noua progenies reddita surgit aquis,

Vincens Ambrosios suavi spiramine rores,

Vertice perfuso christi matis efflat odor.

Ait ergo peius olere Bassam, quam anhelitum Iudæi, eiusque ieiuni.

8. M O E S T O R V M. quod anhelitus reorum.] cura & sollicitudine auocatur aliò stomachi calor, quò sit vt minus coquatur ea, quæ in stomacho sunt, vnde putris anima exit. Rei autem urgentur curis & anxietatibus.

9. Q u o d spuræ moriens lucerna Leda.] Leda synecdochicæ, pro quauis meretrice posuit: Id enim familiare est huic Poëta, vt sup. lib. 1. epi. 9.

Nec curtus Chiones Antiope sive calix. & lib. 3. epi. 8r.

Curtaque Leda sobrius bibat testa.

vbi has nominat meretrices, pro quibusunque. In Lupanari verd prostatabant meretrices ad lucernas, testis Iuuenalis sat. 6. versu 230. de Mesalina loquens lupanari domum reuertente:

Obscurisque genis turpis sumisque lucernæ.

& Horatius sat. 7 lib. 2. — acris vbi me

Natura incendit, sub clara nuda lucerna.

Quacunque exceptit turgentis verbera caudi,

Clinib' aut agitatis equum laseina supinum.

Hæ lucernæ extinctæ, quod spuræ essent, fumum è se emittebant fœtidum & pestilentem. Qui teda legi malunt, perperam faciunt; cum inauditum sit lucernam esse teda.

10. Q u o d ceromata face de Sabina.] ceroma vnguentum erat erasum, ex oleo & luto confectum, quo luctantes vngebatur: quod si ex oleo Sabino eraso fieret, male olebat. quid si ex fece vel amurca?

11. Q u o d vulpis fuga, viperæ cubile,] per metonymiam dixit fugam, pro lotio vel stercore projecto à vulpe in fuga. Notissimum enim est vulpē, cum à canibus vrgetur, excrementata ex se projcere fœtida, adeo vt solum quod contingat sterilescat, & fœtore canes à se auertat. Cubile viperæ grauiter fœtere docent viperarij.

12 M A L L E S quād quod oles olore Bassam,] Summa fætoris Bassæ amplificatio, quodd grauius oleat, quād ea omnia quæ enumerauit, neque id solum, sed quod ea ipsa eligat ea potius olere, quād quod olet.

A D E P I G R . V.

B Reuis satyra est hoc epigramma, quo lepido figmento carpit Romanos mores: singit enim Fabianum pauperem, bonum virum, verum & simplicem Romam petere. vbi non erat locus huiusmodi moribus, prædictaque ei fore ut numquam diues sit. simile est hoc epigramma superiori, 38. lib. 3. De Sexto.

1 N E C pauidos tristi voce citare reos.] id est, non potes esse præco. Nam voce præconis ad iudicium vocabantur rei, constat ex L. Diuus Antoninus 7. II. de in integrum restitut. Diuus Antoninus Martio Auito Prætori de succurrendo ei qui absens rem amiserat, in hanc sententiam rescripsit: *Etsi nihil facile matandum est ex solemnibus, tamen ubi æquitas evidens poscit, subueniendum est.* Itaque si citatus non respondit, & ob hoc more pronuntiatum est, confessim autem pro tribunali te sedente adiit: existimari potest non sua culpa, sed parum ex auditu voce præconis defuisse, ideoque restitui potest. Et ex Suetonio in Tiberio, capit. II. *Sensim itaque (inquit) regressus domum, repente cum apparitoribus prodit, citatumque pro tribunali voce præconis convittatorem rapi iubet in carcere.* Hi autem præcones homines erant perficta fronte, & fere scurrae, ut colligitur ex oratione Cicero, pro Quintio. Martialis tempore erat notissimus quidam præco nomine Liburnus, de quo epigrammate, libri 7. *præcul horridus Liburnus,* vbi horridus dixit, quod tristi voce citaret reos; eundem nominat Iuuenalis satyra 4. versu 75. *primus selunianus Liburnus.*

Currite, iam sedit.

2 N E C potes algentes arrigere ad vetulas,] vt poterat Bassus, supra, libr. 3. epigr. 76. *Arrigis ad vetulas fastidis Bassæ pueras.*

Veteratores autem & auari iuuenes solebant sollicitare vetulas diuites, ut multis in locis supra dictum est. *Algentes* dixit, quoddam pene extincto naturæ calore algeant anus, ut dixi supra de Verustina libro 3. epigram. 92. *Regelare nec te pestilenta posit.*

3 V E N D E R E nec vanos circum palatia fumos.] notissimum ex Adagio Fumos vendere.

4 P L A U D E R E nec Cano, plaudere nec Glaphyro.] Canus Choraules, cui mire placenti denarios quinque donavit Galba prolatos manu sua è peculiaribus loculis suis, scribit Suetonius in Galba cap. 12. Glaphyrus citharædus fuit, de quo Iuuenalis sat. 6. vers. 76.

*Accipis vxorem de qua citharædus Echion,
Aut Claphyrus fuit pater Ambrosiusque chorales.*

Erant autem hi citharædi & tibicines, gratissimi tempore Martialis, &
ideo ditissimi. Ideo sup.lib.3.ep.4. — poëta

Exierat, veniet cum cytharædus erit.

& lib.5.ep.57.vbi monet Lupum, ut filium faciat cytharædum aut cho-
ralem.

Fac discat cytharædus aut chorales.

5 N V M Q V A M sic Philomelus eris.] Philomelum posuit pro ditissimo,
de quo sup.lib.3.ep.31.

Plus babuit Dydimus, plus Philomelus habet.

vbi vide quæ notauimus.

A D E P I G R . VI.

MAssilianum, qui simulabat pudicitiam & castitatem, cum impro-
bus omnino esset, carpit & comparat cum quodam elegiarum re-
citatore improbissimo.

1 C R E D I virgine castior pudica.] prouerbium, *castior virgine.*

2 E t frontis teneri cupis videri.] quemadmodum procaces durae frontis
dicuntur esse, sic modesti teneræ frontis dicuntur.

3 Q V A M qui compositos metro Tibulli, &c.] Hæret hic omnibus interpre-
tibus aqua. Domitius intelligi hoc existimat de Argino formosissimo
Stellæ puero, de quo Poëta lib.7. epigram. 14. scribit, & alios ministros
Stellæ pulcherrimos comparat choro Ganymedeo, eod.libro, epigr.49.
Hunc Arginum non esse, qui recitatet Elegias, sentit Raderus. quod
videretur Martialis hoc dicto amicum Stellam suboffendere, appellans
improbos ministros suos, sed frigida est hæc refutatio: vereretur
enim magis Martialis offendere Arginum hoc dicto, quam Stellam:
nec credibile est eum, quem dicto epigrammate 14. libr.7. adèd formo-
sum depinxerit, vt Hylæ * comparari improbum appellasse *

Domitius verò non probat hunc Arginum solitum esse Stellæ carmi-
na recitate. Quare incertum omnino negotium esse existimo, & testis
verbis significatum fuisse improbum aliquem elegiarum recitatorem,
qui in domo Stellæ laxiori & auditorū capaci carmina sua legebat. So-
lebat enim fieri vt diuites domum suam recitatoribus commodarent,
vt adnotat hic Heraldus & Marcilius ad illud Persij, *Scilicet hac populo.*
fat.1. Intelligit ex hoc epigrammate Scaligerum lasciuui carminis fuisse
auctorem Tibullum, quod ambigo, & *atixorrat.*

A D E P I G R . VII.

Accusat Hylum puerum inconstantiæ, qui quod vno die dederat,
A sequenti negauit: Causabatur annos barbamq; quæ ererit
iam facere debebant eum. Hoc factum esse vna nocte ridet Poëta.

1 SED iam canffaris barbamque annosque pilosque.] barba ex pilis fit tantum natis in mento , pilorum nomine alis in locis nati pili intelliguntur, veluti sub alis,in pectine , in pectore & in podice. Sic lib. ii. epigr. 23. de masturbatore quodam,

Et faciunt digiti , præcipit ante virum.

Inde tragus, celeresque pili, mirandaque matri

Barba, nec in clara balnea luce placent.

AD EPIGR. V III.

PEtit ab Euphemio extructore mensæ Domitiani , vt sua carmina legi iubeat Imperatori commodissimo tempore , id est, hora cœnæ, cum iam coepit incalescere mero : quod vt faciat, præmittit horarum ante cœnam totius diei distributionem.

1 PRIMA salutantes atque altera continet hora.] vulgaris est locus de horis antiquorum, qui diem totum à prima luce ad noctem usque, in duodecim æquales horas partiebantur, & in totidem noctem ipsam ; quæ horæ diei ac noctis in Äquinoctiis solummodo æquales erant, inter se reliquis temporibus anni inæquales. Nam estate quando longissimi sunt dies , horæ diei longæ erant, noctis breuiores, hyeme verò contra. Est igitur prima hora per totum annum , qua incipit lucescere. Hac & secunda portabatur molestum illud Äue, de quo in multis sup. epigrammatis dictum & in plurimis seqq. dicendum. Raderus hoc loco longam collectionem afferit eorum omnium, quæ de antiquorum horis scripta sunt, quem poteris consulere.

2 SEXTA quies laſſis , septima finis erit.] de hora lauandi variae sunt scriptrorum opiniones, quibus relictis meam coniecuram apponam. Quietem à labore usurpabant non omnes hora sexta, sed tantum laſſi , qui velut interiungebant usque ad septimam , à septima in octauam hi lauabantur; quamuis in hoc epigrammate nulla lotionis mentio. Ab octaua in nonam palestritæ se exercebant, quorum exercitationi aderant frequentes spectatores usque ad nonam, qua monebantur cœnatum ire. Et hæc est ratio & distributio horarum facta hoc loco à Martiale. Sed ego existimo sextam horam, septimam, octauam & hyeme nonam in lauatione consumi à diuersis. Robustiores vel qui in palestra post modum se volebant exercere, velle curiosi palestræ spectatores ; sexta & septima lauabant, delicatores octaua, quod sexta & septima nimis balnearæ calerent: Probo id ex epigr. 48. lib. 10.

Nuntiat octauam Pharia sua turba iuuentæ,

Et pilata redit iamque subitque cobors.

Temperat hæc thermas , nimios prior hora vapores

Halat , & immodico sexta Nerone calet.

Hic tres horæ nominantur Sexta, septima, & octaua. Dices ubi septima? Septima est illa prior. Nam cum dixisset, temperat hæc termas , nō hæc significauit octauā, quam nominauerat, ratione cuius prior erit septima.

Sexta igitur Neronianæ thermae immodico calore ardent: septima halant nimios vapores: octaua temperatæ sunt, & aptæ delicatorum lotioni. quod idem dixit lib. II. ep. 53.

Octauam poseris seruare, lauabimur vna. & Plin. lib. 3. ep. 1. de Spurinna: *vbi hora*, inquit, *balinei nuntiata est*, (*Est autem hyeme nona, aestate octaua,*) *in Sole, si caret vento, ambulat nudus.* Deinde mouetur pila vehementer & diu. *vbi notandum est*, non totam horam lotione consumi, sed nuntiata ea aliquam suscipi exercitationem, vel ambulationem, vel pilæ luidum, aut aliam: post lotionem soleati quiescebant, nec exercebantur. Ideo Menogenen, lib. 12. ep. 84. irridet, qui captandæ cœnæ studio soleatus iam & lotus lapsum de puluere follem colligebat, vt diximus sup. ad lib. 3. ep. 50. Ælius Spartian. in Hadriano scribit eum Imperatorem vertuisse quemquam ante octauam lauari nisi ægrum; quod non fecisset, si horis sexta & septima prioribus lauare non solerent. Nona hora parabatur & struebatur cœna, vt vel decima vel paulò antè decimam accumberent. Ideò dixit versus sequenti,

Imperat extructos frangere nona toros.

Id est, imperat extruere, & frangere toros: *frangere autem toros*, vt diximus sup. ad lib. 2. ep. 59. est toris insidere. Est igitur nona hora veluti indictio quædam cœnæ, quæ ministros monet, vt lectos sternant, cœnamque parent. Nam post nonam erat epulandum, vt testatur vetus commentator ad Oden. 7. Horatij lib. 2. his verbis: *Romanorum consuetudis fuit, ut post nonam conuiuarentur.* ad illud

Cum quo morantem sape diem mero Fregi.

quod defumfit ex Horatio, lib. 1. epist. 7. dum inquit,

— sic ignouisse putato

Me tibi, si cœnas hodie mecum: ut liber. ergo

Post nonam venies.

& clarè probari potest ex auctore ad Herennium, lib. 4: *Itanc! cœmus*, inquit, *hostites. Frater venit ex Salerno. Ego illi obuiam pergo, vos hac decima venite.* Hostites discedunt, ille se raptim domum suam conyicit: *illi decima, quo inserviat, veniunt.* & hic noster sup. lib. 1. epig. 109. sic inquit:

Ipsa salutabo decima vel serius hora.

vbi vetus liber habet, — te sepius hora.

Ego libentius legerem: — nec serius hora.

Quod videtur magis conuenire acumini Martialis. Dicit enim se affuturum Gallo ipsa hora accumbendi, quæ decima erat, nec serius, ne cœnam perderet: quod optabat Martialis Cæciliiano, 1.8. ep. 67. cum dixit:

Mane veni potius, nam cur te quinta moretur,

Aut cur non serò Caciliane venis?

*Id est, cur non venis peracta iam cœna? Itaque Seneca, lib. de Tranquillitate vitæ, cap. vlt. de Pollione, sic ait: *Qualem Pollionem Asinum Oratorem magnum meminimus, quem nulla cur a vltra decimam retinuit.* Ne epistolas quidem*

post illam horam legebat, ne quid nouæ curæ nasceretur; sed totius dñi laßitudinem
duabus illis horis ponebat: & paulò post: Maiores quoque nostri nouam relationem
post horam decimam in Senatu fieri retabant. Ex quibus locis colligo veram
cœnandi horam decimam esse. & testatur hoc idem epigramma hoc
tetrasticho: *Hora libellorum decima est, Euphemè, meorum, &c.* adde etiam
Cicer. lib. 9. ad Pætum, epist. Accubueram hora nona, cum ad te barum exem-
plum in codicillus exarani. Hinc Isidor. lib. 20. etym. cap. 2. annonam dictam
fuisse, quasi ad nonam, his verbis: *Annona, tractum est à tempore, quo Romani*
reveres ad cibos adnocabantur. & hinc Belgæ fortè ex Noen, & Noenmael, tem-
pus prandendi, & prandium vocant. ex supra dictis Iuuenalis, sat. i. in-
temperantiam Marij exulis notans, octaua cœnare hora dixit:

Exul ab octaua Marius bibit, & fruitur Dñs

Iratia.

Et illi qui de die conuiuabantur, male audiebant, ob intemperantiā, non
spectato legitimo cœnæ tempore, vocabantque diem totum id spatiū
quod decurrebat inter diei initium & cœnam. Sic intelliges locum il-
lum Catulli, ep. 48. ad Porcium, & Socrat.

Vos conuiuia lauta sumtuosè

De die facitis.

& Horatius, ode 1. lib. 1.

Est qui nec veteris pocula Majisci,

Nec partem solidò demere de die

Spernit.

Solidum diem vocat eas horas, quæ erant ante cœnam consignatae labori-
bus & exercitationibus. Demere igitur de die solidō, est aliquid subtrahere
iustis occupationibus, idque conuiuī dare. Quod ode 7. lib. 2. appelle-
lavit, frangere diem mero.

Cum quo morantem sape diem mero Fregi.

Quod Hispani aliquatenus imitamus, cùm dicimus: *Quebrar el ayuno, &c*
Gallicè dicitur eleganter, *rompre son ieusne.* id est, edere antè legitimū
prandij tempus. Est igitur dies strictè sumptus, totum spatiū temporis
ante cœnam. Nam si hoc non ita esset, insulse doctissimus Catullus
diceret fieri ab illis de die conuiuria, cum à nullo de nocte fierent. Nam
à decima hora qua conuiuabantur, ut ostensum est, usque ad noctem,
duæ horæ intererant, ita ut omnes de die cœnarent, si diem intelliga-
mus totum lucis dici spatiū. Sic interpretor Suet. locum, cap. 21. de
Domitiano. *Quoties otium esset, ales se oblectabat, etiam profestis diebus matutin-
isque horis, ac lanabat de die.* id est, illis horis quibus necessariis occupa-
tionibus vacare debuisset & non legitimō lotioris tempore. Eadem
formula usus fuerat ante Plautus in Asinat. act. 4. Scena, Sequere hac:

Tu ergo fac ut illi turbas, lites concias

Cum suo sibi ornato vna ad amicam de die

Potare, illam expilare iam. & etiam vtitur Liuius de Annibale

luxuriā distento apud Capuam. Ceperunt, inquit, epulari de die, & conuiuum non ex more Punico, aut militari disciplinā esse. Ex his intelliges, tempestiuā conuiua, dici ea, quae legitimo tempore parabantur, & ē contra intempestiuā. Hic obiter animaduertas licet, maiorem diei & meliorem partem vocari septem horas ante decimam. Testatur id Iurisconsultus Paulus in L. vrbis 2. §. 1. II. de verb. sign. his verbis: *Cuiusque diei maior pars est horarum septem primarum dici, non supremarum.* vocatque primas horas eas, à quibus ad decimam possunt septem numerari, qualis est prima, secunda & tertia. A quibus si incipias, septem horas priores computabis ante decimam. Non autem incipiendum erat ab alia posteriori, vt à quarta vel quinta: Sic enim septem horarum spatium includere deberet cœnæ tempus, quod non erat operibus aptum, & hoc eruditissimo Virgilio non latuit, cum lib. 9. Æneid. vers. 157. dixit:

Nunc adeo melior quoniam pars acta diei:

Quod superest leti bene gestis corpora rebus,

Procurate viri;

quasi diceret: horis iam transactis, quæ operibus destinantur, curate corpora cibo & potu.

Hoc obseruauit, ne quis decipiatur, forte existimans maiorem diei partem esse, quascumque septem horas diei, qui error est in proclini: Quiuis enim dicet ex duodecim horis maiorem partem esse septem: sed hoc non ita est apud Romanos: nam si à quinta incipias numerare usque ad duodecimam, reaperte maiorem diei partem numerabis: Sed non hanc maiorem partem, quam Iurisconsultus definit; propterea quod includes in has septem horas illas, quæ cœnæ tribuuntur. Nam quamvis comparatione ad reliquas quinque maiorem diei partem efficiant, nihilominus tamen comparatione septem horarum diei primatum, quæ vacuae omnino & destinatae operibus sunt, non efficiant maiorem partem diei: & è Virgilius consultissime non maiorem partem, sed meliorem dixit diei, vt sciamus non solum maiorem partem appellari, sed etiam meliorem, ob eas, quas diximus, causas.

3. *E t bonus aetherio laxatur nectare Casar.*] Nectar ætherium per adulatio[n]em vocat vinum Domitiani. & versu præcedenti dixerat dapes ambrosias.

4. *I N G E N T I Q V E tener pocula parca manu.*] est elegans antithesis in manu ingenti, & poculis parcis. Vnde omnino rei ciendam puto veteris libri lectionem.

5. *P o c u l a parca.*] est etiam laus adulatoria Domitiani, quem parcer bibere significat.

6. *A D matutinum nostra Thalia Louem.*] elegans metonymia, *ad Louem matutinum ire*, pro matutino tempore, ne seriis rebus occupato Imperatori intempestiuè obtruderentur Poetæ Ioci. Hac enim de causa distribuit horas omnes ut dictum est.

AD EPIGR. IX.

FAbulla quædam Sotæ medici filia, deserto marito, qui cum eam pater coniunxerat, sequebatur Clytum quemdam mœchum, quem deperditè amabat & largè donabat muneribus, luxurioseque cum eo viuebat. Vtitur ioco ab ambiguo in aduerbio ἀστρατε, quod significat prodigaliter: luditque Poëta in ea voce: nam ipsa filia erat Sotæ? vnde componit vocem ἀστρατε, quæ ratione illius particulae priuatiuæ, & diluit significationem Sotæ. Itaque ἔχει ἀστρατε, est, geris te, non vt filia Sotæ: at propriè geris te, vt prodiga & luxuriosa. Patrem autem Clinicum nominauit, id est, medicum, vt sup. dictum est, ad lib. i. ep. 31. in quo pungit me mirum acumen Poëta, quod forte nullam adhuc cutem nostrorum læsit. Quod vt intelligas nota hæc quæ sequuntur. ἀστρατε Græcis est prodigus, & qui luxuriose viuendo rem suam profundit, & pecuniam dilapidat. Vtitur eo nomine Cicero 2. de finibus contra Epicurum: Nolle enim (inquit) mibi singere asotos (vt soletis) qui in mensam romant, & qui de conniuījs auferantur, &c. Cuius nominis etymon tradit Arist. initio lib. 4. Eth. ad Nicomachum, cuius verba sunt ex interpretatione Gruchij. ἀστρατε est, qui salutem suam negligens per se ipse perire: videtur autem iphus interitus quedam esse facultatum effuso, reique familiaris consumptio, quod ex ipsa vita sustentatur. Id autem dicit, quod ἀστρατε apud Græcos seruo significat. inde ἀστρατε seruator, & ἀστρατε salus. Inde Poëta Medici nomen traxit vt vocaret Sotam, & hinc acumen: filia medici ἀστρατε, id est, seruatoris, qui alios ad salutem restituit, ἔχει ἀστρατε, id est, geris te absque salute, id est, desperatè per te ipsa peris, sine remedii à patre tuo Medico adhiberi solitis. Vox enim illa hæc tria potest significare, sine patre Sota, prodigaliter, & desperata salute. Hinc petitum acumen epigrammatis 84. lib. 9. ubi huc alludere videtur Noster. Carpit Cinnam, quod luxuriose exhaustis opes; quia Astrologus ei prædixerat citè peritum, irridetque eum Martialis: nam qui sua consumit, citè perire: est enim agens.

AD EPIGR. X.

MItrit ad Faustinum recentem librum, & iubet simul cum eo spongiā deferri ad delendum vna litura totū librum, quo dicit emendari posse; Hoc autem per urbanam modestiam dictum est.

1. Nec adhuc rasa mibi fronte libellus.] de re libraria fere omnia, quæ ad librorum ornamenta pertinent, diximus sup. lib. i. ep. 67.

2. Currere sed instructum comitetur pupice librum Spongia.] sic mutauit hunc locum Iunius, cùm in veteribus legeretur,

Curre sed instructus, comitetur Pumice librum
Spongia.— Iunij lectiōniem videtur improbare pri-
mus huius epigrammatis versus:

Dum nouus est, nec adhuc rasa mibi fronte libellus.
Nam si non erat adhuc complanata frons pumice, qui poterat deinde

dicere instructum esse pumice: Quamuis conciliat Raderus non incepit instructum ire debere pumice, ut si placeret, perpoliretur, sin minus deleretur spongia. Sed mihi videtur verior antiqua lectio, quam Franciscus Modius, ep. 119. approbavit, quamvis dicat se nihil de Punico spongia legisse: cum Plin. lib. 9. cap. 45. Africas spongias, quae generantur in Syrtibus, commendet, & à Medicis preferantur ceteris ad fomenta. Est autem ex antiquo more deductum dicendi genus. Nam in tabulis & membranis scribebant, in quibus deletiles erant characteres, quos delebant vda spongia. Vnde iocus Augusti, cap. 85. apud Sueton. & Macrob. lib. 2. Saturn, cap. 4. Qui cum inchoasset Ajacem Tragœdiam, eamdemque non placitam sibi deleuisset, interroganti Lucio, quid ageret, Ajax, inquit, in spongiam incubuit. & lib. 14. epigr. 7. cuius lemma, *pugillares membranæ*:

Esse putaceras, licet hac membrana vocetur,

Delebis, quiescripta nouare voles.

nouauit namque spongia. quā etiam Mensæ tergebantur. vt lib. eodem epigr. 144. cuius lemma *Spongia*:

Hæc tibi sorte datur tergendis spongia mensis

Vtilis, expresso cum leuis imbre tumet.

Hinc ortum est dicendi genus, *spongia delebunt scripta*, quamvis in membrana non delebili, vel in charta essent exarata. Simili ioco usus est supra lib. 3. ep. 99. cum dixit librum suum remittens Rufo:

Imbris immodicis cælum nam forte raebat :

Non aliter mitti debuit iste liber.

AD EPIGR. XI.

Insultat Lucio Antonio Saturnino Germaniæ superioris Præsidi, qui bellum ciuale in ea regione contra Domitianum mouerat, dum se Marco Antonio inviro ob nominis similitudinem similem fore sperabat, qui postea, vt refert Sueton. in Domitiano, cap. 6. captus & imperfectus est, vel a Lucio Maximo, vt Xiphilinus scribit, vel ab Urbano Appio, vt Aurelius Victor; qui aliam caussam huius belli assignat, scribens Antonium accensum saevitiis Domitiani, & maximè verborum iniuria, quod se ab eo scortum sciret appellari, ciuale bellum corripuisse. Vtrumque nomen ostendit Poëta infamum esse Saturnini Tribuni Pl. seditionis imperfecti cum Glaucia Prætore (de quo fere omnes Romani scriptores) & Antonij item Actiaco natali prælio victi.

Et *Saturninum te pudet esse miser.* Hic appellabatur L. Antonius cognomento Saturninus, sed nolebat hoc cognomentum sibi adiungi: sed tantum familiae Antoniae nomen sibi usurpabat, ne scilicet Saturnini illius similior, quam Marci Antonij videretur.

Impia Parrhasia monisti bella sub ursa.] Septentrionales omnes regiones proximas esse Polo Arcticō constat: ideo *sub ursa Parrhasia*, dixit Poëticè, pro in Germania superiori.

³ QVALIA qui Pharia coniugis arma tulit.] Phariam coniugem Cleopatram appellat, periphrasticā, quæ Antonio nupsit, eumque ad bellum contra Augustum classe, opibus, & sua præsentia instruxit. Victi ambo Actiaco prælio in Ægyptum se abdiderant, ubi extincti sunt. Notissima historia: id est subiungit,

Obruit Actiaci quod grauis ira freti.

⁴ A N tibi promis Rhenus, &c.] est argumentum à maiori ad minus: Si Ægyptus ditissima & potentissima prouincia, quam intelligit nomine Nili, non potuit vires Antonio suppeditare, quomodo poterit Germania superior tenuissima prouincia sibi easdem largiri?

⁵ I L L E etiam, &c.] Argumentum à minori ad maius; si Antonius, qui tibi collatus Cæsar erat, occidit nostris armis, quid de te faciendum erit?

AD EPIGR. XII.

T Haidein fellatricem infectatur, hoc epigrammate, quemadmodum inf. ep. 50. & ep. 85. quam dicit nulli negare, & monet, ut si hoc eam non pudet, pudeat saltē nihil negare, id est, fellare, ut legitur lib. 12. ep. 81.

Quisquis nil negat, Atticilla, fellat.

quamuis ad eum locum dicemus, quid de ea lectione sentiamus. Sed nihil negare, est omnibus impudicitiis expōni, de quo dictum est, sup. ad lib. 2. ep. 52. ad illud:

— pro tribus illa dedit.

Estque vistatus dicendi modus apud hunc Poëtam, *nihil negare*, ut lib. II. ep. 50. *Nil tibi, Phylli nego, nil mibi Phylli nega.*

& lib. 12. ep. 72.

Nil non Lygde mibi negas roganti:

At quondam mibi, Lygde, nil negabas.

AD EPIGR. XIII.

C Anit Epithalamium in nuptiis Pudentis & Claudiæ. Pudentis multa apud hunc Poëtam mentio, infinitis ferè locis.

¹ M A C T E esto tecdis ô Hymenæ.] de nomine matre, vel magis multa hoc loco obtrudit nobis Radetus, ex meris Lexicis, quæ prætermittere est satius.

² M A S S I C A Thesēis tam bene rina fauī.] ex melle & vino temperabatur mulsum, gratissima veteribus potio: fiebat autem optimum Dioscoride & Plin. lib. 22. cap. 24. testibus, ex vino austero & ex melle Attico. Probabatur autem magis ex Massico, ut hoc loco. Ex Falerno verò adeò erat austерum, ut multis displiceret. Ideo Catius Epicureus apud Horat. sat. 4. lib. 2. Aufidium accusat quod ex Falerno austero faceret mulsum, his verbis:

Aufidius forti miscebat mella Falerno:

Mendosē: quoniam vacuis committere venis

*Nil nisi lene decet: leni precordia mulso
Prolueris melius.*

Vbi notandum est, non reprehensum Aufidium, quod mulsum ex Falerno & melle fecisset, in quo deceptus est Mercurialis, lib. 2. Variarum, cap. 17. nam hoc siebat saepe & commendabatur in mulsum, ut apud hunc Poëtam, lib. 13. ep. 108.

*Atuca nectareum turbastis-mella Falernum,
Miseric decet hoc à Ganymede merum.*

Et Macrobius, lib. 7. cap. 12. affert adagionem, quo gulones vtuntur: *Mulsum quod probe tempores, miscendum esse nouo Hymeto & vetulo Falerno.* Sed quod hic Aufidius fecisset mulsum ex Falerno austero, quod significavit Horatius illo Epitheto, *forti.* nam ex leni Falerno & dulci optimum & laudatum siebat mulsum. Vnde Poëta dixit ep. supra citato l. 13. ep. 108. *nectareum Falernum.* Sunt enim duo Falerni genera, ut scribit Athenaeus. Alterum austерum, & (vt inquit Persius) indomitum. & alterum lene, dulce, & nectareum, ex quo siebat mulsum Ganymedeum. Ex his omnibus intelliges quam perperam Heraldus hoc loco affirmet ex vino austero & melle non fieri mulsum, sed tantum adhiberi mel ut mitesceret vinum, & remitteret austerritatem. Dicitur in hanc sententiam Virgilij vers. Georgicorum lib. 4.

*Dulcia mella premes, nec tantum dulcia, quantum
Et liquida & durum Bacchi domitura saporem.*

Qui locus germanissime de mulso intelligendus est: hoc enim in mulso præstat mel, ut domet durum saporem Bacchi. Nusquam enim Heraldus leget ad communem & quotidianum potionis vsum admisceri mel vino.

3. *Nec melius teneris iunguntur vitibus vlni.*] apta vsus est comparatione, cum ab aliis Poëtis à coniugio metaphorice desumantur ad hanc adiunctionem vitium ad vlnmos, quam multis versibus bellè sequitur Catullus in carmine nuptiali, el. 63, vbi vlnnum vocat maritum. Horatius, odes 2. Epod.

*Ergo aut adulta vitium propagine
Alias maritat populos.*

Catullus:

Aut si forte eadem (vitis) vlnmo coniuncta marito.

& Statius, lib. 5. syluarum 1. carmine de Abascantij pietate:

Qualiter aqueuo sociatam palmita ritem

Vlnmus amat, miscetque nemus ditemque precatur

Autumnnum, & caris gaudet redimita racemis.

4. *Nec plus lotos aquas, littora myrtus amat.*] notissima lotus ex Homericis fabulis, lib. 9. Odyss. quæ arbor aquas amat: Myrtos autem nasci in locis maritimis experientia docet; in montosis autem & mediterraneis non proueniunt.

Diligat ipsa senem quondam, sed & illa marito, &c.] melius in veteri codice transpositis duobus pronominibus,

Diligat illa senem quondam, sed & ipsa marito.

A D. EPIGR. XIV.

Mittit sua carmina ad Silium Italicum celeberrimum Punici secundi belli scriptorem, qui consul Romæ, in Asia proconsul fuit, petitque ab eo laudato prius, ut deponat seueritatem ad legendos lasciuos libellos, suadere ad id Saturnaliorum dies. De Silio est epigr. 62. lib. 7. & 51. lib. 11. cuius vitam & mortem narrat disertè Plin. Iun. epist. 7. li. 3.

[QVI periuria Barbari furoris Ingens premis ore.] Scriperat enim celebré de bello Punico secundo eopœiam. Iisdem ferè verbis vtitur epigr. 19. lib. 6. Tu Cannas, Mithridaticumque bellum.

Et periuria Punici furoris, &c.

2. PERFIDOS QVE fastus Hannibal, leuesque Pœnos magnis cedere cogis Africanis.] Mere Poëtica metonymia, quæ dicuntur Poëtæ facere id, quod canunt factum: inuenerunt nomen apud Græcos, ποντικοὶ, enim idem est ac Latinè, factor, id est, qui res ipsas facit, & architecatur. Quod Poëta imitandis rebus tantum polleat, ut eas ipsas ante oculos ponere videatur, quæ virtus ἵρπεια, vel ἄρπεια à Græcis dicitur, quasi dicas operationem ipsarum terum. Sic Virgil. in Mæri versu 19.

Quis canceret Nymphæ, quis humum florentibus herbis

Spargere? aut viridi fontes induceret umbras?

id est, quis canceret humum florentibus herbis sparsam? aut quis canceret fontes inductos viridi umbras? allusit enim ad quosdam Virgilij de quo loquitur versus, in Daphnide,

Spargite humum foliis, inducite fontibus umbras, Pastores.

Et Horatius sat. 10. lib. 1. de Cornelio Alpino Memnonis fabulam scribente:

Turgidus Alpinus iugulat dum Memnona, dumque

Depingit Rheni luteum caput, hac ego ludo.

id est, dum Memnona fingit iugulatum. Hinc est, quod grauissimus Philosophus Aristoteles in arte poëtica, facultatem poëticam imitationem esse docuerit, quod ea verbis, tanquam pictura coloribus res ante oculos ponat, ipsis ad viuum imitandis: quamuis Horatius, si attentè obserues, nunquam probauit hanc poësię, cum pictura comparationem, forte quod videretur ea multum detrahere de poësię dignitate: Nam pictura fabrilis quidem ars multò facilior est, & aliquando cognita hebetibus & imperitis hominibus: poësis verò non nisi diuinis ingenij cœcessa: imitatur enim res verbis tantum, quæ omnium humanarum actionum difficillima meo iudicio est. Ait ergo Noster: *Cogis cedere Africanis magnis perfidos Hannibal, fastus, & leues Pœnos.* id est, canis & propriè depingis quemadmodum cedere coacti sint.

3. DV M blanda vagus alca December.] quia mense Decembri erant Satur-

nales dies quibus maxima aleæ licentia: Est enim alea ludus omnis in quo multum fortunæ, prudentiæ minimum, qualis est talorum ludus, pro quo aliquando per Synecdochem sumitur, vt in illo Cæsar's dicto à Sueton. relato in eius vita, cap. 32. quod abiit in prouerbium: *sæcta est alea,* (dicunt eleganter Galli, *a tout perdre n'y a qu'un coup.*) Tali enim iaciebantur, non alea, blandam autem appellat, quod homines blandè alliciat. Ab eadē in mente lib. 5. epig. vlt. dixit:

Et blando male perdiuſ fritillo.

4 INCERTIS sonat hinc & binc fritillus.] fritillus erat lignea quædam turricula rotunda, in quam emittebant talos, eosque in ea versabant & rotatim ab ea excutiebant, ne scilicet possent digitis ita componi, vt caderent ad iacentis voluntatem, quod hodiéque fit. idè addidit epitheton, *incertis:* quod iactatus per fritillum non sit aleatori certus, vt solet aliquibus esse per manum. *Sonat,* verò dixit, quod tali tracleatim in fritillo versati sonarent. Sic Seneca in satyra Claudiana:

Nam quoties missurus erat resonante fritillo.

Et Sidonius epist. 9. lib. 2. *crepitantium fritillos tessaratum strepitum,* & idem in carmine 23.

Hic talos crepitantiibus fritillis.

à cuius strepitus sono deductum fritilli nomen, existimat viri docti: quod versati in ea buxea, eborea, vel cornea turricula, tali strepitum emittebant, qui etiam augebatur gradillis quibusdam, interius excisis in ipsa turricula, per quos decidebant tali. Ausonius in parentalibus, el. 1.

Vidimus & quondam tabula certamine longo

Omnis, qui fuerant enumerasse bolos:

Alternis vicibus, quos precipitanter rotatu

Fundunt, excessi per causa buxa gradus.

& Sidonius epist. 12. lib. 8. *bic tessera frequens eboratis resiliatura pyrgorum gradibus.* & Agathias antholog. lib. 1. πύργος διπλέει καὶ πυραί κευθόφων. id est, *pyrgi durate latens in gradibus.* Iohannes Sauarus doctus vir in epist. 12. lib. 8. Sidonij Apollin. ductus Speudoacronis auctoritate qui sat. 7. Horatij lib. 2. *pyrgus, inquit, pyxis sine fundo,* existimat turriculam sane sine fundo fuisse, vt per posticum foramen iacerentur tali: sed hic manifestus error est. Qui enim poterant tali rotari in pyxide sine fundo? Quid quod ex verbis Senecæ in dicta Satyra Claudiana manifestò colligitur fundū habuisse. *Placuit nouam, inquit, pœnam excogitari debere, instituendum illi laborem irriū & alicuius cupiditatis species sine fine & effectu.* Tunc Aecacus inbet illū alea ludere, pertuso fritillo: & iā cōperat fugientes semper tesseras querere, & nihil proficere:

Nam quoties missurus erat resonante fritillo,

Vtraque subducto fugiebat tessera fundo.

in hoc enim irritus erat labor, quod, cùm Claudio emitteret talos in pyrgum, per fundum pertusum exciderant: & is, quo erat mentis stupore, non perspiceret perfusum esse fundum: sed existimaret fritillum ta-

lem esse, qualibus ipse in vita vtebatur. Quæ cum ita sint, falsum omnino est communes fritillos sine fundo esse. Hunc fritillum appellat turriculam in lemmate epigrammatiis 16.lib. 14. cuius ysum, & manus improbitatem belle describit eo disticho.

Quarit compositos manus improba mittere talos?

Si per me misit, nil nisi vota facit.

vbi vides quām eleganter dixit in fritillo nullum subesse dolum: nam cūm manus ipsa acceptis talis posset eos componere, vt cadant ad aleatoris arbitrium. Hispani dicimus clavar el dado. quod Galli, pipér le dé. Si eadem manus fritillum sumat, nihil potest facere præter votum, quo operat felicem sortem,

Namque aliud quid sit quod iam implorare poterit Non video.

Sed & pyrgus voce Græca turrim significat. Horatius sat. 7.lib. 2.

— qui pro se tolleret atque

Mitteret in pyrgum talos.

appellatur etiam phimus apud Pollucem cap. 31.li. 10. & orca apud Persium sat. 6. vers. 50.

Scite erat in voto damnoſa Canicula, quantum

Raderet angustæ collo non fallier orce.

5. *E t ludit rota nequiore talo.] ex Disticho superiori videor mihi intelligere hunc versum à nemine hactenus intellectum. Rotam enim accipio pro corona aleatorum, quam ita vocat à similitudine rotarum: sedebat enim in orbibus, quos cingebant omnes circum. Estq; rota in recto casu, quæ quidem ludit nequiore talo. id est, talis manu iactis sine fritillo, in quo iactu manus improba talorum illas compositiones & nequitias patrare potest; appellauitque per metonymiam talum nequorem, pro ludo talorum nequiore eo, in quo fritillis vtebantur. Ita vt duo genera aleatorum his duobus versibus comprehendantur: alterum simplex fritillis vteens: alterum nequius talo solo, & improba manu.*

6. *S i c forsan tener ausus est Catullus Magno mittere passerem Maroni.] notissimus est Catulli passer, de quo iam sup. dictum est ad lib. 1. ep. 8. tenerum appellat propter mollissimos versus. Misisse autem passerem suum Maroni sciebat probè Martialis summum esse mendacium, cùm Maronem multò ætate Catullus præcessisset: sed ysus est de industria hac Poetica nugatione, quam molliuit verbo illo, forsan. Fecit hoc autem, cum scriberet ad doctissimum virum Silium, qui hoc magis risurus erat, ex quo ioco & figmento, & se Catullo, & Silium Maroni æquauit; quod Silio iucundissimum erat futurum, qui toto suæ vitæ cursu Virgilium imitari conatus est, eiisque natalem diem religiosissime celebrabat, & ad eius sepulchrum tanquam ad aram accedebat sœpius, vt narrat Pli. d. ep. li. 3.*

A D. E P I G R. X V.

F Acetum est epigramma, quo irridet stultitiam Cæciliiani cuiusdam, qui cum rogasset mille nummos Poëtae in sex aut septem dies, & ipse

se non habere dixisset: sequēti die singens amicum quemdam hospitem sibi aduenisse lancem & argentea aliqua vasa mutua perit, quæ ad quinque millia aut plus penderent. Irridet eum argumento à minori: Si negauis mille nummos, quomodo ea pignora, quæ quinque millia valent?

AD EPIGR. XVI.

Criminationem continet hoc epigramma in Gallum quēdam, quōd nouercā viuo parente assuefecisset, & eandem mortuo retinereret: desumit coniecturam ab eo, quod contra consuetudinem omnium priuignorum, nouercam domi retineret.

1 **P R I V I G N V M nō esse tua, &c.]** id est, rumor erat te non cum nouerca tua ita te gerere, vt priuignum decebat, essēque potius eius mæchum, quām priuignum.

2 **N o n tamen hoc poterat viuo genitore probari.]** nam cum patre te habita-re honestum erat, poterāsque negare incestum. Simile illud est ep. 75. li. i.
Mæchus erat, poteras tamen hoc tu Paulla negare;

Ecce vir est, numquid Paulla negare potes?

3 **I A M nūquam pater est Galle, nouerca domi est.]** Hic est neruus coniecturæ in Gallum.

4 **M A G N V S ab infernis.]** Tribuit hoc per adulationem Regulo, vt in caussis defendendis æquiparet Ciceroni.

5 **N A M quæ non definit esse.]** γνῶμν à verisimili, id est, ab eo, quod plerūque accidit. Videmus enim vnu venire semper, vt priuigni nouercas oderint, & contra, ita vt sublato patre apertas deinde exerceant inimicitias. Quæ igitur mortuo patre nō desit esse nouerca, credibile est nouercam nunquam Gallo fuisse.

AD EPIGR. XVII.

Vrbanè Lyciscam quamdam fellatricem notat obliquè eā perstrin-gens, dum videtur cum Paulo expostulare, qui suadebat, vt in eam eos scriberet versus, quibus & tuberet & irasceretur: affirmatque Paulum velle solum Lyciscam irrumare, quo significat se etiam eamdem irrumasse. de Lycisca Iuuenal. sat. 6. vers. 123.

Prostigit auratis titulum mentita Lycisce.

AD EPIGR. XVIII.

DEsribit miserandum pueri casum, qui decidēte stiria iugulatus est.

1 **Q u i vicina pluit Vipsanis porta columnis.]** De Vipsana portico censem columnis suspensa dictum est ad epig. 19. lib. 3. Porta autem Capena est, de qua simili dicendi forma scripsit epig. 47. lib. 3.

Capena grandi porta quæ pluit gutta.

2 **Q u i roscida templa subibat.]** transfibat hic per portā Capenam ad porticum Vipsanam quam appellat roscida templa, quod ita vocentur edificia magna, roscida, roscia, quōd decidente semper aqua aquæductus illius madeat.

3 **D E C I D I T biberno prægravis vnda gelu.]** Elegans stirizæ periphrasis.

4 TABVIT in calido vulnero mucro tener.] id est, calore vulneris soluta est stiria ex parte qua confoderat pueri iugulum quam appellat mucrone in gladij similitudine.

5 QVID non seu sibi, &c.] duobus versibus duo elegantissima epiphœnemata comprehendit, prius de fortunæ licentia, posterius paradoxum habet acutissimum cum aquæ dicantur contra totam suam naturam iugulare. Est elegantissimum epigramma lib. 3. Anthologiae Flacci cuiusdâ de Thrace puero, qui cum in Hebro luderet, ruptoque gelu mergeretur in aquas, cum imæ partes aquæ impetu traherentur, caput quod supereminiebat, abscessum est ipso gelu. Quod epigramma Germanicus penè ad verbum latinissimè conuertit.

AD EPIG. XIX.

Mittit ad amicum Endromidem quam describit à nomine, loco, & effectis, id est, vsu. De eadem veste est in Apophoretis li. 14. ep. 126.

1 SEQVANICÆ pingue textricis alumnam.] texebantur hæ vestes crassæ & villosoæ in Galliis, & præcipue apud Sequanos: lanificiū verò apud veteres fœminarum fuisse notissimum est. Idē docet. *Sequanica textricis alumnam* vocat eam vestem, eleganti metaphorâ, quod quemadmodū alumnæ à nutrictibus alerentur, & educerentur, sic & pannus à textrice augebatur & educebatur.

2 QVÆ Lacedæmonium barbara nomen habet.] Galliarū prouincia eo tempore barbara erat. Lacedæmonij verò non barbari, quia Græci. Hoc vestis genus fortè inuentum fuit à Lacedæmoniis, à quibus nōmē accepit. Deinde cœperunt in Galliis texi, & idem nōmen Græcum retinuerunt. Est igitur nouum, barbaram vestem nomine non barbaro appellari.

3 SORDIDA sed gelido non aſternanda Decembri Dona,] sordida dixit, pro incultis, & non urbanis. Sed non aſternanda dona gelido Decembri, id est, per metonymiam iis qui eo mense frigora sentiunt, & quod endromis ea de-pellat, tempore brumæ sumebatur, Iuuenal. sat. 3. vers. 102.

Accipit Endromidem.

4 PEREGRINAM mittimus endromida.] peregrinā dixit, quod id vestis genus Romanum non esset, sed vel Lacedæmonium, vel Gallicum. Hac veste indutos vocat Sidonius epi. 2. lib. 1. Endromidatos.

5 SEV lentum ceroma terus.] incipit narrare endromidis vtilitates. prima, vt post luctam ea regi possit, ne aëris frigiditate post sudorem lœdatur. secunda, vt post pilæ ludum possit idem præstare. Enumerat autem tria pilæ genera, Trigona, harpastum, & folle, de quibus & quarto hic pretermisso, quod est de paganica, videndus hic idem lib. 14. ab epig. 45. vsq; ad epigr. 48. de toto autem pilorum negotio videndus Mercurialis in arte gymnastica, lib. 2. cap. 5. & P. Faber Agonistica, lib. 1. cap. 6. à quibus omnia radens Raderus hoc loco ea concessit, quem videre potes.

6 TEPIDVM VNE trigona.] tepidum appellat trigona, quod ludentum

manu numquam excideret; & ab ea lege fieret, vt videre est lib. 12. ep. 84.
7 Se v harpasta manu puluerulenta rapis.] id est, lapsus harpastum in pul-
uere rapiendo excitas, vt lib. 7. ep. 31.

Non harpasta vagus puluerulenta rapis.

nam cum in puluere luderen quoties pila decidebat, puluerulenta red-
debatur. Idem dixit de folle dicto lib. 12. epi. 84.

Colligit & refert lapsus de puluere follem.

& de harpasto item lib. 14. ep. 48. cuius lemma, *Harpasta.*

Hæc rapit Antæ velox in puluere drancus.

Hoc enim dicitur *raper*, quod aliter expressit Lucanus in Panegyrico ad
Calpurnium Pisonem his verbis.

Nec tibi mobilitas minor est, si forter volantem

Aut geminare pilam iuuat, aut reuocare cadentem,

Et non sperato fugientem reddere gestu.

vbi tria in ludo pilæ notanda. geminare volantem pilam, id est, reddere
dum ipsa volat, nec adhuc decidit: reuocare cadentem, id est, postquam
solum percussit, & saltu assurrexit, eam reuocare. reddere fugientem nō
sperato gestu, id est, quando videtur pila præteruolatura ludentem, eam
reddere eo corporis gestu & membrorum positione, quam nemo suspi-
caretur aut speraret. Hinc dicebantur *raptim ludere*, qui pilas ē puluere ra-
piebant, quamuis erant alia duo genera ludendi, alterum *datatum*, alte-
rum *expulsum*. Quæ quoniam non vulgo nota sunt, operæ pretium erit ea
explicare. *Datatum* ludere est, quando inter multos in corona vel choro i-
tal luditur, vt alius alii pilam det, & sœpè fallat: nam cum gestu significet
se alicui iacere, iacit alijs, qui securus est in choro. De verbo *datatum*, yi-
dendus est Nonius Marcellus, cap. 2. de proprietate sermonum, verbo
datatum, 213. sed totum ludum bellissime expressum, videre est apud Isi-
dorum lib. 1. etymolog. cap. 26. vbi adducit Ennii locum, de quadam im-
pudica: quamuis Nævii esse & non Ennii, viri docti ex Festo probant,
& esse versus ex Tarentilla Nævii: verba, vt adducuntur ab Isidoro,
sunt: *Quasi in choro pila ludens datatum dat se & communem facit, alium tenet, alijs adnuntat, alibi manus est occupata, alijs peruenit pedem, alijs dat annulum spectan- dum à labris, alium insuocat, cum alio cantat, atlamen alijs dat digito literas.* Etsi hæc
verba varie varij immutent, nos Hispani habemus ludum, quem voca-
mus *de laolla*, vbi fœmina conueniunt in circum, & accepta olla alia
alijs iacit accipiendo, & sœpè cum anhuat vni, iacit continuo alijs,
vt decipiatur. Nam si olla decidit, plectitur ea, cui decidit. Ex supra di-
ctis intelligendus locus Nonii Poetæ in exodio citatus à Marcel-
lo eodem loco. *In molis non ludunt raptim pilas, datatum morso.* Quibus ver-
bis significat in pistriño seruos ita inter se conuenire, vt accepta polen-
ta, aut pane, buccellam vnius morsu euelleret, & alteri traderet mor-
dendum, & sic in orbem iret panis: non verò raptim, id est, sumente
vno totam sibi, nec imperante aliis: quæ verba defumta sunt per meta-

phoram à pilæ ludo. Ultimum genus est; *expulsim*, quod erat, quando iacta pila se inuicem lusores, ne eam possent rapere, expellebant. Varro apud Nonium in verbo *expulsim*, dicto cap. *Purgatum scio, quoniam videbis Rome in foro ante lanienas pila expulsim ludere.* Quod narrat de Lacedæmonijs in theatro ludentibus. Lucianus in Anacharsi sub Solonis persona, & Iulius Pollux lib. 4. Onomastici, meminit huius ludi. Hinc est quod IC. Alphenus in l. si ex plagis. 52. §. vlt. ad leg. Aquil. Sic casum quemdam dederit: *Cum pila complures luderent, quidam ex his seruulum, cum pilam recipere conaretur, impulit, seruus cecidit, & crus fregit. Quarebatur an dominus seruali lege Aquilia cum eo, cuius impulsu ceciderat, agere posset. Respondi non possescum magis casu quam culpa, visideretur factum.* Vbi nota illam impulsione de ludiratione fuisse, casu autem fregisse crus, & non culpa impellentis, cum qui expulsim luderent, & lege ludi se inuicem impellerent. Etiam apud Petronium Trimalcio ille præ mollitie rapere nolebat accidentes pilas, ait acutissimus satyrographus: *Nec tam pueri nos, quamquam erat opera preium, ad spectaculum duxerant, quam ipse pater familias, qui soleatus pila sparsua excerebatur, nec eam amplius repetebat, qua terram contigerat, sed follem plenum habebat seruus, sufficiebatque ludentibus.* Præterea nota quosdam fuisse, qui pedibus vice manuum, pilâ ludebant: Manil. lib. 5.

Ille pilam celeri fugientem reddere planta,

Et pedibus pensare manus, & ludere saltu,

Per totumque vagas corporis disponere plantas.

Vt teneat tantos erbes, sibique ipse recludat,

Et velut eductos iubeat volitare per ipsum.

vbi illud fugientem reddere planta, quod est in veteribus, mutat Scaliger, & ita legit: *fugientem prendere planta:* vel quod locus Lucani à me supra scriptus in quo hac phrasî vtitur, illi latuit, vel quod Lucanus ita loquitur cui inimicitia renuntiauit, & eum pueriliter insectatur, sanè Poetam celebrem, & Cordubensem nostrum.

8 *PLVMEA seu laxi partiris pondera follis.*] id est, metiris in ométa & motus follis plumæ, id est, leuissimi, ita vt scias quantum spatii missus follis decursurus sit. Estq; elegâter dictum per metalepsin, *plumca pondera follis.* nam Epitheton illud, *plumæ*, non ponderibus, sed folli ipsi conuenit, & apparet acuta antithesis, quod pondera sint plumea, id est, leuissima, ponunturq; pondera pro motibus ipsius follis, id est, *nostri probè rbi follis cadat.* nam quemadmodum pondera in statera vel lance cadunt, sic follis finita iacentis vi decidit suo pondere, in qua cognitione sita est totali ludenti ars. Cetera quæ de hac re dici possent ad Physiscos remittimus, qui de motu projectis commentarios edidere.

9 *SIVE lucem cursu vincere queris Athan.]* de Atha puerò cursore, Plinius lib. 7. cap. 20.

10 *TE premat Iris aqua.]* metonymia, signum pro re signata: nam Iris nūtia pluuiarū est, quā existimabat vulgus rapere aquas ē fluuiis, quas iterū emitteret. sic li. 22. ep. 29.

Casuras altè sic rapit Iris aquas. & Plautus in Curculione.
Ecce autem bibit arcus, pluit credo bodie.

II. Non sic in Tyria sindone nudus eris.] vide de sindone multa, quæ dixi,
sup.lib.2.ep.16.

AD EPIGR. XX.

Duo in duabus fœminis vitia reprehendit, alterum Cærelia, quæ cum esset puppa, id est, adolescentula & tenera, se vetulam dicebat. Alterū Gellia, quæ cum reapse esset anus, se vocabat puppam, & tenebam fingebat gestu & voce. Neutram posse fieri affirmat, cum Gellia ridicula sit, Cærelia verò putida. Putidū autem Latini appellant id, quod cogit nos auertere vultum, & veluti fastidium gignit, vt sup. ep. 50.lib.3.

Putidus est toties, si mibi ponis aprum.

sic putide proferre literas dicuntur illi, qui nimis affectate eas proferūt, à verbo puto, vt quemadmodum à rebus, quæ potent, auertimus vultū, sic etiam ab iis, qui frigide aliquid dicunt, vel faciunt, ironicas cupiētes festiui videri, vt faciebat hæc Cærelia, non quod sibi displiceret, vt ait Domitius & Raderus, qui Erasmum secuti in adagio φίλαυτοι hoc loco decepti sunt.

AD EPIGR. XXI.

Cuiusdam Selii taxat impietatem, qui cum Diagora negabat ullos esse Deos, & magis impiā adducebat impia sententię rationem, quod dum negaret Deos, se diuitem factum esse videret. Multa in hanc sententiam Seneca in eo libro, qui inscribitur, *Quare bonis viris mala accidunt cum sit prouidentia.*

1. VIDET beatum.] beatum, id est, diuitē, quemadmodū felicem, l.8. ep. 42.

Sit te sportula maior ad beatos

Non corruperit. & lib.10.epi.82.

Sed si non sis quadrante beator uno. & Horat.li.3.carm.od.9.

Persarum rugi regi beator.

AD EPIGR. XXII.

Describit luciam quamdam Venereum, quam habuit cum Cleopatra vxore in balneis post primos congressus.

1. ET adhuc placanda marito.] Sequitur morem naturæ. Sic enim natura comparatum est, vt quæ nuper meliores factæ sunt, pudicitiae causasubiratas se ostendant corruptoribus, quamvis maritis, à quibus mutuis blanditijs placari solent.

2. L V C E B A T totis cum regeretur aquis.] Similis est locus epist. 3. lib.1. Aristæneti cuius verba ex versione Merceri sunt: *Sub platano fons amoenissimus fluit, aqua tam frigida, vt pede rigorem sentias, tam limpida, vt nantibus nobis & per aqua perlucidum vitrum amanter amplexis, membra clarae apparerent omnia.*

3. C O N D I T A sic puro numerantur lilia vitro.] Existimo veteres liliis delestatos ea solere vitreis vasis cōdere, ne scilicet facile ab aere cotrūperent.

tur, & forte ne graueolentia eorum laderet caput, quod vsuuenire saepe videmus. Colligo ex hoc loco & ex alio genuino Ouidij, lib. 4. Metam.

In liquidis trans lucet aquis ut eburnea, si quis

Signa tegat clero vel candida lilia vitro.

Idem dico de rosis in sequenti versu: vel forte haec ambo intelligenda sunt de speculariis, quibus solebant hortos & etiam vites tegere, ne a frigore aut aere laderentur. vt constat ex ep. 14. lib. 8. vbi de specularibus dicemus multa. Appellat autem hic Poeta vitrum omne, *gemma*, propter nitorem & leuitatem, vt etiam epigr. 68. lib. 8.

Condita perspicua viuit vindemia gemma,

Et legitur felix nec tamen sua lacet.

& lib. 14. ep. 110, cuius lemma, *ampulla potoria,*

Hac licet in gemma, que seruat nomina Cosmi

Luxuriose bibas si follia tua sitis.

& latrunculos lusorios quos ep. 71. lib. 7. vitreos vocauerat:

Sic vincas Noniumque Publimumque

Mandris, & vitreo latrone clausos:

appellat gemmas, lib. 12. ep. 40.

Pedis, disimulo; gemma vis ludere, vincor.

& lib. 14. ep. 20.

Insidiosorum si ludis bella latronum,

Gemmeus iste tibi miles & hostis erit.

Esse autem vitreos constat, ex Ouid. lib. 2. de Arte am.

Fac pereat vitreus miles ab hoste tuus.

& Lucan. in panegyr. ad Pisonem:

Callidior modo tabula variatur aperta

Calculus & vitreo peraguntur milite bella,

Vt niger nigros, nunc & niger alliget albos.

Erat enim coloribus distincti, ac praeципue albo & nigro, sed facti omnes ex vitreo. Vnde notandus error Raderi, qui dicto epig. 71. lib. 7. *vitreum latronem* cœruleum interpretatur, id est, veneti coloris, nullo iudicij colore.

4. *P E R S P I C U A plus retinuisse aquæ.*] Apostrophe ad aquas, Poëris familiarissima, etiam in Narrationibus. Dicit autem se paratum fuisse ad Veneris prælium, nisi aquarum perspicuitate, ne furtum illud proderetur, timuisset.

AD EPIGR. XXIII.

Eustricum Brutianum optimum & integerrimum virum, testimo-
nio Plinij Iunioris, lib. 6. ep. 22. laudat, vt Poëtam elegiacum & epi-
grammatarium Græcum, præfertque eum nobilissimo Poëta Callima-
cho, & optat vt, si epigrammata Latina scribat, secundus ipse ab eo nu-
meretur. Est autem epigramma conceptum per Apostrophen ad Tha-
liam Musam.

- 1 *D u m tu lenta nimis.*] id est, tarda ad deliberandum.
- 2 *Q uis primus tibi quisque sit secundus.*] fingit Thaliam deliberare inter duos Callimachum & Brutianum, utri palnam datura esset in elegia, & epigrammatis Græcis conscribendis, & antequam sententiam protulisset, Callimachum ipsum se viatum demonstrasse, & cessisse palnam Brutiano; quo Poëticō charactere Brutianum præfert Callimacho.
- 3 *Q uod si Cecropio satyrus lepore.*] id est, si hominem satietas ceperit epigrammatum Græcorum.
- 4 *R o m a n æ sale lusserit Minerua.*] id est, si ad epigrammata Latina scribenda se contulerit.
- 5 *I l l i me facias precor secundum.*] fatetur his verbis, posse Brutianum superiorem se, in epigrammatis Latinis esse posse: cupereque ut cum primis Brutiano tribuat, se in secundis consistere. Quæ maxima etiam laus Brutiani est, quo simul se ipse extulit, & Callimachus Græco se Latinum parem fecit.

AD EPIGR. XXIIII.

Lycoridem beneficam, propter inuidiam amicas omnes occidentem, optat amicam fieri vxoris suæ.

1 *E x t u l i t.*] per metonymiam significat occidi; propterea quod mortui efferebantur, vt apud Térentium in Andria, act. i. scen. i.

Effertur, imus. — Eadem figurâ Hispani dicimus, *elle enterrò*, vt dicamus, *elle matrò*.

AD EPIGR. XXV.

Destinat sene&tutu*s*uæ Altini oppidum Venetiæ, quod laudat & comparat Baiis.

1 *A e m u l a B a i a n u s . A l i n i l i t o r a v i l l i s.*] huius oppidi-mentio est apud Plinium, lib. 3. cap. 16. & 18. Strabonem, lib. 5. Pomponium 2.

2 *E t P h a ë t h o n t i c o n s c i a f l u n a r o g i.*] notissima fabula Phaëthonis est, vt fulmine Iouis ictus ceciderit in Eridanum vel Padum fluuium, in cuius litore plorantes Heliades forores in arbores commutatae sunt, electrum stillantes. Has arbores flumina vocat Phaëthoni rogi consciam, & eodem verbo *rogi*, respexit ad mortis genus, quod combustus fulmine sit.

3 *Q uæ Q uæ A n t e n o r e o , &c.*] Antenor Trojanus condidisse Patauium dicitur, prope Padi fluminis ostia in Veneta regione, vt narrat Virgil. i. Aeneid. ideo appellat Faunum Antenoreum, id est, Pataurinum, quem finxit duxisse vxorem ad lacus Venetos. Quæ fictio Poëtica est, cum ea fabula legatur nusquam.

4 *E t i n L e d æ f e l i x A q u i l e i a T i m a n o .*] Timanus fons est, quem maris fontem appellant, quod tantus sit, vt lacus aut flumius videri possit. Hic etiam Poëticè fingit Castorem equum suum Cyllarum duxisse ad aquas septenas, quod septem ostiis influat Timanus in mare; quamuis Plin. lib. 3. cap. 3. Castorem Ledæ filium cum Polluce fratre dicat cum Ar-

gonautis ad Timauum venisse, & hoc idem de Cyllaro equo affirmat noster, lib. 8 epigr. 2^o.

*An tua multifidum numeravit lana Timauum,
Quem prius Africano Cyllarus ore bibit.*

Vos eritis, &c.] non contigit ei voti fieri compos: constat enim in Hispania Bilbili obiisse.

AD EPIGR. XXVI.

Onus Bijcit Postumo cuidam auaritiam, qui exigebat togatam operam à Martiale, & irascebatur, quod non fuisset ab eo toto anno domi salutatus: ait se paruam fecisse iacturam, quod sexaginta perdidera^t nummos, quibus non poterat togam ad salutandum emere. Totum hoc epigramma est affatim explicatum sup. ep. 68. lib. 2. num. vlt.

AD EPIGR. XXVII.

Vrbane petit ab Imperatore munera, quod laudatus s^ep^e ab ipso sit & donatus muneribus non contemnendis: cum tamen & laus & munera lacesserent inuidorum maledicentiam, rogat Cæsarem ut muneribus sibi dandis augeat inuidorum dolorem.

NON minus ergo soles.] conturbavit Raderum hæc lectio, & rependum putat cum interrogatione.

— Num minus ergo soles?

Existimat enim illud, *ergo*, non posse in alia lectione cohærere. Ego non video quid intersit, quod ad vocem, *ergo*, inter vulgatam & Raderi lectio-
nen: nihil immutandum censeo. Sed noto hoc loco, *ergo*, in vera signi-
ficatione usurpatum. Ergo enim ablative est Græcus nominis οργη, id
est, opus, ut significet *opere*, id est, reapse, vel propterea ut apud Cicero-
nem in Catone maiore: *N postulantur quidem vires a Senectute, ergo & legi-
bus & institutis vacat etas nostra muneribus ipsis, qua non possunt sine viribus susti-
neri.* Vbi, *ergo*, est propterea vel propter hanc causam.

*QVID quod honorato, &c.] honorato non sola voce, id est, laudibus,
dedisti re ipsa munera, quanta solus dare poteras, id est, ius trium libero-
rum, ut diximus lib. 2. ep. 91. & 92. & lib. 3. ep. 94. vbi equestria sibi or-
namenta data, & Tribunitiam dignitatem scribit.*

*ECE iterum nigros corrodit liuidus vngues.] anxijs & solliciti animi si-
gnum vnguum corrosio, Persius satyr. 5. versu 162. inducens Chærestra-
tum rationes despicientem, quibus iugum amoris ferre se recusaret, ait:*

— crudum Chærestratus vnguem Abrodens ait haec.

de Poetis vulgatum. Horat. sat. 10. lib. 1. de Lucilio.

Sape caput scaberet, viuos & roderet vngues.

& Persius, sat. 1. versu 120.

*Nec pluteum cadit, nec dcmersos sapit vngues; liuidus ergo pro inuidia anxius
corrodit vngues nigros, & forte quod caput scaberet s^ep^e.*

INfectatur Chloen quamdam, quæ Luperco amico profuse donabat sua, & enumerat multa & varia dona, monetque futurum ut nuda remaneat.

1 *DONASTI tenero Chloe Luperco.] tenero, id est, adolescentulo, delicato ut Hor. lib. i. carm. ode 5.*

*Quis multa gracilis te puer in rosa,
Perfusus liquidis urget odoribus.*

& hic noster lib. ii. epigr. 44.

Ille tamen gracili cum Ganymede iacet.

2 *HISPANAS Tyriaque coccinasque.] intellige lacernas.*

3 *INDOS, Sardonychas, Scythias maragdos.] id est, Indicos & Scythicos.*

4 *ET centum numeros nouæ moneta.] vetus codex habet, dominos, non inepta lectione. Est enim Horatiana imitatio in arte de Chæriolo Poeta.*

Restituit acceptos regale numisma Philippos,

Philippos vocauit nummos signatos Philippi Regis effigie; sic hoc loco *centum dominos*, id est, centum nummos signatos effigie domini, id est Domitiani: sic enim Imperatorem hunc appellabant, ut lib. 4. epig. 8.

Edictum Domini Deique nostri.

Nouæ monetae, dixit, quod ea maiori esset in pretio, quam trita, ut diximus sup. lib. 2. ep. 51. Sed planius legetur, *nummos*.

5 *GLABRARIA.]* non memini me alibi legisse hanc vocem; glaber sine pilis est: inde, *glabrate*, id est glabrum facere; vnde glabriones, qui glabrabant, & inde petitum cognomen Aciliorum familiæ. Oues sine pilis, quas, ut Varro lib. 2. cap. 2. de re rustica, glabro ventre appellari ab antiquis apicas vel minas oves scribit, non erant in pretio. Vnde Plautus in Truculento,

Ego perperas minas oves in crumenâ bâc in urbem detuli. Hinc existimo confectum fuisse à Poëta per iocum nomen, glabrate, quasi cui nihil esset relictum alicuius pretij.

6 *NUDAM te statuet tuus Lupercus.]* Quæsitus iocus in nomine: Nam Luperci sacerdotes erant Romulo & Remo destinati, qui Lupercalibus ludis rem diuinam nudi agebant, per vicos & compira discurrentes, & pellibus obuias quasque fœminas verberantes, quæ & ipsæ palmas ad id præbebant, quod hoc iœtu fœcundas se fieri credebant. Vnde Iuuenal. sat. 2. versu 142.

Nec prodest agili palmas præbere Luperco.

Cum igitur hic adolescentulus Lupercus vocaretur, & Luperci sacerdotes nudi incederent, nudam relictum iri à suo Luperco ei minatur.

Multitudinem suorum librorum excusat, fateturque pulchriora quæ rara, idq. multis probat exemplis, rogatq. Pudetem ut quemcumq. librū legeret ex suis vnicum putet, quod pluriſ ab eo fiat, tanquam rarum.

1 HYBERNAE pretium sic meruere rosa.] de hybernis rosis missis ex Agypto ad Domitianum exstat elegans epigramma 80. lib. 6. & quo modo qui eas afferebant, inuenient summam copiam Romæ, quas quidem in pretio habebant, quod alieno tempore prouenirent, essentque rariores quam in Vere. Apud Lucianum Nigrinus: *Qui media se hyeme rosis impletent, rarum illud & intempestiuum & ys amantes sui temporis, & naturale superbe, ut vile ac nibili despati. Mamertinus in Panegyr. Iuliano dicto: Quicquid, inquit, prandiorum & cœnarum magnitudines Rom. populus sanciebat, cum quaestissima dapes non gustu, sed difficultatibus estimarentur, miracula omnium, longinqui mari pices, alieni temporis poma, astucia nivis, hyberniae rosa. vbi etiam de pomis. Pacatus item in Panegyr. Theodosij. parum se lautos putabant, nisi luxuria verisset annum, nisi hybernae poculis innataissent rosa. & Capitolinus ait in conuiuo L. Veri Imperat. coronas datas, Lemniscis aureis interpositis, & alieni temporis floribus.*

2 Si c spoliatrixem commendat Faustus amicam.] in aliis, *Fastus*. Sed omnes literâ maiusculâ, vt sit nomen proprium. Sed Hego Fastus minuscula littera scriberem, vt significet superba meretricis fastidia, quæ non paucim amatores admittat, eosque, quos admirerit spoliet, & huius congreffus pluris fiunt à iuuentute, quam eius, quæ omnibus patet, vt versu sequenti:

Ianua nec iuuenem semper aperta tenet.

3 SAEPIS in libro memoratur Persius uno.] notissimus Poëta Satyricus Persius, qui Nerone Imperante VI Satyras unico libello comprehendit, de quo Fabius Quintilianus lib. 10. cap. 1. *Multum, inquit, & vera glorie, quamvis uno libro Persius meruit.*

4 QVAM leuis in tota Marsus Amazonide.] non existimo cum Calderino hunc esse Marsum, nobilem epigrammatographum, cuius meminit in epist. lib. 1. & lib. 7. epigr. 28. & epig. 98. æquat eum cum Catullo, & lib. 8. ep. 56. sperat, si Flaccus in se fuerit benignus, fore ut Marso similis sit: *Ergo ero Virgilius simunera Macenatis*

Des mibi: Virgilius non ero, Marsus ero.

Sed alium quemdam arbitror Heroicum Poetam, qui præpostere Herculis cum Amazonibus bellum longo opere scripserat; quod Amazonida appellauerat; quem idem leuem quasi nullius pretij vocat: quam notam credibile non est voluisse inuovere epigrammatographi Poëta, cuius se similem esse optauerat.

5 TV quoque de nostris releges quæcumque libellis.] insedit pene omnibus libris manifestus error nullo sensu. Legendum:

Tu quoque de nostris releges quæcumque libellis,

Esse prius solum. quam emendationem sibi tribuit Raderus;

forte emendauit locum ex ingenio, cum codicem nullum in quo sic legeretur vidisset.

S sp.

Celebrat Baianos pisces Domitiano factos: & monet pescatorem, ut procul ab eo lacu recedat, terretque eum ficta narratiuncula cuiusdam, qui dum hamo in eo lacu ausus esset pescari, repente captus oculis fuit.

1. **SACRIS pescibus habentur unda.**] cur sacrifici hi pisces vocarentur, abunde docuerunt Heraldus & Raderus hoc loco.

2. **QVI norunt dominum.**] appellat dominum, quem diximus epig. 28.

3. **MANVM QVE lambunt.**] manum Domitianum intelligit, ut sup. ep. 1.
Perque manus tantas plurima querens eat.

vtrum autem verum hoc sit, sit fides penes Poëtam. Ea tamen apud alios authores legimus de hoc genere, ut probabile videri possit. Apud hunc ipsum lib. 10. epig. 30. fere eadem; & apud Plinium, Æmilianum & alios, quos adducit diligenter Raderus hoc loco.

4. **HOC quondam Libys impius profundo.**] sic legendum est, non *improbus*, quod Gruterus amplectitur, nam impius dicitur Libys, quod ausus fuerit pisces sacros violare. Existimo autem hanc narratiunculam Poëticæ fictam à Martiale.

5. **DIVM pradam calamo tremente ducit.**] de hoc genere dicendi, vide quæ scripsimus sup. lib. 1. epig. 56.

6. **BAIANOS sedet ad lacus rogator.**] rogatores dicuntur, qui stipem rogan, ut lib. 10. epig. 5.

7. **Interque raukos ultimos rogatores.**
& lib. 12. ep. 57. alibi dicitur inter raukos ultimi rogatores.

8. **A matre doctus nec rogare iudeus.**

7. **IACTIS simplicibus cibis in undas.**] simplicibus, id est, sine hamo, vel absque medicamine aliquo, quod possit necare vel inebriare sacros pisces.

8. **ET pisces venerare dedicatos.**] id est, consecratos Domitiano. In aliis legitur, delictatos, quod, quamvis placeat Grutero, mihi non aridet.

QVeritur, quod cum vellet Hippodami nomen saepè versibus suis inserere, id praestare non posset, repugnante contumaci syllabarum ordine: quod nomen prima longa & tribus posterioribus breuiibus, non facile possit versibus accommodari. Eiusdem argumenti est ep. 12. lib. 9. cum duobus sequentibus.

1. **QVOD cupis in nostris.**] respondet Hippodamo, qui petierat à Martiale, ut nomen suum scriptis illustraret, quod id sibi honori arbitraretur.

2. **NE valeam.**] de his formulis, Ne valeam, & Dispeream, dictum est sup. ad lib. 11. epig. 40. & lib. 21. epig. 5.

3. **AVERSO fonte stratum impositum.**] longe petita hypallage: per fontem enim sororum intelligit Poeticam facultatem, per quam intelliguntur versus, qui non admittebant contumaces syllabas huius nominis: &

auerſo fonte, id est, auerſis ipſis Muſis. Esta utem Muſarum fons Hip-
pocrene vel Caballinus.

4 *[Q]uo nec Melpomene, &c.]* tres Muſas nominatim ponit, pro tri-
bus carminum generibus: *Melpomenē*, pro elegiaco, cui p̄flectūt ut colli-
gitūt ex Horat. ode 4. lib. 1. vbi eam inuocat ad deflendārā *Quineti-*
lij Vari morteīn: *— precipe lugubres*

Cantus Melpomene, cui liquidam pater

Vocem cum Cithara dediſt

Polybymniam vel Polarnēam, pro lyrico, cui tribuitur apud eundem,
lib. 1. od. 1. *— nec Polymēa*

Lesboum refugit tendere barbiton. *Calliope*, pro Heroico, vel Dithyrambi-
co, quod hæc duo genera pene eandem materiam habeant, & eundem
charaſterem. Sic ab Horat. od. 4. lib. 3. inuocatur Calliope:

Descende cælo, & disc age tibia,

Regina longum Calliope melos.

Longum melos vocauit Heroicum carmen, vel lyricum Dithyrambi-
cum, in quibus Heroum, vel Deorū continentur facta & laudes. Ideoq;
dixit noster, *pia Calliope*. Eandem inuocat Virgil. lib. 9. vers. 525.
Vox o Calliope precor aspirare canens.

& paulo post:

Et meministis enim Dina, & memorare potestis. memorare potestis
dixit, quod Calliope Heroici carminis, quo Virgil. opus suum compre-
hendebat, habeat potestatem.

5 *No n semper belle dicitur Hippodamus.*] nomen solo pentametro &
in fine aptari potest: ita ut tres posteriores syllabæ *podamus*, quæ breues
sunt, efficiant proceleumaticum pedem, qui pro anapæsto poni potest
in fine, quod ultima syllaba possit breuis pro longa usurpari. Sed hoc
non semper bellè fit.

AD EPIGR. XXXII.

Deciderat forte electri lachryma in apūm, & deinde guttatum glo-
bulus factus fuerat, in quo clausa perspiciebatur apis. Præmium
hoc tam preciosi sepulchri dicit Poëta debitum fuisse maximis apiculæ
laboribus. Credibileque esse tale præmium ab ipsa optatum fuisse. So-
lebat autem hoc s̄pē euenire, vt est inf. ep. 59. de vipera, & lib. 6. epig.
15. de formica, & docent Plin. lib. 37. cap. 3. & Cornel. Tacitus lib. de
moribus German. in fine. Quod etiam D. Ambrosius, lib. 2. Hexame-
tron, cap. 15. scribit his verbis: *Quid autem tibi referam, quod electrum la-
chryma virgili si, & in tanta materia soliditatē lachryma durecat?* nec leu-
ibus id asseritur testimonius, quando folia & minutissime surculorum portiones, aut
exigua quedam animantium genera in electro sepe reperiantur, que videtur, cum
ad huc gutta esset, mollior recepisse, & solidata tenuisse.

i *E t lateſ & lucet Phæthontide condita gutta.*] id est, gutta Phæthontidis
ſororis Phæthontis.

- 2 NECTARE clausa flos.] id est, melle, quod electrum flauum sit ut mel.
 3 DIGNA tantorum pretium tulit illa laborum.] de apum laboribus & industria multa Plinius in historia, & Virgil. 4. Georg.
 4 CREDITIBILE est ipsam sic voluisse mori.]. epiphonema à conjectura expressa per metaphoram: nam apibus aut mortis aut sepulchri cura non est.

Voluit hīc dixit, sicut, miratur, de Vipera, dict. epigr. 59.

AD EPIGR. XXXIII.

Irridet Sosibianum quemdam, qui subinde iactabat se habere in scriptis multis libros elaboratos, & nihil in lucem dabat. dicebat hæredes suos, libros eos edituros: iam tempus esse, ut libri legantur, affirmat, vt ipse iam pereat.

- 1 PLENA laboratis babeas cum scrinia.]. de scriniis iam sup. dictum est, lib. i. ep. 2.

- 2 EDENT hæredes, inquit, mea carmina.]. ex his verbis pendet iocus: nam hæredes non dicuntur ante obitum eius, cuius hæredes sunt.

- 3 TEMPVS erat iam te Sosibiane legi.]. ambiguitas est in eo, quod Sosibianus intelligere poterat iam esse tempus, ut ipse emitteret sua carmina: Martialis autem intelligit tempus esse, ut ea legantur edita ab hæredibus, ut ipse dicebat, id est, tempus esse ut iam pereat.

AD EPIGR. XXXIV.

Sordidam Attali togam iure posse niueam appellari dicit. quod, ut diximus, ad lib. i. epig. 93. sordes & inceratio vestium frigidæ sunt. Est igitur iocus in antithesi, inter Sordidam & nivam, & ambiguitate in voce (*nivea*). Significat enim albam, ut nix, & frigidam etiam, ut sup. lib. 3. de Chione, ep. 34.

AD EPIGR. XXXV.

IN spectaculis veteribus non modo feræ emittebantur in arenam, ut Leones, Tigres, Ursus, Rhinocerotes, Elephantes, Tauri, sed etiam mansuetiores animantes, veluti grues, ut testatur Xiphilinus in Tito, galli gallinacei, ut scribit Ælianus, lib. 2. cap. 2. de varia historia, & Plin. lib. 10. cap. 21. & Herodianus in Seuero. Simiae etiam, quæ parua corporis declinatione ictus missilium euitabant, ut hic noster, lib. 14. ep. 201.

Callidus emissas eludere Simius hastas,

Si mibi cauda foret Cercopibecus eram.

Et lepores, ut sup. dictum est pluribus in locis. Damæ etiam, ut ex hoc epigram. & ex 74. inf. Quarum pugniam describit hoc loco: Cum enim summo impetu aduersis frontibus concurrissent, utraque mutuo ictu extincta est.

- 1 FRONTIBVS aduersis molles concurrere Damæ.]. imbelles vocat, dicto epigr. 74. inf. & li. 13. ep. 94. cuius lemma Damæ.

Imbellis Damæ quid niss præda sumus.

frontibus autem adulteris concurrere, proprium cornutorum animalium, ut videmus in tauris, quod ipse Poëta vlt. versu in exemplum adducit.

2 *SPECTAVERE canes prædam.]* quia canes non sœuunt in morientes animantes, & quasi stupuerunt tetro illo spectaculo, ut eis tribuat per metaphoram humanum sensum.

3 *CULTRONI superesse suo.]* cultrum proprium venatoris, quo iugulabant feras, quas ceperant venabulo, cominus vel frustrato iectu proprius ad eas accedebant de quo lib. 14. epi. 31. sub lemmate *cultor venatorius*.

Si deiecta gemes longo venabula rostro,

Hic brenis in grandem comitans ibit aprum.

& libr. 7. epigr. 27.

Tbusca glandis aper populator & ilice multa,

Quem meus intranii splendenti cuspide cultor.

Gratius de venatione, adornans venatorem propriis armis, inquit,

Ima Toletano precingant ilia cultro.

vnde colligi potest Toleti olim cudi hos cultros, hodiè optimi gladii ibi fabricantur: bonitas fortè aquæ in causa est. Originem inde habuit antiqua formula, *ad cultrum se locare*, quemadmodum *ad gladium*. quod significat locare operas ad venationes in spectaculis. vt, *ad gladium* significat locare se muneri gladiatorio. Quæ formulæ sunt apud Senecam epi. 87. cuius initium *Naufragium*. cum ibi Catonem narret Censorium cantherio vehi solitū, hippoperis quidē impositis. O quam cuperem, inquit, illi nunc occurrire aliquem ex his troffulis in via diuitibus cursores & Numidas & multum ante se pulueris agentem. [lego agentibus] Hic sine dubio cultior comitatorque, quam M. Cato videatur: hic inter illos apparatus delicatos, qui cum maximè dubitat, vtrum se ad gladium locet, an ad cultrum. Quæ vltima verba subobscura leuissima emendatione lucem accipient, si legas. Qui tum maximè dubitat. Nam hunc tumidum equitem in via diuitem, domi verò pauperrimum, tum maximè cum eo fastu incedit, sux paupertatis conscius, deliberat inter se, vtrum operas suas gladiatorio muneri, an venationi locet. Damnabantur etiam noxii ad vtrumlibet horum. De venatorio munere, est text. in l. Aut damnum, 8. §. quicunque, 11. & seruos 12. π. de pœnis. De gladiatorio autem sunt. l. si quis. 6. §. sed etsi. 6. π. de iniusto rup. irr. facto testam. & l. si quis. 25. §. si quis 3. r. de acq. vel omit. hæred. & l. i. r. de abigeis, vbi *damnari ad gladium* est, ad ludum gladiatorium, in qua damnatione Paulus lib. 5. sentent. tit. 17 §. 3. obseruat eos, qui ad gladium dantur intra annum esse consumendos, quod qua ratione faciendum esset, docet Imp. Constantinus in cod. Theodos. lib. 9. tit. 18. ad leg. Fabiam de phagiar. his verbis: Si quis eius nodi reus fuerit oblatus, posteaquam super crimine patuerit, seruus quidem, vell libertate donatus, bestijs primo quoque munere objeiciatur: liber autem sub hac formula in ludum detur gladiatorium, vt antequam aliquid faciat.

at, quo se defendere posset, gladio consumatur.

4 *Sic pugnant tauri, sic cedidere viri,] Duo notat, & quod more taurorum imbellis damæ in pugna sint, de quo dictum est num. I. & quod mortem oppeterent virorum more. In arena enim gladiatores, & in prælio milites sæpe tanto impetu in mutua vulnera irruunt, ut patiter cadant mutuo confosso: vt legimus sup. ep. 29. in spectaculis:*

Inuentus tamen est finis discriminis æqui,

Pugnare pars: succubuerè pars.

AD EPIGR. XXXVI.

Versicolorem notat Olum, quo nigra comæ cum esset, barbam habebat canam. Caussam assignat quod posset comam tingere, barbam autem nequaquam. Breuissimum est epigramma & fortasse cuius obuium videbitur. Ego autem neminem adhuc inueni, qui id intellexerit. Quæ enim causa est cur Olus tingere non possit barbam, cum posset tingere capillos. Raderus nodum proposuit, cum dicat mirum videri posse, cum notum sit multos etiam barbam infecisse: sed non soluit cum dicat se existimare, neque notum Romæ tunc fuisse, nec artificium tam commode tegi potuisse, vt falleret spectatores, imo & raso fuisse mento Olum, nec barbam aliuisse, eo que minus inficere eam potuisse. Os hominis! Nam vt id certum sit, moris non fuisse Romæ tingere barbam, cuius contrarium idem ipse dixerat: quid obstitit quò minus Olus contra morem barbam tingeret, vt iuuætutem simularet? Quid? quod incerta omnia sunt, quemadmodum & quod subiungit, non potuisse tam commode tegi artificium: Idem enim incommodum esset in coma: sed quod turpius est, si raso fuit mento, homo cupidus tegendorum canorum, qui poterat sciri, cana an nigra barba esset, cum legamus Galbam Imperatorem raso ita fuisse mento, vt ab omnibus imberbis iudicaretur? Ego igitur existimo Poëtam voluisse grauius probrum teatris verbis in Olum iacere, quod hic Olus esset cunilingus, & hac de caussa barbam tingere non posset, tum quod statim fucus ille frictu turpissimæ illius actionis dilueretur, tum quod delicata illæ matronæ nollent femina sibi illini medicamento tinctorio; ideo dixit, Non potes barbam tingere, comam potes.

AD EPIGR. XXXVII.

Arum quemdam vanum diuinitarum ostentatorem increpat Poëta, quemadmodum infra Mancinum epigr. 61. Hic Afer nomina multa & amplissima numerabat, pensiones insularum & fundorum, & redditus Parmentis pecudis, se audire id gratis quotidie non posse affirmat, nisi ea nausea aliqua pecunia reficiatur.

1 *CENTVM Coracinus, &c.] nomina hæc sunt debitorum, quos hic vanus creditor subinde nominabat.*

2 *Ex insulis fundisque tricies soldum.] de insulis satis superque sup. ad lib. spectaculorum, epigr. 1. nu. 5. soldum, id est, solidum, quod alibi plenum*

lib. i. ep. 100. Non plenum modo vices habebat.

3 Ex pecore redeunt ter ducena Parmensi.] Pecus & lana Parmæ multum laudata: idèò hic ostentabat ingentes ex gregibus illis redditus, ex quo loco & versibus seqq. liquet hunc Afrum ostentatorem esse, non autem auarum & sordidum, vt scripsit Raderus, qui vt anteuerteret Martialis petitionem, dicebat multa sibi deberi neque exolui.

4 AVDIRE gratis. Afer ista non possum.] id est, non accepta pecunia non libenter te audiā diuitias has ostentantem. De nomine *gratis*, vide quæ diximus sup. lib. 2. ep. 74. Esetque absurdum si Afer hic sordidus nugator esset, petere ab eo pecuniam, vt audiret causas eius indigentia.

AD EPIGR. XXXVIII.

Monet Gallam vt aliquandiu neget, ne scilicet satietur amor, non tamen perneget quod esset orquere nimis. Eiusdem argumenti est epi. 58. lib. 1. & inf. 82.

AD EPIGR. XXXIX.

Longa sustentatione definit in paradoxon, quod continet scomma in Charinum, quem lib. 1. epi. 78. cunnilingum appellauit. Enumerat varia cælati argenti genera, quæ possideri à Charino dicit, & inter ea minatur non esse argentum putrum.

A R G E N T I genus omne comparasti.] nomine *argenti*, omne factum argentum intellige, id est, vasa argentea. docet Paulus l. quæ situm, 78. §. illud. 4. ti. de leg. & fideicom. 3. cuius verba operæ pretium est describere, vt subtilissimam iuris consulti rationem hac in re animaduertas. Illud, inquit, fortasse quæ situtus est aliquis, cur argenti appellatione factum argentum comprehendatur? cum si marmor legatum esset, nihil præter rudem materiam demonstratum videri posset. Cuius hec ratio traditur: quippe ea quæ talis naturæ sunt, ut sepius in sua redigi possint initia, ea materia potentia victa numquam vires eius effungant. Quæ loquendi formula etiam obseruatur à Nostro multis in locis, vt argenti nomine vasa argentea significet, sic lib. 7. ep. 85.

— nulla venit à me

Argenti tibi libra pustulati.

& lib. 8. epigr. 71.

Quatuor argenti libras mihi tempore bruma

Misisti, ante annos, Postumiane, decem.

Argentum verò factum, quod dixi paulò ante significare vasa argentea, ostendit Vlpianus in l. cum aurum. 19. §. argento. 9. ti. de auro & arg. leg. his verbis: *argento facto legato, Quinctus Mutius ait vasa argentea contineri.* & idem repetit in l. *Quinctus Mutius. 27. eiusd. tit.*

2 E t solus veteres Myronis artes.] enumerat varios cælandi argenti artifices, quorum archetypa gloriabatur Charinus se comparasse. Qui omnes noti sunt ex veteribus monumentis, & præcipue ex Plinio, qui patriam, ætatem, mores & artificium cuiusque desribit accurate, à quo petenda hæc sunt.

3 Nec desunt tibi vera Ghaniana.] mirè variant hoc loco & codices & interpres. Alii *Ghaniana*, à Granio, alii *Gratiana*, vt est apud Plinium 33. lib. cap. ii. Raderus putat retinendum *Ghaniana*. quod Glanus fluuius Latii sit, *Liris* appellatus, à quo fieri potest, vt *Ghaniana* dicantur: quod concederem libenter si de piscibus, sed vasa cœlati argenti non video, qui possint à fluuiio denominari. Ego sustineo assensum, quoad vsque aliquid inueniam. Nam *Ghaniana* vasa nusquam memini me legisse. *Vera* autem retinendum omnino, cum sit oppositum adulterinis. Solebant enim avari artifices veterum manus plerumque imitari, & inscriptions effingere, quo preciosiora vasa fierent, quod archetypa imitatis præferrentur, vt in lapidibus veros appellant adulterinis contrarios, vt libr. 9. epigr. 60.

Sardonychas veros mensa quæsivit in omni.
& lib. 10. epig. 87.

Veros Sardonicas sed ipse tradat.

4 Nec v. e. Gallaco linuntur auro.] Callaico legendum omnino. Estque aurum Callaicum Hispanum, ad deaurandum argentum probatissimum. vt libr. 14. ep. 95. de phiala aurea cœlata.

Quamuis Callaico rubeam generosa metallo,

Glorior arte magis, nam meus iste labor.

5 Nec mensis anaglypta de paternis.] Anaglypta vasa sunt in asperitatem excisa, vt scribit Plin. dicto lib. 33. cap. ii. quæ aspera vocat Iuuenal. sat. 14. vers. 62.

Hic leue argentum, vasa aspera tergeat alter.

signis enim reddebantur aspera. Virgil. lib. 5.

Cymbraque argento perfecta, atque aspera signis.

de mensis paternis dixit, id est, de mensis patrum veterum, quæ antiquitate ipsa commendabantur, vt libr. 8. ep. 6. in Euclum, & 34. eiusdem libri, quo nomine vñsus est Iuuen. sat. 6. vers. 355.

Hac tamen argenti supereft quodcunque paterni,

Lenibus athletis ac vasa nouissima dona.

id est, donat athletis vasa vetera patrum suorum ac nouissima, vbi etiam vides argenti vocabulo vasa comprehendendi.

6 Quare non habeas Charine purum:] ambiguitas in nomine purum. Argentum purum non est cœlatum, vt colligitur manifestè ex verbis Pauli I. si in rem. 6. p. de rei vind. quæ sunt: *Quamuis & in vasis occurrat difficultas, virum lancem dici oporteat, an etiam quadrata, vel rotunda, pura, an calata sint.* Vbi vides pura contra ponit cœlatæ. Hinc intelligendus Iuuenalis satyr. 9. vers. 241.

—mo in — argenti vascula puri.
Sed que Fabricius Censor notet,
& sat. 10. vers. 19.

Pauca licet portes argenti vascula puri.

& purum

& purum argentum est, quod ab ore impuro intactum est, quod nō poterat habere cunnilingus hic Charinus, cum omnia vasa suo ore impuraret.

AD EPIGR. LX.

In grati animi crimen obiicit Posthumo, quem cum triginta annos pauperem coluisse, relictis aliis diuitibus patronis, diues iam & potens factus, nihil Poëta largiebatur. Ex postulat cum Fortuna, quæ Posthumum impostorem beauerat.

A T R I A Pisonum stabant cum stemmate toto.] atria dixit, quod in his nobilitatis insignia à veteribus collocabantur, quæ duplicita erant, cereæ imagines & stemmata, de quibus Plinius plene libro 35. capite 2. his verbis: *Aliter apud maiores in atris ha erant, qua spectarentur, non signa exterorum artificum, nec area aut marmora, expressi cera vultus singulis disponebantur armariis, ut essent imagines, que comitarentur gentilitia funera, semperque defuncto aliquo totus aderat familia eius, qui vñquam fuerat, populus.* Stemmatæ vero lineis discurrebant ad imagines pictas. Vnde colligo diuersas esse imagines cereas ab stemmatis, in quibus imagunculae pictæ erant, non enim recte dixisset Plinius, imagines pictas de cereis. dixerat idem ante Seneca libro 3. de beneficiis, capit. 28. *Qui imagines in atrio exponunt, & nomina familie suo longo ordine, ac mulis stemmatum illigata flexuris in parte prima adiunctorum collocant.* Vtrumque insigne comprehendit Iuuinalis initio satyr. 8.

Stemmata quid faciunt? quid prodest Pontice, longo

Sanguine censeri, pictosque ostendere vultus

Majorum, & stantes in curribus Aemilianos?

Ecce stemma depictum, nunc sequuntur imagines cereæ vetustate exesa & mutilæ:

Et Curios iam dimidios, humeroque minorem.

Corunum, & Galbam auriculis, nafoque carentem.

Stemmata autem quî fierent, docet Paulus l. stemmata. II. de grad. affinitatis. Στέμματα, inquit, cognationum directo limite in duas lineas separantur, quarum altera superior, altera inferior: *Ex superiore autem & secundo gradu transversæ linea pendent.* Ab his lineis stemmatum vocamus Hispani genus, lineæ, quasi lineæ, quod lineis continuetur series familie. Hæ lineæ oculorum gratia ramusculis pictis distinguebantur. Isidorus lib. 9. cap. 6. Solent, inquit, *Aduocati stemmata, siue ramusculos facere in genere, cum gradus cognationum partiuntur.* Hinc Persius sat. 3. vers. 28.

Stemmata quod Thuso ramum millesime ducis.

ducere ramum dixit, id est, ducere originem. Vnde etiam recentiores Iurisconsulti arborem dicunt consanguinitatis, seriem cuiuscunque generis. His ramusculis siebat stemma in modum coronæ: vnde nomen stemmatis deductum à σηρπε, quod est corono. De cereis autem imaginibus habes collectanea doctissimi Lipsij, libr. 1. Electo-

ctorum, cap. 9. Constat igitur ex his imagines armariolis inclusas fictas esse è cera, imagines verò insertas stemmati pictas fuisse. Stemma ergo torum dixit Poëta, pro magna illa Calphurniorum familia, quæ nobilissima fuit, cuius cognomentum Pisonum. Stabant verò significat florebant, vt apud Virgil. lib. 2. Aen. Sinon de Palamede inquit:

Dum stabat regno incoluntis, regnumque vigebat

Confilijs.

& Ouid.lib.1. tristium, elegia 8.

Dum stetimus:turbe quantum satis esset habebat

Nota quidem, sed non ambitiosa, domus.

Cicero lib.1.epist.1. Declarareque maluerim, (inquit) quanta vis esse potuissent in consensu bonorum, si pro me stante pugnare non destituerint, quum afflictum excitare potuissent. Est metaphora ab hominum statu, qui dum incolumes sunt, stare possunt, labefactati corrunt & cadunt, vnde cadauer, mortuum corpus.

2. *Et docti Senecæ ter numeranda domus.] lib.1.epi.62. ad illos versus,*

Duosque Senecas, vnicumque Lucanum

Facunda loquitur Corduba.

diximus hunc versum de his tribus solere explicari. De Seneca patre, qui Rhetor dicitur, de Seneca filio, qui Philosophus, & de Lucano Poëta nepote Rhetoris ex Mela. Quamuis Martinus Delrius doctissimus vir in commentariis ad Senecam Poëtam existimat hoc versu tres Senecæ Rhetoris filios intelligi debere, qui clarissimi fuerunt. Vide Senecam Philosophum & Tragicum, Annæum Nouatum, siue Iunium Gallionem, Annæum Melam patrem Lucani; hoc sequitur Raderus, & secum facere Gyraldum dicit. Sed nemo ex his animaduertit aliam multo maiorem esse in hoc loco difficultatem. *Quis scilicet Martialis tempore Senecæ domum possideret, qui aliquo esset nomine & pretio, & posset coniungi à Poëta cum nobilissima Calphurniorum familia? nam Lucanus qui vltimus fuit in illius familiæ splendore, iam fuerat, antequam Martialis innotesceret à Nerone occisus: nequè est credendum in re seria, quale est huius Epigrammatis argumentum, Poëticè confixisse historiam. Ego existimo Senecæ domum hanc nobilem fuisse, propter Pollam Lucani vxorem, quæ vidua Martialis tempore mortuum maritum summo studio colebat, eiusque natalem diem celebrabat, vt constat ex epigrammati 20.21. & 22.lib.6. scriptis ad eandem Pollam de die natali Lucani. Credibile ergo est Martialem poëtā voluisse poëtria Pollam viduam celebrem, & locupletem colere vtilitatis caussa, & de ea domo intelligendum puto versum hunc.* *Ter autem numeranda domus.* non credo dictum caussa trium Senecarum, aut duorum & Lucani, sed significare more Græco valde numerandam domum, id est, memoriam.

3 *Prætulimus tantis solum te Postbum regnis.] tantis regnis, dixit per*

metonymiam, pro tantis regibus. Reges enim appellabant amicos magnos, quos colebant, ut sèpè dictum est, & in ultimo disticho huius epigrammatis.

— *& serum est alium mibi querere regem.*

4 *C O M M V N I S n o b i s l e c t u s & v n u s è r a t .]* locus facilitate ipsa subobscurus. Dubito cur Poëta addiderit verbum illud *vnuſ*. Qui potest lectus communis esse non *vnuſ*? Sic me expedio. Communis *lectus* esse potest duobus amicis, & non *vnuſ* tantum: potest enim vterque suum *lectum* habere & cubare simul, altero reliquo vacuo, vt quoties libuerit, possint separari. Hoc quamuis sit signum arctissimæ necessitudinis, non tamen tantæ, quanta illorum est, quibus duobus tantum *vnuſ* est *lectus*, qui nullo casu possunt distrahi & seiungi. Perduxit igitur Poëta his verbis, *communis & vnuſ lectus*, ad summam amicitiae significationem.

5 *H o c F o r t u n a p l a c e t ?]* Expostulat cum Fortuna, cui hominum felicities tribuuntur, quam appellat Deam cœcam, inf. epigr. 51. Cui etiam insultat sequentibus verbis.

— *Posthumus imposuit.*

quasi annuat fortunam eo fine diuitias dedisse Posthumo, vt liberalis in amicos esset: Is autem illas adeptus auarus factus fuerat.

A D E P I G R. X L I.

PErstringit malum Poëtam recitaturum qui vocis gratia collū fouebat velleribus, quæ dicit æquius fuisse auribus auditorum imponi, ne scilicet malis versibus offenderentur, quod verius puto, quam intelligi de male recitante, vt est in lemmate, quo ioco vrbane in se vſus & lib. 14. epi. 142. cuius lemma, *focale*.

Si recitaturus dedero tibi forte libellum,

Hoc focale tuas afferat auriculas.

vbi nota *focale* non esse aurium tegmen, vt quidam pessimè ex hoc loco colligunt. Sunt enim *focalia*, vellera, siue lanæ quibus fauces fouebant præcipue recitantes, ne rauces cerent, dicta à fauicibus vt sit *focale* quasi fauale. quod ad fauces solas religandas vtile esset: & hoc loco vrbane Martialis vult ab auditore circumdari auriculas focali, ne versus audiatur.

A D E P I G R. X L I I .

LAUDAT Flacci puerum Amazonicum artificiose. describit enim quæ optabat puerum, & post longam descriptionem, talem fuisse Amazonicum affirmat.

1 *S i quis forte m i b i p o s s e t p r a f f a r e l o c a n t i .]* in al. codicib. legitur, *roganti & seq. vers. in aliquibus, rogare*. Vtraque *lectio* probari potest: nam quemadmodum pueri prostituebantur in lupanari, vt dicemus ad epig. 7. & 9. lib. 9. & ad 46. lib. 11. sic credibile est solitos esse locari & etiam gratis commodari. Commodatò autem petere per verbum *rogandi* exprimitur. Cicero in Verrem, lib. 2. *Quæ posteaquam ille omnia abstulit, alia rogando,*

alia poscendo, alia sumendo. Vbi rogando est, commodata petendo, & Noster
sup. ep. 15.

Mille tibi nummos besterna luce roganti,

In sex aut septem Cæciliæ dies.

& paulò post:

— *lancem paucaque vasa rogas.*

Sic Martialis Rufo scribit se tonsorem puerum *commodasse*. epigr. 52.
libr. 8.

Tonsorem puerum, sed arte taler,

Qualis nec thalamus fuit Neronis.

Druſorum cui contigere barbae

Aequandas semet in genas rogatus,

Rufo, Ceditiane, commodauit.

Potuit igitur Poëta optare puerum vel locatum vel commodatum: ita
que utraque libertio retineri potest.

2 *N I L I A C I S* primum nascatur in oris.] id est, sit *Ægyptius*.

3 *N E Q V I T I A S* tellus scit dare nulla magis.] nequitiae sunt lasciuiae &
improbitates Venereæ, quæ per *niñeras* nequitiae appellantur: deducitur
enim nomen hoc à nequam, quod fit per syncopen ex nequicquam,
quod significat sine fructu: quotiesque vanam rem significare vole-
bant, nequam eam appellabant, vt *bominem nequam*, id est, nullius pretij,
cumque honeste significare volebant luxuriosum, lascium, foedifra-
gum, nequam appellabant. Sic dicimus Hispani, *hombre de poco*. id est, nullius
virtutis. nec est, vt Grammatici existimant, epitheton, sed neuter ac-
cusatiuus pendens à præpositione circa, id est, *xalà*. Hinc deducitur ne-
quitia eadem significatione, sed frequentius usurpatur hoc nomen pro
lasciuia, & Venerea improbitate. Imitamur hoc Hispani pro eadem re
cum dicimus *niñerias*, hac formula *bizo le las niñerias*, id est, miscuit
se illi. Esse autem Aegyptios his moribus præditos constat innume-
ris veterum scriptorum testimonij: Ouidius libro 1. Tristium, ele-
gia 2.

Non ut Alexandri claram delatus in rrbecm:

Delicias videam, Nile iocoſe, tuas.

& Statius li. 3. syluarum in propemtico Mecij Celeni:

Curve Terapnei lasciuia ora Canopi.

& Iuuenal. sat. 15. vers. 44.

— *horrida fana*

Aegyptus, sed luxuria, quantum ipse notaui,

Barbara famoſo non cedit turba Canopo.

& sat. 6. vers. 84. Hyperbolicè dixerat:

Prodigia & mores urbis dannante Canopo.

loquens de Eppia, quæ nupta Senatori, Euryalum Mirmillonem se-
quuta fuerat Alexandriam usque. Flauius item Vopiscus grauis author

in Saturnino *Ægyptiorum* mores describens, eos dicit esse nouarum rerum usque ad cantilenas publicas cupientes, versificatores, epigrammarios: apponitque Adriani Augusti Epistolam, quā *Ægyptiorum mores* ad viuum exprimuntur.

4 *NAM QVE in Marcotides fusa.*] Mareotidem posuit per Synecdochen, pro tota *Ægypto*, quæ mares & foeminas subfusco colore producit. Vnde: prouerbialiter dixit lib. 10. ep. 12.

Niliaco redeas tu licet ore niger.

vt Hispani dicimus, una cara de vngineo.

5 *MOLLES QVE flagellent colla coma.*] Molles comas appellat non intortas calamistris, quod subindicat sequentibus verbis:

Tortas non amo, Flacce, comas.

ideò dixit, flagellent, nam cirri non poterant collum flagellare: cum anulatum subrigerent. Eadem laude insignitur Eucolpus sup. li. i. ep. 32.

Dunque decent fusa lactea colla iuba.

Sic Apollinaris, epist. 1. lib. 1. ubi corporis habitum Theodorici regis describit: *Aurium, inquit, legula, sicut mos gentis est, crinium superiacentium flagellis operiantur.* Huiusmodi autem capillorum formationes cuiusque arbitrio siebant, & solebat esse capillorum habitus aliquis peculiaris familiæ toti, atque adeo genti. Suetonius de Tiberio, cap. 68. *Colore, inquit, erat candido, capillo pone occipitum submissiore, ut ceruicem etiam obtegeret, quod gentile in illo videbatur.* & de Nerone, cap. 51. *Circa cultum habitumque adeo pudendum, ut comam semper in gradus formatam peregrinatione Achaica etiam pone verticem submiscerit.* Ouid. lib. 3. Artis:

Alterius crines humero iactentur vitroque,

Talio es assumū Phœbe canore lyra.

6 *FRONS breuis.*] erat frons breuis in laude, præbet testimonium Horatius, lib. i. carm. 33. ad Tibullum:

Insignem tenui fronte Lycorida.

Cyri torret amor.

& epist. 7. lib. 1. ad Mecænatem:

Quod si me nolles vsquam discedere, reddes.

Forte latus, nigros angusta fronte capillos.

Petronius in descriptione pulcherrimæ Circæ frontem minimam ponit, cuius pauca verba opera pretium erit hic describere, à quibus forte per imitationem desumtum fuit hoc epigramma. *Crines, inquit, ingenio suosflexi, per totos se bumeros effuderent: frons minima, & que radices capillorum retro flexerat: supercilia usque ad malarum scripturam currentia, & rursus confinio luminum pend permixta: oculi clariores stellis extra Lunam fulgentibus: nares paululum inflexæ: & osculum quale Praxiteles habere Dianam creditit.* Quæ verò foeminae ampliori erant fronte, solebant angustam reddere artificio: fronti namque illigabant nimbum, quo angustior ea videretur. Est autem nim-

bus, vt Isidorus scribit, lib. 19. etym. cap. 31. Fasciola transuersa ex auro assuta in linteo, quod est in fronte fœminarum. Hinc Plautus nimbatam appellat meretricem quæ nimbo ornata esset: in Pœnulo, act. 1. sc. Negoci sibi qui vollet nauem & mulierem, &c. vbi Milphio. *Quam magis affecto, inquit, tam magis nimbata est, & nuga mere.* & Arnobius, lib. 2. *Laminas pertunderent aurium, imminuerent frontes nimbis, fuligine oculos obumbrarent.* Quem locum Plauti explicans Ioannes Meursius Criticarum exercitat. par. 1. ad Pœnulum cap. 3. existimat hos nimbos flexis iam capillis retro alligari, vt minor frons videretur, eosque tam callide & tanto artificio à fœminis dissimulari, vt ægre cognosci possent. Hinc esset, quod dicat Milphio, meretricem quò attentius intueretur, eò magis sibi videri nimbatam: imbuebat enim nimbos colore eodem qui esset capillorum: reprehenditque Isidorum, quod aurum linteo nimborum *assutum* dicat, siquidem eo modo internosci potuisset. Sed meras agit nugas doctissimus iuuensis: quo enim colore infici possent fasciolæ frontales, quì oculos deciperet? aut quomodo sericae vellineaæ fasciae capillorum faciem haberent? Fœminarum cosmetica continentissimus iuuensis ignorabat: Apud nostrates notiora hæc sunt, & ex nostro more antiquum minuendæ frontis artificium facile deprehendemus. Capillos à vertice in faciem demittunt, fasciola deinde sericae vellineaæ frontem ligant, comprehensis subtus capillis, quos deinde retro flextunt, & fasciola interiori eos detinente frōs breuior videtur. Hinc intellige Petronij deliciarum arbitri in hoc artificio scientiam: Dixit enim de Circe, *frons minima, & que radices capillorum retrò flexerat*, ne scilicet existimaret inuidus aliquis minimam illam frontem à nimbo esse, & capillos non à radicibus, sed à fasciola arcta retrò flexos. Vnde non existimo iure reprehendi sanctissimum Hispanum nostrum Isidorum: fasciolæ enim illæ quò solidiores & firmiores essent, intexi auro poterant.

7 *A T Q V E modus breuiter sit naribus vncis.]* ordo est, naribus breuiter vncis sit modus. Duo innuit, alterum moderatum debere esse nasum: alterum flexuram illam modica vncitate decoram, vt supra dicebat Petronius: *nares paululum inflexæ.* & Sidonius dicta epist. 2. lib. 1. de Theodorico rege. *nasis, inquit, venustissime incurvis.*

8 *S A P E Q U E nolentem cogas, nolique volentem.]* in re Venerea hæc pugna gratissima esse solet, vt sæpe excitentur, & quasi cogantur nolentes, sæpe volentes, quò magis incendantur, ad tempus frustrentur, vt lib. 5. epig. penult.

*Insequaris, fugio, fugis, insechor, hac mihi mens est,
Velle tuum nolo, Dindyme, nolle volo.*

& eod. lib. 47. epigr.

*Basta dum nolo nisi que lactantia carpsi,
Et placet ira mihi plus tua, quam facies.*

9. *E t timeat pueros, excludat saepe puellas.*] Placer enim amatoribus zelotypia eorum quos amant, cum ea non aliunde, quam ab amore proficiscatur.

10. *V i r reliquis.*] sic vocabant eos, quos iam ad rem Veneream inhabiles volebant significare: exuerant enim puerilem ætatem, quæ ~~ad~~ ^{ad} myndus sola patiebatur; Vnde sup. lib. 1. ep. 32.

Tonsum fac enī, serò virum.

11. *I A M scio, &c.*] fingit respondere Flaccum, & vere talem fuisse suum Amazonicum. illud *nec fallis*, formula vetus est, pro verum dicis. Dicebant enim veteres, *si sciens fallo*, id est, nisi verum dico.

AD EPIGR. XLIII.

EST faceta quædam in Coracinum illusio expressa per suspensionem, qua desinit in paradoxo. Negat enim quod minus est probrum: & fatetur quod est maius. Similis iocus refertur à Quintiliano de Iunio Bassi, lib. 6. cap. 3. qui quærente Domitia Passieni, quod incusans eius sordes, calceos eam veteres diceret vendere solere. *Non me hercule* (inquit) *hoc unquam dixi, sed emere te solere*. Simile est etiam epigr. 28. lib. 2. in Sextillum.

1. *I R A T A M mibi Pontia lagenam, Iratum caliceem mibi Metelli.*] deest, velim, aut, experiar, aut, sentiam, aut aliud simile. Nec sequaris Domitium qui hæc coniungit cum verbo, *viro*, ineptè. De Pontia iam sup. dictum est, ad epig. 34. lib. 2. quæ aconita vt Iuuinalis, ait, miscuerat filii suis: hoc autem fieri solere in lagena manifestum est, ex epigr. inf. 69.

Diceris bac factus cœlebs quater ipse lagenā.
& lib. 12. ep. 93.

Suspiras, ratio est, times lagenam.

De Metello autem non memini me alibi legisse aliquid, forte fictum nomen est, & affixum alicui venefico. Est ergo imprecatio quædam, qua, vt neget se appellasse Coracinum hunc Cynædum, imprecatur sibi venena, quæ Pontia & Metellus solebant præbere.

2. *I v. R. O per Syrios tibi tumores.*] occasionem dedit hic locus interpres rixandi. Domitio & Merula non conuenit de sensu eius. Nam Domitius existimat tumores Syrios, ad tumentes Syros debere referre, quod hi tumidi & superbi audiant à veteribus. Reprehendit eum Merula cupidè, sed iure, & *Syrios tumores* accipit pro morbis immisssis à Cybele, quibus corpora inflarentur, adducitq. locum Persij, sat. 5. vers. 186.

Hinc grandes Galli, & cum festro lusca sacerdos,

Incessere Deos inflantes corpora: si non

Predictum ter mane caput gustaueris alli.

vbi multi *Deos corpora inflantes*, enumerant, Hippo. Cybelen, & Isidem immittentes eos morbos, qui corpora inflent. Sed ego veriorem

existimo Beroaldi sententiam, qui hoc loco *tumores Syrios*, accipit pro tumoribus prouenientibus ex verberibus & vulneribus, quæ sibi Galli, fanaticum furorem simulentis, infligebant. Quam rem graphicè depingit Apuleius, lib. 8. Metamorph. de quibus etiam locus sup. adductus Persij commodè & planè intelligi potest. *Syrios* vocauit, quod Cybele Dea Syria vocabatur, de qua extat elegans liber Luciani. Dicitur etiam eadem Dea Berecynthia. Ideò subiungit: *Iuro per Berecyntios furores*. Qui sunt iidem quos Galli simulabant.

3 [Q u o d dixit tamen leue & pusillum est.] auget his omnibus suspicione, quod subiungat magis ridiculè maius illud crimen cunnilingi.

AD EPIGR. XLIII.

Vesuuij vel Vesuuij montis, quem alij *Vesennium*, vel *Vesbium* vocant, incendium deplorat. Est notissimus mons in Campania felici, in Cumanis, de quo omnes Geographi, & ex recentioribus copiose scribit Leander Albertus in descriptione Italiae. De eius incendio Suetonius in Tito, cap. 8. Papinius, Silius, Dio, Eusebius, & alij multi: Hoc incendio extinctus fuit celeberrimus & luculentissimus Naturalis historiae author Plinius 2. Veronensis, cuius casum describit accurate Plin. inior, li. 6. epist. 16. ad Tacitum.

1 [H i c e s t pampineis viridis modo Vesuuiis vmbbris.] *Viridis modo* dixit, vt deinde subiungeret antithesin:

Cuncta iacent flammis, & tristi mersa fauilla.

Vmbbris pampineis. Metonymia est. tribuitur enim effectui id, quod causæ est. Vmbra si quidem omnis nigra: pampini ex quibus vmbra virides. Notauit autem in hoc montis eius fertilitatem & vinearum prouentum; *Qui* hodieque celebris est in Italia summa copia Græcivini. Vocaturque hic mons vulgo, *il Monte di Somma*.

2 [P R E S S E R A T hic madidos nobilis vna lacus.] Poëticè dicitur, id est, mustum ex nobilibus vni expressum impleuerat lacus madidos. Lacus appellat torcularia ipsa.

3 [H a c i n g a quam Nyse colles plus Bacchus amavit.] ob vini nobilitatem Bacchus pratulit Vesuuium montem Nyse Indiae monti, vbi ex Iouis femore editus fuit: vnde inuenit nomen Dionysij à Ioue & Nyse derivatum.

4 [H o c nuper Satyri monte dedere choros.] Bacchi Comitatus Satyri & Fauni, qui choreas agébant, in locis amœnis. Eratque eorum locorum summa laus. sic sup. li. 9. ep. 62. de Platano Cordubensi:

Sæpe sub hac madidi luserunt arbore Fauni.

5 [H a c Veneris sedes, &c.] Erant in Vesuuio monte duo fana, Veneris alterum, alterum Herculis.

6 [C v n c t a iacent flammis & tristi mersa fauilla.] hoc incendio, vt diximus sup. occidit Plinius. Nec est fides habenda Eusebio, qui scribit duodecimo anno Traiani Imp. periisse Plinium, dum viseret incendium

Vesuuij

Vesuuij montis. Nam cum idem Plin. lib.2. cap.106. enumeret ea loca ex quibus erumpit ignis è terra , non meminit Vesuuij montis. Vnde colligitur hoc incendium tempore Titi vel primum fuisse, vel à multis seculis repetitum. Non enim latuisset diligentissimo scriptori incendium sui temporis adeò celebre : Sed credibile excitatum fuisse ea fama, vt vellet oculis insigne illud naturæ miraculum perlustrare, vt id litteris mandaret: quemadmodum Plin. iunior in sup. dicta epist. restatur fecisse.

7 *Nec superi vellent hoc licuisse sibi.] Mira hyperbole, qua Diis huma-*
nūm pœnitentiæ tribuit affectum.

AD EPIGR. XLV.

Alloquitur Phœbā in gratiam Parthenij Domitianī cubicularij, Aeuīus filius Burrus quinque annos eo natali die compleuerat. Rogat vt sacrificium libenter accipiat, votoque patris de filio fortunet. De hoc Parthenio & filio Burro mentio est, lib.5. epig. 6.

1 *P L E N A dat letu acerra.] Proverbialiter dictum, quo significat abū-*
dē datum thus. Est enim, acerra, thurarium vas οἰνοπατέρις Græcè, vt est,
in gloss. quam arculam manibus tenebat in sacrificiis puer, qui in iis
Camillus vocabatur. Formulam summis à Virg. Aeneid. 5. vers. 745.

Pergameumque larem & cana penetralia Vestae,

Farre pio & plena supplex veneratur acerra.

Eadem etiam vsus est Horat. lib.3. carm. ode 8.

Quid velint flores & acerra thuris

Plena miraris. Contra verò parua acerra, significabat pau-
perum & tenuium sacrificium, qui tribus digitis paucula grana thuris
libabant. Ouid. lib. 4. eleg. 8.

Nec qua de parua pauper Dīs libat acerra Thura

2 **P A L A T I N V S munera Partheniūs.]** Palatinum appellat Parthenium, quod cubicularius esset Palatinus Domitianus, vt dōcet Sueton. in eius vita. cap.16. & 17.

3 *Vt qui prima nono signat quinquennia lustro.]* Duplici de causa celebrabatur hic dies à Parthenio, & quod natalis esset filio : & quod in eo quinquennium expleuisset, quod esset puero primum lustrum, quod spatium quinq; annorum est, vt apud Græcos Olympias, vnde sequenti versu,

Impleat innumeros Burrus Olympias.

Idem est, ac innumera lustra.

4 **S I C te tua diligas r̄xor.]** Daphnīm intellige, quam perdite Phœbus (vt est in fabulis) amauit, cum ea auersata semper illum fuisse. de voce sic, videndus Brifsonius de formulis, lib. 1. & infra lib.7. epigr. 73.

5 *G A V D E A T & certa virginitate soror.]* Perpetuam virginitatem seruasse Dianam & castitatis laudem meruisse, omnium scriptorum testi-
monio comprobatur. Id autem gratissimum Apollini fratri semper
fuit, Timuitque aliquando ne secus illa faceret. Sic Oriona, quem ab ea

ob temeritatem sagittis confectum. Horat. lib. 3. catm. od. 4. cecinit. occisum esse sagittæ eius istu in fronte tradit Diocles in lethiferis pharmacis, decepta ab Apolline, qui sponsonem fecerat cum ea, si in natam quoddam signum certò sagittam dirigeret, cum ipse probè nosset caput esse aduenientis Orionis, qui tantæ magnitudinis erat, ut à quauis vel maxima profunditate humeros saltem supereminens emitteret. sic Virgil. lib. 10. vers. 763.

— quam magnus Orion,

Cum pedes incedit medi per maxima Nerei

Stagna viam scindens, humero supereminet vndas.

Id autem fecisse Apollinem constat, quod suspicaretur aliquem amoris igniculum in sorore accensum, consuetudine Orionis, quæ etiam illi nubere decreuerat. Ideò Poëta nec obtestatione vtitur, quod gratissima Apollini futura esset certa sororis virginitas.

6 PERPETVO sic flore mices.] florem iuuentæ intellige: Nam Bacchus & Apollo perpetua iuuenta donati sunt, & inter se de pulchritudi ne, deque comarum prolixitate semper certarunt. Ideò optat in hoc certamine victorem esse Phœbum.

AD EPIGR. XLVI.

Iridet fastus animosque Sabelli rabulæ, qui donatus fuerat Saturnalibus quibusdam multis xeniis, quæ omnia simul nullius pretij essent: ille verò se diuitem & beatum existimabat. Enumerat ea omnia & describit. Similis irrisio legitur, lib. 7. ep. 52.

1 SATURNALIA dñitem Sabellum.] in Saturnalibus mitti solere doma amicis notissimum est ex omnibus scriptoribus, & ex Macrob. & ex hoc Poëta etiam. Aduocatis & caussidicis mittebantur, vt ex hoc epigrāmate colligi potest, iisdem Saturnalibus & etiam Natali die, vt constat ex epig. 87. lib. 10.

2 FABÆ QVE fresa.] frendere frangere est. inde faba fresa, id est, fracta venudetur pellicula illa duriori, qua coniecta est faba, siveque fiat mollius & suauius ex ea pulmentum.

3 ET iburi piperisque tres selibra.] tres selibras dixit, vt à tribus missas significaret, & muneris vilitatem irrideret: nam si ab uno missum id munus fuisset, sesquilibram dixisset.

4 ET Lucanica ventre cum Falisco.] Lucanica sarcinoris genus, quod milites à Lucanis didicerunt, vt Varro scribit, li. 4. de L. L. Lucanicam, inquit, dicunt, quod milites à Lucanis didicerunt, qui & à Faliscis ventrem; qui venter porcinus est, & fartus frustis porcina carnis, pipere & aliis saporibus conditæ. De Lucanica est epig. 35. lib. 13. Cur autem foemina, genere effteratur, Charisius Grāmaticorum Coryphæus, lib. 1. docet: Quæcumque, inquit, deriuantur & media sunt portestate, quo quis genere dici possunt: sumū enim genus ab his, quibus coniuncta sunt, vt puta, Lucanicum intelligitur pulmentum & intestinum, & hic lucanicus subauditur botellus, aut apparatus, & bac Lucanica

fæminino genere intelligitur bira, hoc est, intestinum aut aliud quod unusquisque intelligere voluerit. Sumtum enim est nomen ab innentoribus Lucanis.

5 Et *ficus Libyca gelata testa.*] de ficubus Libycis hibernis scitum est, à Catone Africanas appellatas, quæ causæ fuerunt belli Puniæ tertij. De Mæsis qui producantur, videndus Plin. lib. 15. cap. 18. hic autem per hyperbolam vnicam ficum Libycam existimo à Poeta dici missam Sambello. hæc enim ficus magno in pretio habebatur. Quare Aduocato missa vniqa est, quia magnis patronis non mitteretur vniqa, sed plures: neque esset xenium contemnendum. Quam sicum vt ornaret cliens, gelatam testam referret bulbis, coeleisque, caseoque. Sic intelligo gelatam testam, non vt accipit Domitius, cui suffragatur etiam Raderus, pro corio ficus duro. Nam si, vt ipsi adstruunt, hæc fucus erant recenses & non aridae, qui fieri poterat, vt adeo dura congerentur cute, quæ testa dici posset? gelatamque dixit, quod brumali tempore missa esset.

6 Et *crasso figuli polita calo Septenaria synthesis Sagunti.*] Synthesis compositio est & constructio aliquarum rerum, sed præcipue vestium, vt constat ex Scæuola in L. Titia 38. §. 1. II. de auro & arg. leg. Quero, an ex vniuersa veste, id est, Synthesis, &c. Vnde per Synecdochen Synthesis pro veste sumitur, lib. 5. epig. 80.

Vndecies una surrexit Zoile cæna,
Et mutata tibi est Synthesis vndecies.

& ultimo versu:

Prigus enim magnum Synthesis una facit. Sed hoc nomine, vt dixi, vniuersa vestis composita investiario vocatur. Hinc per translationem eleganter Synthesim vasorum appellat, Septenariamque vocat, quod septem vasa Saguntina fictilia contineret. Eadem metaphora vtitur Papinius, lib. 4. silu.

*Aut vnam dare Synthesim quid horres
Alborum calicum arque cacaborum.*

Quæ omnia doctissimus Turnebus notauit verè lib. 23. cap. 19. Saguntina vasa lutea appellat semper Poëta per contemptum, vt lib. 8. ep. 6.

Ficta Saguntino pocula ficta luto. Ideo crasso polita calo dixit, & toreuma luteum, Hispana rota. Irrisorie vocat toreuma, cum id nomen cœlatis aurii argenteique vasis tribuatur, vt sup. lib. 3. epigr. 35.

Arius Fidiace toreuma clarum. & d. ep. 6. lib. 8.

Miratus fueris cum prisca toremata multum. Eadem irrisione vtitur in poculis fictilibus missis ad Flaccū, li. 12. ep. 75.

Nullum sollicitant hæc Flacce toremata forem.

7 Et *lato variata mappa clano.*] mappas solere mitti Saturnalibus vulga-

tum est, ex lib. 5. ep. 18.

Quod tibi Decembri mense quo volant mappae.

& lib. 7. ep. 52. & ep. 71. & lib. 10. ep. 87. inf. ep. 89. Haec autem vel puræ erant, vel clauatae, id est, clavis purpureis vel aureis variegatae. Clavi in ueste vel lati vel angusti. unde *latus clavis Senatoria*, *angustus Equestris vestis*. & *latus clavis* pro Senatoria dignitate, ut in L. nuper 42. II. de donat. int. vir & vx. & *Angustus clavis*, pro Equestri, ut est apud Velleium Paterculum de Mecenate scribentem, qui Equestri dignitate contentus erat his verbis: *Mecenates non minus Agrippa Caesaribus, sed minus honoratus, quippe vixit angusto clavo penè contentus.* Vnde in d. L. 42. IC. differentiam assignat inter laticlavum & Equestrem dignitatem, dum inquit, *ut ecce si vxor viro laticlavij petendi gratia donet, vel ut Equestris Ordinis fiat, &c.* De quibus late dicemus ad lib. 5. ep. 87. Hinc irrisoriè Noster mappam variatam lato clavo missam dicit, pro magnò xenio huic rabulae, quasi dignam quæ Senatori mitteretur. Eodem ioco vtitur Petronius cum mappam laticlaviam dicit his verbis: *Pallio enim coccineo ad rafsum inclusicerat caput, circaque oneratas ueste ceruices laticlaviam immiserat mappam, simbris hinc atque illinc pendenteribus.* Vbi immiserat, pro strauerat, dixit non communi notione, ut apud Ælium Lamprid. in Alex. Seuero: *Coniunctionem neque optimum neque nimis parcum, sed nitoris summi habuit. ita tamen, ut pura mansilia mitterentur, sapius quoque clavata, durata verò nunquam,* &c.

8 SATURNALIA fructuosa, &c.] concludit epigramma scommate mordaci in Sabellum, qui decem annis superioribus non habuerat fructuosa Saturnalia, cum haec adeò vilia & sordida depinxerit.

A D EPIGR. XLVII.

Iocus est in pictorem, qui encaustum depinxerat Phaëthonem, consumtus ex nominum significatu, in quo frequenter hic noster luditur. *Ιανων* enim ab igne dicitur, quod ignito cælo in cera pingerentur imagines, vel etiam in ebore. De quo genere pictura deque eius inuentoribus & cultoribus multa Plin. lib. 35. cap. 11. *Ιανων* autem bis vestum significat. Cum igitur Phaëthon igne consumtus fuisset, & iterum à pictore igne expressus in cera, dipylon fecisse Phaëthonta per iocum dixit.

A D EPIGR. XLVIII.

Est epigramma in Papilium Pathicum, qui pædicari appetebat, & deinde præcitus flebat: Per irrisiōnēm querit, vtra ex his duabus causa flectus sit: an quod pœnitentia eum obscenæ illius pruriginis: an quod destinat præcidi.

P R A E C I D I gaudes.] de verbo præcidendi dictum est, sup. epigr. 72, lib. 2. n. 1. Eadem significatione dicebant vett. *Dividere.* Vnde natus est communis error in obscuri loci Ciceronianī explicatione in epist. 22.

lib. 9. vbi in exemplum earum vocum quæ alias honestæ aliquam sonant obscenitatem hæc posuit verba. Numquid non honestum verbum est diuisio? at inest obscenum, cui respondet intercapedo. Vulgariter interpretantur diuisione propria acceptio honestum esse verbum: At vero significari etiam eo pathicam turpidinem, cui posteriorum intercapedo respondeat, quos interpretes fallere gnauiiter docuit magnus Scaliger olim in Catullum, pag. 38. nam in verbo *diuisio* inest hoc verbum *viso*, quod est *βοῶς*: sicut in verbo *intercapedo* inest *pedo*, quod est Græcè *πέδω*. Est autem *viso* Latinè flatum ventris sine strepitu mittere, ita ut non aures, sed nates solum offendat: Pedo autem eundem flatum cum sonitu emittere, & Latinè *vtrumque* verbum per onomatopœiam fictum est.

2. *Poenitet obscena pruriginis.*] Aristoteles in historia animal. sentit pathicos eo fieri, quod aliquibus semen defluat ad podicem, & inde oriatur prurigo. Sed hoc falsum omnino est, nec fieri potest ut homini ad podicem semen fluat, & hanc patiendi prauam cupiditatem necesse est ad aliam naturalem causam referre.

AD EPIGR. XLIX.

Flaccum quandam per *ωραῖούς* stultum esse ostendit, qui communem vulgi errorem secutus, existimabat epigrammata meras esse nugas, tragœdias vero & epopœias poëmatis grauitatem sibi vendicare. Ostendit id, quod est tragediae & epopœie, materiam è fabulis fictis & Poëtarum somniis esse desumtam, epigrammatovvero materiam ex hominum moribus: illa delectationem & vanam admirationem contineare, hæc autem correctionem & emendationem vitiorum. eiusdem argumenti est epi. 4. lib. 10.

1. *ILLE magis ludis, &c.*] Comparat Tragicos & Epicos Poëtas cum Epigrammatariis, ut ostendat illos maiores agere nugas. Fabula autem, quæ hic apponuntur, notiores sunt quam ut indigeant explicatione.

2. *A nostris procul est omnis vesica libellis.*] per irristionem vesicam appellat cothurnatum dicendi genus illorum Poëtarum.

3. *Nec insano syrmate,*] per allegoriam Tragicorum fastum irridet. Syrma namque ea vestis pars est, quæ oblonga nimis solum verrit, qualem reges & heroes trahebant per theatra in agendis tragediis. usurpauit hoc verbum lib. 12. ep. 96.

Transfutis ad Tragicos se nostra Thalia cothurnos,

Aptatis longum tu quoque syrma tibi..

& Iuuenal. sat. 8. verf. 228.

Ante pedes domiti longum tu pone Thyestæ

Syrma, vel Antigona seu personam Menalippæ.

& satyr. 15. verf. 30.

Nam scelus à Pyrrha, quamque omnia syrmata volnas,

Nullus apud Tragicos populus facit.

4. *ILLA ramen laudans omnes, &c.*] Obiectio est per prolepsim, quod

omines grauitate epopœia & tragœdia capiantur: hæc enim poëmata & præcipue tragœdia, grauissimis hominibus digna videbantur, adeò ut serio ea scriberent, vt fecerat Augustus, qui Aiacē quam inchoauerat, spōgia deleuerat. Vnde ioci occasione sumis cum dixit Aiacem suū in spōgiā incubuisse: de quo Suetonius in eius vita ca. 85. Cui obiectioni respondet Poëta, verum illud esse omnes laudare, admirari & adorare sublimia illa poemata: ista tamen epigrammata legere.

AD EPIGR. L.

TE&tè fellatricem appellat Thaidem, quam suprà epigr. 12. eodem vi-
tio notauit. Appellabat hæc poëtam subinde senem, respondet ad
irrumandum neminem senem esse. Quasi dicat ad eum vsum, ad quem
tu homines appetis, satis aptus ego sum, quamuis sim senex. Senes nam-
que ad hoc libidinis genus magis apti sunt, ad quod non tanta vi opus
est. Notauimus iam id suprà lib. 3. epig. 74. vel 75. Ad idem notandus est
aptissimus locus Suetonij Tranquilli in Tiberio cap. 44. vbi narrat sole-
re Tiberium iam senem pueros irrumare: & subiungit. *Pronior sanè ad id*
genus libidinis & natura & atate.

AD EPIGR. LI.

EPigramma est eiusdem argumenti cum 100. & 104. lib. 1. de Cæcilia-
eno, qui factus ditior, parcior redditus est: vehebatur enim hexapho-
ro, cum vix sex millia possideret, prouectus ad vicies, pedes incedebat.
Optat vt Dij ei hexaphorum reddant *epigrammæ*, hoc est, vt ad pristinamte-
nuitatem reuertatur.

IDEA cœca.] Periphrasis Fortunæ, quæ non discernit quem prouehat,
aut quem demittat.

SINVM QV ERUPERUNT NUMI.] de reponēdis in sinum nummis dictum
est sup. lib. 2. epi. 6.

AD EPIGR. LII.

IN ficosum Ædilum est epigramma, qui iunctis capris gestari solebat,
qui cum propter morbum ficus meritò appellaretur, nunc ob gestati-
onem caprarum, caprificus poterit appellari.

GESTARI iunctis capris.] Domitius nimis hoc loco argutatur de
Ædilo Cynædo, qui eam turpitudinem passus sicum contraxerat mor-
bum. Ego planius hæc accipio de homine ficoso, quem sicum solet ap-
pellare Noster, vt diximus lib. 1. epigr. 16. Illud poterit admitti, quod de
Capris dicit, esse forte meretrices, ductus Horatij auctoritate lib. 1. ep. 5.
qui capras olidas appellat meretrices.

— locus est & pluribus umbbris:

Sed nimis arcta premunt olida coniuia capra.

Tamen placet magis cum Radero de capris cicutatis id intelligi, vt sup.
l. 1. ep. 105. Tigres, pardos, ceruos, vrsos, afros, bisontes iugū subiisse legi-
mus. & Lampridius in Heliogabalo narrat eum Imperatorē quaternos
canes ad currum iunxit, & sic esse vectum, processisseque in publicū: &

nōs superioribus annis vidimus mendicū quēdam hominē curru à valido quodam cane publicè vēctari. Vnde nōn mirum erit Aēdilum vanum fortē & insanum hominē à capris gestari voluisse.

AD EPIGR. LIII.

Epigramma est in fictū quēdam philosophū Cynicū, qui solo corporis cultu & maledicentia Cynicū se profitebatur: cum omni proflus Cynica institutione & doctrina esset destitutus. Ideo negat eum Cynicū esse, & tantum concedit esse canem.

1. **I**NTER penetralia nostre Pallados.] magis placet, *intra*, vt sit ynum & idem templum Mineruæ Flauianæ à Domitiano extructum, cuius méto lib. 12. epi. 3. ad librum suum, vt sit sensus; Cynicū hunc stare sāpē solitum inter penetralia Mineruæ, & limina eius templi.

2. **C**VM baculo peraque senem.] Plena est Cynici cultus descriptio, de qua fidem facit Laertius in Antisthene & Diogene, vbi tota hāc libertima secta describitur.

3. **C**VM cana patrisque stat coma.] id est, cui coma stat canis & putredine. Nec est insolens dicendi genus apud veteres, sed fortē significatio non vulgaris. Est enim idem ac, plena est coma canis & putredine. Virgilius lib. 6. Æneid. vers. 300. — *stans lumina flamma*, id est, pleni sunt oculi flammis. & lib. 12. vers. 407.

— *iam puluere cælum*

Stare videre. id est, plenum puluere. & Horat. lib. 1. od. 9.

Vides ut alta stet nūc candidum. *Soracte*,

& vetustiores Sisenius lib. 9. *Cælum caligine stat*. Lucilius sat. 5.

— *interea s̄t sentibus pectus*.

Sic lego ex Nonio & Gell. li. 8. c. 5. non fundiu.

4. **C**ERE A] quid sit cerea toga, vel abolla, diximus sup. lib. 1. epi. 93. n. 6.

5. **Q**UEM nudum tegit abolla grabati.] alias legitur *nudi* meliori lectione. Nam iacens Cynicus in lecto, nudus esse debebat, nec cultior alius iaceret vestitus. Itaque nullo sensu legeretur, quem nudum: & nudi grabati mentio frequens apud Nostrum, vt sup. lib. 1. epigr. 93.

Sed si nec focus est nudi, nec spōnda grabati. & lib. 11. epigr. 57.

Et tege, & cimex & nudi spōnda grabati.

Neque ided intelligas nō, vxor, referri ad grabatum: non enim erat vxor grabati, sed ipsius cynici, cum qua cubabat, vt diximus sup. lib. 2. epig. 16. & inde quælitus iocus lib. 14. ep. 119. de culcitra.

Dum poscor crepitū digitorum & verna moratur,

O quoties pellex culcitra facta mea est. appellat culcitram pellicem matulæ, quod cum ea cubaret, & in ea meieret. nam meiere per *peiorum* est rem habere, vt Persius sat. 6.

Patricia immeiere vulue.

Sic apud Tertullianum in Apologet. cum Mimus Gracus in Macedonia Oc-

dipum saltaret, & de incestu cum matre dolcret, risere barbari & de re non magna exclamarunt, quae eis rito puseps, id est, imminxit matri. Idcirkò hoc loco appellat hanc vestem, quod cum ea cubat, nec quod ea vxore alibi quam in grabato vteretur. Ideò appellauit vxorem grabati, vt si dicas seruus agri, quo in agro vtaris. Abollam non existimo aliam, quam militarem vestem & Imperatoriam: sed per translationem cum quadam irrisione transferatur ad cultum philosophorum, vt apud Iuuenalem de Stoico:

— audi facinus maioris abolla.

Id est, per metonymiam facinus philosophi veste talari induiti, qualis est abolla, & maioris, quod maior sit philosophus, quā miles dignitate.

6. C V I Q V E datis lustrat obvia dona cibis.] Vulgus per contemptum his Cynicis allatrabat, iis obstrepsens sui moris imitatione & benigni in eos cibos præbebant.

7. C A N I S,] Huius sectæ Philosophi canes appellati ab impudentia, quod omnia propalam agerent, quæ cæteri homines solent abscondere ab oculis aliorū. Deinde à maledicentia, quod in omnes allatratent. Ad quem morem Hecuba postquam captiuam ducta est, doloris impatientia, cum probra & maledicta in obuios iaceret, canis appellata est. Vnde sūta poësis fabulâdi occasio, eam in catum conuersam fingentibus, sed veram causam expressit. Plaut. in Menechm. scen. Nimiris stulte dudum feci. M E. Quia idem faciebat Hecuba, quod tu nunc facis. Omnia mala ingerebat, quemquem adspicerat. Itaque ad eò iure cepta appellari est canis. & quod hi Cynici etiam viderentur humani generis hostes, canes appellabantur: cum militare dictum sit in hostes Canis, vt sapissimè apud Homerum pro graui contumelia, quilibet in aduersariū suum xviii annos ingerit. Vnde Terentius in Eunuclo act. 4. scen. 7. GN. *Ain verò canis?* Sed hoc loco non dicit Martialis hunc canem esse, quod multum habeat de Cynicis moribus, vt est illud epi. 93. lib. II.

Mentitur qui te vitiosum Zoile dixit,

Non viuisus homo es Zoile, sed vitium.

Sed respicit eò, quod hic nulla ratione erat philosophus Cynicus, sed insipiens velut canis: ideò dixit:

Ese putas Cynicus, deceptus imagine falsa.

Erat vnum canis sub habitu Cynici Philosophi.

AD EPI GR. LIV.

D E huius epigrammati argumēto satis multa ad li. I. ep. 16. diximus, vbi indicem affiximus omnium epigrammatov eiusdē argumenti. Nā quæ causa nos à delitiis dehortatur, eadem miseros illos ethnicos ad omnē luxuriā & libidinē inuitabat, quod post breuissimū hoc vitæ curriculū nullū melioris vita spē haberēt, quam nos certissima retinemus.

1. O cui Tarpeias lscuit contingere quercus.] Domitianum quinquennale certamen Ioui Capitolino instituisse, vbi quernæ coronæ victoribus dabantur, docuimus sup. hoc lib. v. n. 3.

2. ET

- 2 **E T** meritas prima cingere fronte comas.] prima frōde, quod quercus Iouis
sacravnde de memore Tragico querna corona donato alibi, li. ii. ep. 10.
3 **C L A R V S** fronde Iouis Romanis fama colburni.] vel quod ab Imperatore
data, vel quod querna olim ciuica erat, reliquarum nobilissima.
4 **V T A R I S** totis Coline diebus.] id est, nullam diei partem perdas, sed te-
tos dies genio indulgeas, ita vt nec particulam solidi de die demas, quā
rebus gerendis impertias, vt Horat. dixerat lib. i. ode 1. vt à nobis expli-
catum est sup. ep. 8. huius libri.

5 **E X T R E M V M Q V E** tibi semper adesse putes.] sumtum ab Hor. li. i. ep. 4.
*Inter spem curvamque, timores inter & iras,
Omnem credo diem tibi diluxisse supremum.*

- 6 **L A N I F I C A S** nulli tres exorare puelas. &c.] Inexorable fatum esse an-
nuunt omnes poētae. Horat. lib. 2. ep. 2. prop̄ē finem.
— si metit Orcus

Grandia cum parus non excorabilis auro?

& Seneca in Hercule furente

*Id cuique ratus prece non vlla
Mobilis ordo.*

& Euripides θάνατον ἐργάσεσθαι vocat. & Propertius:

*Cum semel infernas intrarunt funera leges,
Non exorato stant adamante via.*

Vnde apud Homerum 9. Iliad. Agamemnon Nestori respondens, cum
de Achillis ira differeret, implacabilem dixit & indomitum Plutonem
esse, & propterea Deorum omnium hominibus odiosissimum.

- 7 **D I V I T I O R** Crispo.] Neronis vitrico, cuius opibus Nero ditatus
est.

8 **T H R A S E A** constantior ipso.] De Thrasea Pæto diximus sup. li. i. ep. 9.

9 **L A V T I O R** & nitido sis Meliora licet,] Nobilis hic Melior Statij Papinij
carminib. epistolę sylua secūdæ, epitaphio Glauciae, Arbore & Psittaco,
fuit laetus & splendidus, ideò nitidus appellatur à Nostro vt à Papinio
Sylua 2. *Quæ per supremas nitidi Melioris opace.*

10. **N I L** adic̄ penso Lachesis susosque sororum *Explicit.*] Similis sententia a-
pud Senecam in Hercule furente choro 1.

Dura peragunt pensa sorores,

Nec sua retrò fila renoluunt.

A D E P I G R. LV.

Icinum Hispanum poetam Horatii imitatem, qui tempore Domini
tiani floruit, hortatur ad celebranda Celtiberiæ loca, quæ quamuis
durioris nominis carmine comprehendit.

1 **Q V I** Gaurum veterem,] Graius vel Grauius Hispaniæ fluuius, de quo
Pli. li. 4. cap. 20. legendum igitur Graium vetrem, quem sic appellat quod
veteribus hoc nomine indagabatur. Suo tempore verò *Grauius*.

2 **A R P I S** cedre non finis dyscritis.] Arperum oppidum Apuliæ. Horatius

autem Apulus Venasius, & per visitatissimam poëtis synecdochen, Arpos pro tota Apulia, & per Metonymiam, Apuliam pro Horatio posuit: ut sit totus sensus. Ita excellis in Lyrico carmine, ut Hispanus cum sis, non cedas Horatio: nec plus gloriae ille Apulia, quam tu Celtiberiae conferat.

3. ARGIVAS generatus inter vrbes.] Vitiosa dispuñctio huius quas turbas dedit. Doctissimos viros certe decepit, nam Raderus anxie querit, quomodo Hispanus poëta inter Græcas vrbes natus dicitur, & confugit ad Græcorum colonias in Hispaniam ductas, inter quas Grauii castellū, Plin.li.4.cap.20. Tu vero nebulas hasce ita discute. Post versum superiorem appinge Periodi notam, & quod sequitur

Argiuas generatus inter vrbes.

sit suppositum verbi, *cantet*, id est, Poëta quilibet Græcus generatus inter Argiuas vrbes, celebret eas veluti Thebas, Mycenæ, Rhodon aut Lacedæmonia, quod dictum est Horatij imitatione od. 7.lib.1.

Landabunt alij claram Rhodum aut Mitylenem,

Aut Ephesum, bimarivæ Corinthi.

Mœnia, vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos.

Insignes, aut Thessala Tempe, &c.

Nam deinde per contentionem subiungit Nos Celis genitos & ex Iberis, celebremus nomina nostrorum oppidorum.

4. AVT libidinosa Ledæas Lacedæmonis palestræ,] Ledæas palestræ appellavit puellarum luctas, quæ Lacedæmoniæ nudæ ad palestram descendebant, & cum viris etiam nudis luctabantur. Propert.lib.3. cl.12.

Multa tua Sparte, miramus iura palestra,

Sed mage virginici tot bona gymnasii.

Quod non infames exerceat corpore ludos,

Inter luctantes nuda puella viros.

More tua geniis nitida dum nuda palestra

Ludis, & es nudis mixta puella viris.

& Ouid. epist. 15.

Idem Xenophon de Republ. Lacedæmon. Euripid. in Androm. Cuius rei fœdæ & dishonestæ caussæ multæ à multis afferuntur. Plutarch. in Lycurgo existimat id institutum fuisse, ut iuvenes puellarū pulchritudine capti, facilius earū nuptias appeterent. Ego crediderim in honoré Ledæ, quæ proprios edidit Deos, Castorem & Pollucem, id fieri solitū. Nam quando ipsa dea Ioui placuit, nuda erat in balneo, in cuius rei memoriæ nudæ prodibant in certamē Ledæ memoria tributū. Ideoq; dictū à poëta *Ledæas palestræ*; sed cur libidinosæ Lacedæmonis, cū ea citius morum honestate & sanctitate ceteris antecelleret, an propter gymnicum hoc puellarum certamen? an quod præcipue Venus ibi coleretur & sacra esset Veneri ea vrbis: an propter vitramque caussam?

5. NOS Celis genitos & ex Iberis,] Vulgatissimum est eum Hispaniæ tractum, vbi Bilbilis à Celis olim occupatum fuisse. & incolas ex Celtarū & Iberiæ nomine Celtiberos appellatos fuisse.

6 **G R A T O** non pudes referre versu.] id est, versu qui gratissimæ patriæ gratiam referat, ea illustranda & celebranda.

7 **S A E V O** Bilbilum optima metallo.] sanguum metallum ferrum appellat, quod optimè Bilbili cudebatur, quāuis aurum etiā haberet in l.12. ep.18.
Aurum Bilbilis & superba ferro.

de salonis aquis nobilib. & armorū tēperatura diximus satis ad l.1. ep.50.

8 **Q V & Chalybasque Noricosque.**] Chalybes descripti à Mela lib.1.cap.12. & celebratorum Poetarum carminibus. De Noricis scripsimus sup. ad lib.spectacul.epi.23.n.1.

9 **P L A T E A M** ferro suo sonantem.] Hispaniæ oppidum Platea, ferrariis officinis nobile, de quo d.epi.8 lib.12.

Hic piger colimus labore dulci Botridum Plateamque.

Subsequuntur multa nomina oppidorum, quæ propter ignobilitatē ignota sunt veteribus scriptoribus, & nobis quod diruta iam vel immutata non licet diuinare quæ fuerint: vnde consulto prætermittimus.

10 **P E R** quæ vel piger ambulet viator.] legendum omnino Per quod. vt referatur ad Ilicetum.

11. **E T** quod fortibus excolit iuuenient.] legendum, Quia, vt referatur ad arua: Librarii enim negligentia transposita hæc sunt.

12 **H A E C** tam rusticæ malo quam Britannos.] Iacobus à Cruce Notis in Martialem, emendat hunc locum, & legit, Bisuntos: quod Bisuntium Ptolomeo oppidum sit in Hispania. Os hominis qui cum scribat in hoc epigrammate poetæ verba, vel non legat, vel non perpendat. Excusat Martialis rustica Hispaniæ oppidorū nomina: qui poterat ea præferre alii eiusdem Hispaniæ nominibus. Non adeò stultus Noster. Ego præfero aliquorum codicū lectionē, vbi est loco ~~is~~ Britannos, Bituntum. Est autem Bituntum Italæ oppidum, quod rusticitate nominis videtur omnia Hispaniæ oppida, quæ hic annumerantur, superare. Estq; vilissimum Apuliae oppidum, quod per contemptum etiam adduxit sup.lib.2.ep.48.

Hæc præstes mibi Ryse, vel Bitunti.

Sic enim lego, vel quod idem est, Bitonti. Est igitur recriminatio in delictum lectorem Italum, quasi diceret, irrides hæc rustica nomina, irridetum Bituntum.

AD EPIGR. LVI.

CVm liberalitas & munificentia nullum sibi proponat præmium, refutat hoc epigrammate Gargiliani cuiusdam hæredipetæ vanitatē, quise munificum vocati volebat, quod iis, quos captabat, ingentia munera mitteret: sordidumq; eum & spurcū vocari debere affirmat, largiri que & donare se docturū profitetur, si sibi pauperi & à quo nihil expectare potest, munera mittat. Huius argumenti vt puta, rei illis temporibus vilitatissimæ, sunt permulta epigrammata. sup.lib.2.ep.76. inf.lib.5. ep.18.li.6.ep.62.& 63.lib.8.27.li.11.56.li. 12.92. præter alios auctores, qui nobis hanc rē suis scriptis fecere notā, elegantissimus elegantiarū arbiter

Petronius describit in satyrico Crotona Italie oppidum, vbi oēs hæredipetæ erant, in qua descriptione villicus quidā hæc verba profert totū negotium mirē complectentia: *Quoscumque homines, inquit, in hac vrbe videbitis, scitote in duas partes esse diuisos. Nam aut captantur, aut captant. Quinetiā & apud IC. vulgarissimus de captatoriis institutionib. & volūtatio. locus.*
VIDVIS QVE ingentia mittis.] aliās legitur, retulit, sed malo, viduis. nam hæ diligentius captabantur. Vnde illis fastus & imperium. sup.lib. 1.ep.50. *Imperia viduarum procul.* & lib.2.ep.32.

Abneget & retinet nostrum Laronia seruum,

Respondes, orba es, diues, anus, vidua,

2 *VIS temunificum.] per hyperbolēn auget Gargiliā vanitatem, nam munificentia maius quiddam est liberalitate.*

3 *QVI potes infidias dona vocare tuas?] desumitum, vt alia pleraque ex Sen. epist. 8. Munera ista fortune putatis? infidiae sunt. Ut enim pīscis spe aliqua cibi capit, ac decipitur: sic qui accipiunt captantur, & qui mīttunt munera, captant.*

4 *DONA Gargiliāne mibi.] solet frequenter poeta à seipso iocum capere, cum ingenuè suam tenuitatem fateatur, *Dona*, inquit, *mibi ut omnino captacoris opinionem amittas, cum omnes sciant nūl à me expectari posse.* Similis est iocus & sup.de Zoilo ægrotante lib.2. ep.16.*

Vus fieri sanus, fragula sume mea.

A D E P I G R . L V I I .

Indicit Faustino hospitium Tybure, vbi Faustinus degebat Augusto. Imense, & poeta apud Baias alieno valde tempore. Iubet igitur Baias valere cum sē Tybur ad Faustum conferat.

1 *LASCIVI stagna Lucrini.] ob lasciuientium ibi hominum frequentiam, & vitiorum diuersorium, vt docuimus sup.ad epi.63. lib.1.*

2 *TIB colis Argini regnum Faustine coloni.] id est, Tibur conditum à Catullo Amphiaraī filio, quem Horatii imitatione lib. 1. od. 6. Argium vel Argæum colonum vocat. Sic enim ille:*

Tibur Argæo positum colono.

3 *QVO te bis decimus ducit ab vrbe lapis.] id est, Tiburtinum tuum distat ab vrbe viginti millia passuum.*

4 *HORRIDA sed feruent Nemæi pectora monstri.] poetica periphrasis summi æstus, qui viget præcipue Augusto mense, quando sol in leone commoratur. *Pectora*, verò dixit, quod in leonis pectori fulgentissimum astrum est, quod Astrologi cor leonis appellant. de fabula Nemæi leonis iam sèpius dictum.*

5 *NEC satis est Baias igne calere suo.] tacite causam reddit suæ migrationis institutæ ad vitandos calores, quos ibi quâ à Solo, quâ à cœlo perferebat.*

6 *ERGO satris fontes, & littora sacra valete.] Quod sacri fontes sint, dictū est sup.li.3. ep.3. sacra littora nō admittit Gruterus, quod in veteri cod. dicat*

- se inuenisse, *grata*, sed ego retinuerim libenter, *sacra*, quod subiungat.
 7 *N Y M P H A R V M pariter Nereidumque domus.*] quod Nymphæ in fontibus, Nereides in littoribus degant. Nec video qui posset Poëta eo tempore, quo æstus eius loci fugiebat, *grata* appellare Littora.
 8 *H E R C U L E O S colles gelida vos vincite bruma.*] id est, hiberno tempore cedat vobis Tibur. Hoc autem æstiuo vos ei cedite.

AD EPIGR. LVIII.

Iridet Gallam deploratæ impudicitiaæ fœminam; quæ maritum secreto lugebat, in quo mirari libet summum Poëtæ acumen, qui sup. li. i. ep. 34. Gelliam reprehendebat quod patrem non secretò, sed palam fleret, easque lachrymas non veras, sed fictas dicebat: quod ille verè doleat qui sine teste dolet. Nunc autem illud ipsum tribuit vitio Gallæ, quæ adeò erat infamis ob impudicitiam viuente viro, ut posset eam pudere, quod fleret.

1. *N u m plorare pudet te, puto, Galla, virum?*] corrupta lectio. omnino legendum, ut in aliis absque interrogatione:

Nam plorare pudet te, puto, Galla virum.

quod enim Raderus præferat aliam lectiōnem, & sic interpretetur: *Num puto pudet te Galla virum plorare?* id nec Latinitatis ratio, nec communis sensus admittit.

AD EPIGR. LIX.

HIVIS epigrammati argumentum explicatum est sup. ep. 32. in simili casu de ape inclusa electro. Hic eadem ratione vipera succini visco implicata interiit.

1. *F L E N T I B V S Heliadum ramis.*] Poëticè dictum. Heliades enim sores Phaëtonis, qui eius casum deflentes, in arbores conuersæ fuerunt, à quibus defluit succinum.

2. *D V M viperæ serpit.*] præfert Gruterus, *repit*. Ego retineo, *serpit*: serpere enim dicuntur ἄνδρες; repere autem, quæ pedes habent breuissimis cruribus, ut lacertæ.

3. *C O N C R E T O riguit vincitæ repente gelu.*] *Gelu concreto*, dixit pro succino: non quod frigore, sed quod rigore & duritate gelu imitetur. vide quæ diximus sup. ad li. 3, epig. 65. Malo *Quæ vincitæ*, legere, quam *victa*, ut alias legitur, quod superiori versu dicat *teneri*.

4. *N E tibi regali placeas Cleopatra, &c.*] Epiphonema per Apostrophen, quod Viperæ sepulchrum reapse ditius & pretiosius sit quouis Mausoleo, refert autem Plutarchus in Antonio Cleopatræ corpus ab Augusto regali apparatu conditum esse cum Antonio. Sed clarius Suetonius in Augusto, cap. 17. *Ambobus*, inquit, *communem sepulture honorem tribuit*, *et tumulum ab ipsis inchoatum perfici insit*. Credibile autem est tumulum inchoatum à tam fastuosa regina, absolutum à tanto Imperatore fuisse splendidum: sed hoc viperæ sepulchrum splendidius multò.

AD EPIGR. LX.

INeuitabile fatum esse docet hoc epigramma , cum loca eligantur ad salubritatem; pro anni stationibus , neque in vlo loco liceat mortem effugere. Adducit in exemplum Curiacum quemdam , qui cum valetudinis causa Tibure æstiu Solsticio habitaret, ibidem obiit.

A R D E A Solsticio, &c.] tria oppida Solis feroe æstuantia enumerat. Ardeam oppidum Latij , Poestum Lucaniæ , & Baias. Quarum periphrasis , *Quique Cœno fidere ferunt ager*. Cum superiori epig. 57 dixerit Baias duplici calore Cœli & Solis feroe.

C V M Tiburinas damnet Curiatius auras, &c.] id est, cum Tibur infame sit, valetudine & morte Curiatij extinti , ibi inter laudatissimas eas & salubres aquas.

N V L L O fata loco possis excludere.] γνῶμα celeberrima, quæm prouerbio insigni confirmat : **C V M M O R S V E N E R I T , I N M E D I O T I B V R E S A R D I N I A E S T .** id est, imminente fato, vel saluberrimus locus, quale est Tibur, pestilens est, qualis est Sardinia. Sardinia namque notissima mediterranei maris insula, notata à veteribus ob cœli grauitatem, vt constat multis auctorum testimonii : Taciti præcipue, lib. 2. Annal. sub fine, qui narrat sub Tiberio Senatus consultum fuisse factum, *ut Iudaorum & Aegyptiorum quatuor millia in insulam Sardiniam reverentur, qui si interiungent ob grauitatem cœli, facilem iacturam, & rile dampnum futurum.* Quod Sueton. etiam cap. 36. in Tiberio refert, non nominata Sardinia his verbis : *Iudaorum inuentum per speciem sacramenti in provincias grauioris Cœli distribuit.*

AD EPIGR. LXI.

VAnum quemdam & mendacem Mancinum depingit , & reprehendit , qui miseros sodales subinde enecabat, narrandis iis, quæ sibi donabantur. Quæ multa enumerat Poeta more suo, qui sœpè nimius est in sua amplificatione. Rogat hominem vt tandem tacere velit , aut si non possit , aliquid narret , quod libenter sodales audiant , id est, se spoliatum bonis suis, iacturam fecisse, fustibus cœsum, aut aliud quid infortunij, quod sodales libentissime audituri sunt.

I N schola Poetarum Dum fabulamur.] sup. lib. 3. ep. 10. de Canio:

An otiosus in schola Poetarum

Lepor tinctos Atticos sales narrat.

Erat autem Poetarum schola , vbi ad recitandum Poetæ conueniebant. qui locus apissimus confabulationibus. Quamuis hoc nomen sequentibus temporibus usurpatum fuit pro quoquis collegio. Etantque scholæ Iurisconsultorum, id est, collegia. Vnde Aduocati eorum collegiorum vel scholarum scholastici vocabantur : quo nomine primum nuncupati sunt Rethores , vt in Dialogo de Oratoribus scribit vel Tacitus vel Quintilianus. & etiam declamatores litium fictarum. Vnde translatum nomen ad verarum litium actores, Plin. lib. 2. ep. *Adbuc*, inquit,

Scholasticus tantum est, quo genere hominum nihil simplicius. Nos enim qui in foro verisque litibus terimus, multum malitia quamvis nolimus, addiscimus. Schola & auditorium & ficta causa innoxia est. Hac acceptancee vtitur eo nomine Constantinus Imperator in L. præter solemnes 2. Cod. de lucr. aduocat. lib. 12. Præter solemnes & canonicas penitiationes multa à provincialibus indignissima postulantur, ab officialibus & scholasticis. & Lex in Cod. Theodosiano. Non latet, inquit, scholasticos ultra modum acceptis honorarijs, in defensionem causarum annonas & sumitus accipere consueisse, & aliis multis in locis, de quibus eruditii Iurisconsulti differunt. Hinc celebris scriptor Agathias Historicus & Poeta Græcus scholasticus appellatur, qui aduocatus erat, vt ipse testatur sub initio libri 3. & epigr. ad Silentiarum.

1 S A R D O N Y C H A S auro lineisque ter cinctum.] mirè variant libri in hoc versu: Legitur namque Sardonycha auro, vel, Sardonycha verum. Quem lectio veriore puto. nam lib. 9. ep. 60. legitur:

Sardonychas veros mensa quesuit in omni.

Cinctum autem dixit ter lineis: Nam Plinius hanc gemmam veram tribus lineis nigra, candida, & miniata scribit distingui.

2 D V A S Q V E similes fluctibus maris gemmas.] Smaragdos Demetrius intelligit, alycalles, quas Plinius littoro so mari similes dicit, alij Cyanea, alij Beryllos, alij Caristos. Elige tu quam malueris gemmam, & de his lege Franciscum Ruci, qui diligenter scripsit de gemmis.

3 Q Y I D tibi sodales fecimus mali tantum.] visitata conquestio Poetæ sup. lib. 1. ep. 19.

Quid tantum fecere boni tibi pessima vina?

Aut quid fecerunt opima vina mali.

AD EPIGR. LXII.

*L*ycorin irridet, quæ cum sciret ebur candidius fieri frigidissima Tiburis aura, vt Plin. testatur, & Silius Ital. dum inquit:

— semperque nouum quod tiburis aura Pascit ebur.

vbi, pascit, dixit pro sustentat & conseruat, & Propert. lib. 4. eleg. 7.

Nunquam Herculeo numine palles ebur. Persuadebat sibi omnia ibi candida fieri. Ideoque cum nigra esset, migravit in Tibur. Hoc expessius de eadem lib. 7. ep. 12. Nigram autem Lycorem esse dicit sup. lib. 1. ep. 73. Sic quæ nigror est cadente moro

Cerussata sibi placet Lycorem.

AD EPIGR. LXIII.

*D*efet Cærelia cuiusdam matris casum, quæ cum à Baulis (id villa nomen est, quæ promontorium Misenum inter & Bajanum lacum flexo mari alluitur, Taciti verba, lib. 14.) peteret Bajas, naufragio periit in eo freto.

1 O C C I D I T insani crimine mersa freti.] de more habet Noster crimina rebus inanimatis tribuere, vt lib. 9. ep. 31.

*Cappadocum sauis Antisinius occidit oria
Rufius. ô tristi crimine terra nocens!*

Sic sup. lib. 2. ep. 65.

O grande fai crimen, ô grauem casum.

Eodem modo nefas appellat, sup. lib. 1. ep. 13.

Hęu quam pene nouum porticus ausa nefas.

De ruina porticus Reguli, quam eandem innocentem appellat, eod. lib. ep. 83. *Propter quem fuit innocens ruina.*

2. **G L O R I A** quanta perit vobis.] ingeniose Raderus hoc loco, ut solet, hanc gloriam periisse Baiis dicit, cum Agrippinam Neronis matrem non mersissent, à qua celebre possent ducere, ut Icarium mare ab Icaro, Hellespontus sinus ab Helle, aliaque ab aliis casibus. Sed hæc interpretatione non congruit Poëta verbis, qui Cæreliam crimine insani freti mersam dicit. Sed hæc gloria Bajarum ab innocentia proueniebat, quod aquæ illæ etiam iussæ hoc criminis monstrum, nec Neroni quidem prestatuerint. Illa igitur summa innocentia gloria vobis, ô Bajanæ aquæ, periiit, cum nocentes vestra sponte in Cærelia factæ sitis. Itaque eius morte iam damnatae, ut dixit sup. ep. 60.

Cum Tiburtinas damnet Curiatias aquas.

De Agrippina, & quomodo machinoso nauigio repente soluto mergi iussa fuerit à Nerone, Suer. Dio & ceteri Historici.

AD EPIGR. LX IIII.

LAUDAT hortos Iulij Martialis à situ, à cœlo, à subiectis amoenis regionibus, à quiete, à benignitate & hospitalitate domini: præfertq. eos Tiburi, Prænesti, Saetix.

1. **I V L I I** ingera.] legendum omnino cum doctis viris, *Iuli*, vt l. 7. ep. 16.

Iuli bibliotheca Martialis. & Gruterus fidem facit, ita legi in

Cod. Pal. & in Iunij. Tacitus lib. 17. de Iulio Martiale quodam Tribuno bis mentionem facit, forte an hoc eodem.

2. **L O N G O Ianiculi iugo recumbunt.**] longo iugo dixit, quod, ut Baronius Cardinalis Annal. vol. 1. probat, Ianiculum erat veteribus locis ille, qui complectebatur omnes colles, qui modicarum vallium interiectu coniuncti ab eo termino qui est proximus Auentino atque Vaticano continuantur, & super Mutia porta porríguntur, ac propter Pontem Milicium terminantur.

3. **P V R I S** leniter admouentur astris.] non admouentur, ad culmina delicata celæ villa referendum. Nec post illud astris punctum aliquod esse debet. *Pura vocat astra*, quæ nullis nebulis aspectui subtrahuntur: eadem eleganti metaphora inf. lib. 8. ep. 14. *puras soles & sine fecer diem*, dixit:

Hibernis obiecta Noitis specularia pueros

Admittunt soles, & sine fecer diem.

4. **E T** totam licet astimare Rom. m.] idem dixit de Bibliotheca d. ep. 16. lib. 7. *Vicinam videt unde lector vibem.*

Est autem

Est autem hæc elegans Metonymia: Nam quæ videmus, æstimamus & iudicamus. Sic dicimus Hispani eadem metonymia; sojuzgar desde un lugar alto à los bajos. Dominos verò montes dixit, quod malo quam domino. Nam dominos montes septem illos appellat colles Romanos, ut sæpe dicit Dominam Romanam. & Poëta

Romanos rerum dominos.

5 Qvodcumque iacet sub urbefrigus.] Metonymia quarti generis, id est, quæcumque loca frigida.

6 Et quod Virgineo cruento gaudet, Anna pomiferum nemus Peranna.] de Anna Peranna, vel Perenna Didonis sorore in Italia apud Aeneam exulante, & in annem Numicum, ut vitaret Lauiniæ insidias, se præcipitante, & tandem pro Dea culta plena sunt fabulae. Totam autem narrationem complectitur eleganter Ouid. 3. Fast. Mense namq. Martio colebatur Idib. eius, ut annare & perannare liceret, ut Macrob. scribit, lib. 1. Saturn. c. 2. Ob hanc rem Peranna dicebatur, vel quod fere idem est Perenna, ut inquit Ouid. d. lib.

Anne Perenne latensi Anna Peranna vocor.

Illud autem quod virgineo cruento gaudet, video à nemine, quod sciam, intellectum. Nam quod id sit nemus Aricinæ Dianæ, quod, ut Strabo lib. 5. scribit, madebat sanguine hominum maestatorum ad morem sacrorum Dianaæ Tauricæ, nec mihi fit verisimile, nec ut ita sit, diceret Poëta, virgineo cruento. Minus arridet quod vulgariter dicitur, cruentum virgineum ferarum esse à Diana virgine fusum. Ego sic existimo hoc loco cruentum pro ipsa morte sumi metonymicæ: Nam quamvis Anna Perenna incruentam obierit mortem, aquis suffocata, Poëticè tamen dixit, cruentum pro eius interitu. Gaudere autem dicit nemus cruento eius virginis, quasi gloriari eiusdem morte. Crux dicitur sanguis fusus: sanguinem verò pro vita usurpabant veteres, quod non probat illud Virgilij:

— vitam cum sanguine fudit.

sed aliud eiusdem diuini Poëtae, lib. 9. vers. 349.

Purpuream vomit ille animam.

Quod animam existimabant sanguinem esse, audio hodiéque apud Gotholanos sanguinem arietum vel gallinarum frictum & paratum ad cibum, vitam vocari, quæ consona sunt, aut potius desumpta ex sacris literis Deuteronomij, cap. 12. num. 23. ubi præscribitur forma seruanda in comedendis animalibus. Leguntur hæc verba. Hoc solum caue, ne sanguinem comedas. Sanguis enim eorum pro anima est, & siccirco non debes animam comedere cum carnibus. Hinc crux à Poëta pro morte usurpatum.

7 GESTATOR patet effedo tacente, &c.] id est, gestatores, hoc est, illi, qui vel onera, vel homines effedo gestant, qui effedarij etiam dicuntur. Spectantur ex his hortis, sed spectatores non obtunduntur rauco illo & molesto rotarum stridore, nec is somnum interrumpere potest. Idem accedit in nautico celeusmate & helciariorum clamore nauicularum,

quæ prope Milium Pontem per Tiberim transcurribant.

6 Avr facti modo diuitis Molorchi.] Molorchus hospes fuit Herculis, quem benigne euntem ad Leonem Nemæum opprimendum hospitio exceptit, quamuis pauper: sic Statius in Hercule, Syl. lib. 3.

— Nec pauperis arua Molorchi.

Factus autem diues dicitur hoc loco, quod Domitianus in Latia via Herculis fanum ditissimum extruxit, & Molorchi Sacellum vicinum locupletauit. De hoc templo est epigr. 65. lib. 9.

A.D. EPIGR. LXV.

*P*Aradoxon est familiare huic Poetæ, cui responderet per subiectionem, quasi dicat: *Qui fieri posse putas, ut Philænis semper altero ploret oculo, cum omnes plorent ambobus. Nodum soluit, dum ait, Lusca est. Nam lusci non possunt siccis oculis plorare.*

A.D. EPIGR. LXVI.

*I*rridet sub specie admirationis Linum quemdam, qui ingens patri monium dilapidauerat eo vietu & cultu, quo alius posset id multum augere: dicitque eum rem fecisse difficultem. Nam eadem parsimonia, qua alius quis ex paupere diues fieri poterat, ille contrà ex ditissimo factus est pauperrimus.

*1 D U L C I V S esse potest.] corruptus locus: neque vox dulcior, facit ad sensum, nam quamvis dulce alias sit rusticari. Laudataque vita rustica ab hoc nostro saepius, hoc loco intempestiu fuisse ea laudatio, quod patet ex epigrammati totius argumento. Vedit hoc Gruterus, & ex triu, ut ipse testatur, manuscriptorum fide, *vilius* reponit, id est, minus sumtuosum. De codicum fide, fides sit penes eum: ego omnino lego *durius*, id est, molestius ex parcitate. Expendo ad hoc locu Terentij (qui auctor Latinæ proprietatis Magister exitit, vel Ciceroni) in Andriâ, act. i. sc. i.*

Primum hac pudice vitam parcer, ac duriter

Agebat, lanâ, ac telâ vîctum queritans.

*Vbi vides. duriter sequi suu parcer. Ad eundem modum hoc loco, cum Lini parsimoniam augeat, omnibus modis duram egisse Municipalem vitam dicit. Vellemq. in omnibus emendationibus summam haberi literarum ductus rationem. Vnde inclino in hanc sententiam, quod *durius* minus declinet à *dulcior*, quam *vilius*. & inde facilis fuerit librarij lapsus.*

*2 I D I B U S & raris togula est excussa kalendis.] propterea, quod, ut diximus sup. lib. 2. ep. 16. n. 1. in secessu aliis à toga vestibus vtebantur. Re positam autem habebant togam, quam sumebant rarissime solemnibus in festis, vel Idibus, quibus *alba Ioui grandior agna cadit*, publicis sacrificiis vel Kalendis, quas Aufonias vendicat cura Iunonis, ut Ouid. i. Fast. ait. Iuuenal. saty. 3. vers. 171. auget hanc toge raritatem in Italia; his verbis:*

Par magna Italie si verum admittimus, in qua

Nemo togam sumit, nisi mortuus. —

Exeissa autem malo, quam quod est in veteri libro, tibi sumta. Quod existimo esse interpretamentum alicuius Grammatistæ. Id tamen præfert Heraldus. Est autem elegans Metonymia, quæ etiam Emphasis habet, vt significet ita rarò sumi togam, vt necesse sit excuti à puluere, quo obsita fuerat.

3 *Duxit & estates Synthesis una decem.]* Synthesis unam vestem etiam significat, vt dictum est sup. epig. 46. Notatur summa Lini parsimonia, quod tantum abeslet à luxu, vt eadem veste decem annis vteretur.

4 *S A V T V S aprum, &c.]* commoditates ex rure Lino prouenientes enumerat, cùm esculenta & poculenta omnia haberet sua, nullo pretio comparata.

5 *N E C tener Argolica, &c.]* Græci pueri delicati ingenti pretio venundabantur, in quo plerique insaniebant, ita vt effunderent in puerorum pretia ingentes opes. sic sup. lib. i. ep. 59.

Millia pro pueri, centum in manu poposcit,

Risi ego, sed Phœbus protinus illa dedit.

& lib. 12. ep. 33. de Labieni insania,

Vt pueros emeret Labienus vendidit hortos.

nulla ergo ab hac luxuriæ parte Lino paupertatis occasio, & subiungit:

6 *S E D stetit inculti rusticæ turbafoci.]* de quorum verborum interpretatione dictum est, sup. lib. i. epig. 50. num. 9. & lib. 3. epig. 82.

7 *S A V C I A vena mero.]* de hoc dicendi modo, *sancius mero*, pro ebrio, dictum est sup. lib. 3. ep. 68. num. 3. *Venam autem pro libidinis instrumento sumit, Horatij imitatione*, qui lib. i. serm. sat. 2. *Nam simulac venas* (inquit) *inflavit tetra libido*. Sic rigidam venam dicit, lib. 6. ep. 46.

Nec que stat rigida supina vena.

& lib. ii. ep. 17.

O quoties rigida pulsabis pallia vena.

8 *N E C noctis teclis ignis, &c.]* proponit nunc per negationem causas paupertatis, quarum nulla contigit Lino, tectorum conflagrationem, agrorum ardorem, nauium naufragium.

9 *N E C Sirius agris.]* Sirius Canis astrum est nocentissimum segetibus & arboribus, è cuius nimio ardore solet perire fundi, quæ calamitas *xanuæ* à nostris Iureconsultis appellatur, vt in L. si in venditione 10. de peric. & comin. rei vend. & in L. cum res legata 47. §. vlt. p. de leg. 1. quamvis alij his locis *xanuæ* legant, id est, hiatus soli & terræ motu relictus, quod non probro.

10 *S V P P O S I T A est blando nunquam tibi tesserâ sala.]* de tesseris & talis vide locum Vbertini, & docte tractatum à doctissimo & probissimo viro Martino Antonio Del Rio, in eruditissimo libro comment. ad Senecæ Tragœdias, in Hercul. furente. Tantum illud adnotato ad huius loci intelligentiam, Talorum ludum minoris esse aleæ, quam tesserarum. & solere aleatores, vt hodiéque sit, à minori ludo incipere: deinde

Y y ij

incalcentibus lusoribus, depositis talis, supponebatur tessera. Hac de causa ipsa tessera, lib. 14. ep. 15. gloriatur se, quamvis non sit par numerotalis, Nihilominus tamen maioris esse aleæ. verba Poetæ sunt:

Num sim talorum numero par tessera, dum sit

Maior quam talis alea sepe mihi.

Sensus igitur Martialis in hoc epigrammate est: Numquam ò Line aleatorum prœliis interfueristi, vbi summa cù pecunia iactura supponi solet tessera blando talo, id est, miti & moderata aleæ talo.

A L E A sed parca sola fuere nuces.] sed alea tua nuces fuere, quibus pueri solebant ludere, vt lib. 14. epig. 18. cuius lemma, *Nuces.*

Alea parua nuces, & non damnosa videtur

Sæpe tamen pueris abstulit illa nates.

& Pers. satyr. I.

Tunc cum ad caniciem & nostrum istud vivere triste,

Adfæxi, & nucibus facimus quemque relictis,

Cum sapimus patruos.

Inde natum Proverbum, relinquere nuces, id est, à puerorum moribus abscedere, ætate iam suadente. Hic ergo Linus, cum turba puerorum agrestium nucibus ludebat. Ex quo nullum ei damnum poterat prouenire.

FECISTI rem Line difficilem.] Paradoxon familiare huic Poetæ, id est, quemadmodum rem difficilem fecisses, qui fluxu & omni deliciarum genere defluens rem conseruasset, ita & tu hac mira parsimonia, cum rem perdideris, difficile quiddam præstiristi. Similis iocus est sup. lib. 2. ep. 76.

Argenti libras Marius tibi quinque reliquit,

Cui nihil ipse dabis, is tibi verba dedit.

AD EPIGR. LXVII.

*I*ncrepat Prætorem quemdam, qui amico Gauro centum sestertia oranti, vt censem Equestrem trecentis suis expleret, excusauerat, causatus ingens munus quod Scorpo & Thalio agitatoribus datus esset. Conqueritur Poeta Prætorem equo potius æneo velle largiri, quam Equiti viuo. Simile argumentum est epigr. 26. lib. 5.

DICEBAT QVÆ suis hæc tantum decesse trecentis.] Quadraginta sestertia, Censem esse Equestrem notum est.

Vt posset Domino plaudere iussus Eques.] magis atridet *iussus Eques:* quod iustus Eques is sit, qui censu integro quadringentorum censetur Eques. *Domino,* id est, Domitiano Imperatori, qui se ipse Dominum Deumque vocabat. *Plaudere,* id est, intra quatuordecim ordines sedere, quod ij, qui Equestri dignitate essent, propius ad Imperatorem accedentes plausum reddebant. Nam quamvis populus omnis plaudefbat aduenienti Cæsari, vt lib. 6. ep. 34. nonim s. m. supibid. 7v.

*Quaque sonant pleno vocesque manusque theatro,
Cum populus subiti Caesaris ora videt.*

Tamen cupiebat Gaurus plaudere eques in quatuordecim ordinibus.

3. *S c i s me Scorpo Thalioque daturum.] Scorpus nobilis agitator Domitianum tempore, quem deflet poeta mortuum, lib. 10. ep. 50. cuius epitaph. scribite o d. lib. ep. 53. & ingentes eius quæstus enumerat ep. 74.*

Cursu Scorpus una quindecim graues hora

Ferventis auri victor afferat saccos.

Cuius meminit lib. 11. epig. 1.

Sed cum sponsio fabuleque lassa,

De Scorpore fuerint & incitatae.

De Thalio, velut verius legit Lipsius, *Thallo*, Nihil memini me legisse, præter nomen eius in tabella, quam adducit Onuphrius Panuuinus li. de lud. Circens. cap. 13.

4. *A h pudet ingrate, pudet ab male dimitis arca.] de arca iam dictum sup. li. 1. ep. 77.*

5. *Q uod non das Equiti, vis dare Prætor equo?] Difficilis locus, & qui videtur probare Scorpum non agitatorem, sed equitem esse. Quod idem videtur ostendere ep. 26. lib. 5.*

Quam non censuro dare quadraginta caballo.

Aureus ut Scorpis nasus ubique micet.

Sed tamen ita me expedio: statuæ equestres inter alia præmia victoria ponebantur agitatoribus, ab ijs, qui fautores eorum se profitebantur. Vnde viri docti in superiori disticho pro *aureus*, reponunt *arenus*: ut dicemus ad eum locum. Hoc ergo est, *dare equo*, id est, equestri statuæ, in qua maioris pretii erat æneus equus cum basi, quam statua ipsa.

AD EPIGR. LXVIII.

Sexti cuiusdam inurbani impudentiam notat, qui spectantibus spor-
tulariis ipse bene coenabat. Iam explicatum est hoc Epigramma sup.
li. 3. ep. 7.

AD EPIGR. LXIX.

Pamphilum quendam veneficum carpit, quod bona vina veneno
infecta conuiuis ponebat. Dicit se id nec credere, nec suspicari, non
tamen sitire.

1. *V e l Mafica ponis.] de verbo *ponendi vini*, dictum est sup. ad lib. 1. epi.
44. n. 3.*

2. *H a c factus calceus quater esse lagenam.] id est, quatuor necesse vxores
vt earum dote fieret locupletior. Itaque Pamphili lagenam erat infamis,
vt sup. ep. 43. *lagenam Pontiae.**

AD EPIGR. LXX.

Scribit ad Maronillas (vel si mauis, ad Maronillum) vt scribatur sic:
*Fieri putares posse quis, Maronille, aut forte legendum Varonillæ, quæ
soores sunt. Nam hoc fœminarum nomen Martialis tempore, legitur*

apud Tranquillum Domitianum, cap. 8.) scribit inquam de Ammiano quodam, qui, cum patris mortem optaret, ut hereditate potiretur, ultimis tabulis pater nihil ei praeter vestem solam reliquit. Miratur fieri potuisse, ut Ammianus doleret ob patris mortem, viuus enim aliquid filio largiebatur.

1 P R A T E R aridam vestem.] acutè Lips. lib. i. elec. c. 18. emendat, restem, qua se Ammianus suspenderet, quo magis significabatur patris odium. & verò restis arida est: sed tamen vestem retineo, meliori sensu, quod arida vestis sit sola vestis, nulla alia re adhibita, sic li. 10. ep. 75.

Sportula nos iuxxit quadrantibus arida centum.

Sic dicimus Hispani, panas secas, & Galli, a beau pain sec. id est, panem aridum, nullo alio cibo adiuncto.

2 V L T I M I S pater ceris.] id est, ultimo testamento: nam prioribus pater hæredem scripserat, vnde Ammiano desiderium paternæ mortis, quo hæreditatem illam cernere posset. A consuetudine autem in ceratis tabulis scribendi, quæ vulgatissima est, appellabantur ceræ *pelorū mīrae*; quævis scripturæ, vel etiam tabula: vnde apud Iureconsultos secundæ tabulæ dicuntur pupillares substitutiones: pròpterea quod post proximi hæredis institutionem separatim scribebatur ea substitutio, de quibus mentio apud Iurisconsultos multis in locis, & in l. moribus. 2. §. interdum. II. de pupill. subst. Quam substitutionem Iustinianus in §. fin autem s. Instit. de pupill. subst. fieri iubet in posterioribus partibus testamenti separatim, eamque proprio lino, propriaque cera consignari, ne scilicet periculum pupillo substituto hæreditatis certo crearetur, si ea substitutione palam fieret. Quam substitutionem appellat Cornel. Tacitus li. 1. annal. secundam spem. In spem, inquit, secundam nepotes præcepotisque: tertio gradu primores ciuitatis scripserat. Hinc Sueton. in Nerone, cap. 17. Adversus inquit, falsarios tunc primum repertum, ne tabula nisi pertusæ ac ter lino per foramina trajecto obsignarentur, cautum ut in testamentis prima duæ ceræ testatorum modo nomine inscripto, vacua signaturis ostenderentur. Primas duas ceras appellat institutionem & substitutionem: sic Horat. li. 2. sat. 5.

— Et tabulas à te remouere memento:

Sic tamen vi limis rapias: quid prima secundo

Cera velit versu, solus multisne cohæres

Veloci percurrere oculo.

id est, leuiter perscrutare, an solus, an cohæres cum multis sis, quod vidabis in limine ipso testamenti, vel ad longum secundo versu. reliquaveris eiusdem testamenti in ima cera scripta dicebantur. Sueton. in Iulio cap. 83. Sed nouissimo testamento tres instituit hæredes sororum nepotes, Caium Octavianum ex dodrante, & Luciam Pinarium, & Quintum Phædium ex quadrante reliquo. In ima cera C. Octavianum, etiam in familiam, nomenque adoptauit, pluresque percursorum in tutoribus filij, si quis sibi nasceretur, nominauit. quod hic dicit, nouissimo testamento, Noster dicit, ultimus certus.

3 Vt Ammianus mortuum patrem noller.] Vulgarissimum erat Ammianū patris mortem impensè optare, hæreditatis cupiditate, quod in prioribus testamentis se sciret hæredem institutum. Cùm autem aperto testamento nihil sibi videret relictum, dolebat mortuum patrem, à quo viuo aliquid poterat accipere. Eodem ioco vtitur lib. 6. ep. 63. ad Marianum:

Sic cupis ut ploret, da Mariane nihil.

AD EPIGR. LXXI.

Q Veritur puellarum Romanarum facilitatem, ex quibus nullam, quæ negaret, inueniebat, adeò ut ne castæ quidem, quamuis non darent, non tamen negabant. Huic epigrammati coniunctum est epigr. 82. inf.

1 Q VÆRO diu totam.] Negantem puellam quærebat ob eam causam, quod facilitas in dando sanare soleat, ut dixit ipse li. 8. ep. 38.

Galla nega, satiatur Amor, nisi gaudia torquent.

& epi. 42. de puerō, quem optabat sibi contingere, inquit:

Sapè nolentem cogat, nolitque volentem.

& libr. 1. epi. 58.

Nolo nimis facilem, difficilēmque nimis.

& ultimo versu subiungit caussam:

Nec volo quod cruciat, nec volo quod satiat.

Cetera huius arg. vid. sup. di. & ep. 42.

2 T A N Q U A M fas non sit.] sequenti versu dicit, *Tanquam non licet*. Differunt autem fas esse & licere, quod fas esse est, sua natura æquum esse aliquid, cuius contrarium est nefas, ut apud Horat. ode ii. lib. 1. vbi sic interpunge.

Tu ne queasieris (scire nefas) quem mibi quem tibi.

Finem Dij dederint, Leuconœ.

Est enim formula. Scire nefas, de his rebus, quarum inuestigatio non cōceditur hominibus. ut apud Lucan. lib. 1. vers. 126.

— quis iustius induat arma,

Scire nefas, magno se indice quisque tuctur.

Victrix causa Diis placuit, sed victa Catoni.

Dicitur autem fas & nefas à fando, quod non sit æquum fari contra eam rem, vel sit æquum fari. Vnde Hispani, cum aliquid iniquum dicere volumus, & quod fieri nequit, dicimus. *No ay bablar en eso.* At licere refertur ad facultatem, quam ab aliquo habemus: sic dicimus, *Non licet mibi per patrem.* Quasi igitur vel ex sua natura iniquum sit negare, vel turpe, vel ad negandum concessam non habeant facultatem, dicit:

Tanquam fas non sit, tanquam sit turpe negare;

Tanquam non licet.

3 C A S T A igitur nulla est.] hic debet apponi interrogatio, quod hæc obiectio sit, cui respondet per subiectionem. *Castæ sunt mille.* & addit altera obiectio. *Quid ergo casta facit?* Respondet subiectione etiam, *non dat.*

non tamen illa negat. Sed Ouidius non vocat eam, quæ solūm non dat, sed eam quæ non rogatur, castam, lib. i. eleg. 8.

Luduni formosa: casta est, quam nemo roganit.

AD EPIGR. LXXII.

TAcitè sordes aliquorum reprehendit sub *Quinto*, qui cum animi caussa poëta libellos expeteret, paucos tamen impendere in eam rem nummos recusabat. Est eiusdem argumenti ep. 118. lib. 1.

Exigis ut donem nostros tibi Quinte libellos.] Arrisit hoc verbum Martiali, sic li. 3. ep. 46.

Exigis à nobis operam sine fine togatam.
vbi de eius verbi significatione dictum, & li. 7. ep. 76.

Exigis ut donem nostros tibi Tucca libellos.

2 BIBLIOPOLA Tryphon.] Nobilis Quintilianus præfatione, de quo Noster etiam, lib. 13. ep. 3.

Et facies lucrum bibliopola Tryphon.

3 Nec ego.] id est, neque ego tam fatuè faciam ut gratis tibi nostros donem libellos.

AD EPIGR. LXXIII.

Atticum Vestinum, filium illius Vestini, quem Nero consulem imamerentem occidit, ut est apud Sueton. & Tacitum Annal. 15. laudat à liberalitate, qua in extremo vitæ spiritu cum amicis usus est, quibus ingentia diuisit dona; quo facto lubens decessit.

1 PRAVIS Vestinus.] id est, grauissimo morbo affectus.

2 Vt traherent parva stamina nulla mora.] nulla Parcarum stamina ea sunt, quæ mortem minantur. Vnde li. 6. ep. 55. poëtica periphrasi hanc sententiam expressurus: Si mibi vita sura contingat diurna, his verbis eam protulit.

Si mibi lanifica ducunt non nulla sorores Stamina,

Contra vero alba stamina dicebantur ducere Parcae, quando vitam in longius protrahebant. Iuuen. sat. 12. vers. 64.

— postquam Parcae meliora benigna

Pensa manu ducunt bilares & staminis albi

Lanifice.

pro orabat, autem in superiori versu repono, *oranit*, ex Colincie editione.

3 IAM sibi defunctis caris dum viuit amicis.] hoc nomine Parcas exigua orabat moram, quod non sibi vellet viuere, quippe iam defunctus, sed amicis tantum, quod votum valde pium erat.

4 SEQUE mori posthac credidit ille senem.] Eandem sententiam elegantissimam usurpauit libr. 10. epig. 53. de Scropo agitatore viginti septem annorum:

— *Dum numerat palmas, credidit esse senem.*

AD

AD EPIGR. LXXIV.

DE damis in arena aduersis frontibus in se mutuo concurrentibus, dictum est supra epig. 35. huius lib.

ADSPICTIS imbellis, &c.] Elegantibus antithetis hoc distichon ornauit. Imbellis damæ, fortia prælia, timidis feris, quanta ira.

Vis Cæsar damis parceremittit canes.] apostrophe ad Cæsarem acuto paradoxo ornata. Nam qui canes exilio solent damis esse, ijs immissi earu dirimenter certamen quo perierunt. Simile acumen est sup. lib. I. ep. 49. de lepore in ore leonis ludente.

Sic vitare canum morsus lepus improbe queris?

Ad que confugias ora leonis habes.

AD EPIGR. LXXV.

LAUDAT Nigrinam quædam, à liberalitate in maritum, cui impertiebat paternos census, comparatque eam cum Euadne & Alcesti, quas ei postponit, quod illæ morte charitatem in coniuges, hæc sine morte demonstrauit.

O felix animo, felix Nigrina marito.] felicem animo appellat Nigrinam, quod hic animus ita benignus in virum summæ laudi ei futurus sit. Felix autem marito, quod felicissimus fuerit maritus tali coniuge, ita ut (marito) in dandi casu accipiatur. Nam cum hoc loco liberalitas eius in maritum laudibus extollatur; non erat consentaneum eam felicē ob maritum vocare, sed contra maritum ob eam: qui sensus non eliceretur ex verbis, si (marito) in sexto casu usurpatum esset, quanquam tolerari etiā posset, cum ea liberalitas nata esset ex mariti virtute, qua ipsa felix esset.

AT Q V E inter Latias gloria prima nurus.] Nam cum mentionem faciat infra de Euadne & Alcesti, quæ exteræ nationis fuerant, ideo dixit, *Latias nuru*, gloriam primam eam appellat more suo, qui eminentissimum quodius in suo genere sic vocare solet, vt lib. 13. ep. 93.

Inter quadrupedes gloria prima lepus.

T E patrios miscere inuuat cum coniuge sensus.] Incedit omnibus fere libris hoc mendum, cum omnino census legendum sit, vt Domitius legit.

G A V D E N T E M socio participique viro.] Mira verborum proprietate vñsus est. Nam cum Nigrina miscuisse cum coniuge census patrios, eum tanquam socium sibi coniunxit. Nam socij ij dicuntur, qui pecuniā in vñnum conferunt, eamq; miscent & communem faciunt. *Participem* vero dixit, respiciens ad id, quod maritus ex se nihil cōtulerat, sed ex mera vxoris liberalitate particeps eius pecuniæ factus, in sociū esset assumptus.

A R S E R I T Euadne.] de Euadne Capanei vxore, & Alcesti Admeti, plenæ sunt fabula.

T V melius cerè.] Miror neminem adhuc suboluisse mendum in hoc versu, cū potuisset quiuis admonerivaria lectione codicū. Nā in cod. Pal. certo legitur, & in Colineana editione recētiori certa. legendū ergo, certa, vt cōgruat cū rīta. tñ melius appono colō, vt sit sēsis: Tu meli' te gessisti,

quā Euadne & Alcestis, quib. vt amore in coniuges probarent, mori necesse fuit. Deinde subiungit ætiologiam: Nam *tu pignore*, id est, ea liberitate, qua vſa es in maritum, certe *vita*, id est, nulla cogente mortis necessitate, vel non instanti ſato, ſed in ſumma tranquillitate meritisti, vt tantus amor tuus videtur, quantus poſſet videri, ſi pro coniuge mortem opperuſſes. itaque præferendus amor tuus, qui vita, non morte ſpectatus fuit. Hæc enim ſolent præferri, quæ in vita excellentia fiunt. Nam ignarus quisque ſæpe aliqua cogente cauſa, morti ſe offert. Sic li. i. ep. 9.

Nolo virum facili qui redimit sanguine vitam:

Hunc volo laudari, qui ſine morte poſteſt. & lib. ii. ep. 57.

Rebus in angustis facile eſt contemnere vitam:

Fortuna ille facit, qui miſer eſſe poſteſt.

AD EPIGR. LXXVI.

Sic ſup. lib. i. ep. 76.

Dimidium donare Lino, quam credere totum

Qui mauult, mauult perdere dimidium.

Hic autem auarus amicus, in quem eſt hoc epigramma, illud ſibi conſilium vtile exiſtimauit, & duodecim millia petenti Pōctæ ſex millia miſit. Dicit ſe ſcire quonodo ab illo periculoso conſilio poſſit liberari, ſcilicet cum volet bis ſena, petet bis duodenā.

AD EPIGR. LXXVII.

Zoilum inuidum depingit eleganti paradoxo, dum dicit mutata voluntate ſe diuitem velle fieri, cum ſup. multis epigrammatis paupertate libenter amplecti teſtatus eſſet, vt Zoilus præ inuidia ſe ſuspendat.

C O N T E N T V S modicis, meoque letus.] in vita beata, li. 10. ep. 47. id multis verbis expreſſit.

P A V P E R T A S, dabis veniam, recede.] Quām libenter de ſe facetur, ſup. li. 5. ep. 13.

Sum fateor, ſemperque fui, Callistrate, pauper.

Recedens verbo vtitur in hunc ſenſum: li. 8. epig.

Nuda recede Vénus.

P E N D E N T E M volo Zostum videre.] ſup. lib. i. ep. 116. de Proculo inuido.
 Tam ſuſpenda ſacra cogitabas &c.

AD EPIGR. LXXVIII.

Hoc epigramma additum eſt in Iuniana editione, cum in veteribus non inueniatur: ſed elegans eſt, & poëta dignum: liquet autem per ſe. Varum quendam ut vanum reprehendit, qui conuiuis ornatum diuitem ostentabat, cœnam autem paruulam apponebat. Ventrem ſe dicit non oculos paſtum veniſſe, & eleganti metathesi aut apponat dapes rogar, aut auferat opes.

T V N C ego, non oculos ſed ventrem paſſere veni.] de hac formula, paſſere oculos, dictum eſt ſup. ep. 97. li. i. n. 10.

AD EPIGR. LXXIX.

Insectatur facetissime Afrum quemdam ardilionem importunè & in tempestiuè officiosum, quem sexagenarium iam monet, vt ea officia junioribus relinquit.

1. **C**ONDITA cum tibi sit iam sexagesima missa.] id est, cum iam sexagenarius sis. Estque metalepsis; nam pro missis bus autumnos intelligit, pro autumnis annos.

2. **E**t facies multo splendeat alba pilo.] id est, obitus sis multis canis.

3. **N**ec vlla cathedra est.] Cathedra commune nomè est Græcis pro quo uis sedili, & eadem ratione à Latinis usurpatur, nunc pro sella, nunc pro muliebribus stratis, iuxta epithetum additum. Hac ultima significatione sumitur à Nostro, sup. li. 3, ep. 63.

Inter semineas tota qui luce cathedras Desider. & l. 12. ep. 38.

Hunc qui semineas noctesque dicasque cathedras Insedit.

Sed hic pro sella vel lectica sumi existimo: nam in lecticis paruae sellæ collocabantur, vt cum vellent, iacentes sederent aliquando. Videor mihi deprehendere ex Iuuenal. sat. i. ver. 65.

cum iam sexta ceruice feratur

Hinc atque inde patens, ac nuda pene cathedra.

Nam sexta ceruice hexaphoron est; quod de lectica, non de sella intelligendum. Nudam dixit cathedram, quod nullo esset tegumento cooperata, cum velum, & pellis omnino remota essent; his enim cooperiebatur lectica, vt ostenditur ex lib. II. ep. 29.

Lectica nec te tuta pelle, veloque,

Nec vendicabit sella sepius clausa.

vbi multa dicemus. Hic igitur Afer importunus salutator, vagus per urbem quoties se lectica vel sella gestatoria offerebat, extemplo aduolabat vt salutaret eum, qui gestabatur. Hos salutatores & basiatores mirè depingit, & consequatur d. ep. 99. li. 11.

4. **E**t sine te nulli fas est prodire Tribuno.] Eadem dixit de basiatores, super scripto epigr.

Non Consulatus ipse, non Tribunatus,

Sæuique fasces, nec superba clamor;

Lictoris, abget virga basiatorem.

5. **E**t sacro decies repetis palatia cliuo.] decies dixit pro sepius. per cliuum autem sacrum ibat ad Cæsaris domum.

6. **S**IGERIOSQUE modos Partheniosque sonas.] Ex Sueton. in Domitian. ca. 17. & ex nostro multis in locis scimus Parthenium cubicularium fuisse Domitiani, cui Xiphilinus comitem dat Sigerium. Hæc lippis & tōloribus nota. Quid autem sit, sonare modos Sigerios & Parthenios, omnibus video ignotum. Queritur Gruterus interpretum iniuriam, qui id nobis non explicarunt; iusta querela si ipse explicasset: sed fatetur se non intelligere, ingenue quidem. Adducit tamen veram lectionem ex vete-

ribus libris, qua lux affulgeat his tenebris. Nam scribit in illis legi *Meros*, quæ vera lectio est, *Sonare autem meros Sigerios & Parthenios*, nihil aliud est, quam eos Cæsaris cubicularios semper in ore habere & lactanter eorum intimam amicitiam omnibus ostentare. Neque est insolens veteribus dicendi modis, quoties aliquem nihil aliud, quam eam rem loqui significare volunt. Cicer. lib. 9. ad Atticum epist. 15. in fine. *Dolabella*, inquit, suis literis *Idibus Martiis datis, merum bellum loquitur*. & Horat. lib. 1. ep. 7. ad finem.

— ex nitido fit rusticus atque

Sulcos & vineta crepat mera.

Sic Noster lib. 7. ep. 53. ad Nasidianum.

Sape mane mibi de me mera somnia narras.

Sic enim legendus locus. id est, nihil aliud mihi dicas, quam somnia tua. Hic igitur senex ostentandi sui causa, de nulla re alia, quam de Sigerio & Parthenio loquebatur.

7 **D E F O R M I V S** *Afer omnino nibil est Ardeline sens.*] Senes vsu iam rerum triti, & experientia docti, vanas spes, & amicitiae acquisitiones effugere debent. Id faciant sanè iuuenes, quibus adhuc fortuna non impo-
suit. Illi autem qui summa cura & diligentia nullum non lapidem mouent, omniaque agunt, nihil agentes, ardelines vocat poëta noster, de quo dictum est astatim lib. 2. ep. 7. n. vlt.

A D E P I G R. LXXX.

FAcetissimum epigramma, & quod per se satis liquet. Matho, poëta Tiburtino semper vtebatur pro suo, tandem aliquando id voluit emere, *Imposui*, inquit Poëta: nam quod vsu prædium tuum semper erat, non erat quod mancipio velles esse tuum. Huius epigrammatis acumen forte noster desumit, vt pleraque alia, ex Senecæ epist. *Errare mibi videmur*, 73. sic legitur. *Stulta auraria mortalium possessionem, proprietatemque discernit, nec quicquam suum credit esse, quod publicum est.* vnde idem auтор epist. *Quis dubiare gnos. ait: Deserunt homines omnia possidere, dum volunt propria.* Quibus locis per possessionem intelligit usum ipsum ipsum rei. Nam alias IC. in possessione legitima, quam ex ciuili vel naturali ratione in possessionem ciuilē & naturalem diuidunt, requirunt animum, & vt aiunt Græci, *ψυχὴ, διάθεσις, προαιρέσις, τὸ δεσμός ζωῆς.* Quæ certe sunt facti, & in facto possessione veram (vt quæ semper plurimum facti habeat) consistere arguant, cum ipsum velle & nolle sit facti. Quicquid vel eminēs ipse Cuiacius ex antiquiorum Consultorū responsis obseruans afferat vel inferat, afferēs animi possessionē idē iuris esse, quod plena iuris opinione imbui debeat. Licet enim varij in ea disputatione & pñne contrarij textus in iure ciuili videantur: reperiētur tamen nullus, quem nostra hæc conclusio non soluat: nimis in possessionem omninem, vt in acquisitione, retentione, & omissione vel amissione, consideratur, facti esse: iuris autem pro vt ex eiusmodi acquisitione, retentione, vel amissione, ius possidendi quæsitum est. Sic obuiabitur Antinomias forsitan mille, & quamuis

mille vel consultos aut Doctores & interpres legas, videbis ridebisq. subofcisse aliquos hanc rationem decidendi infinita illa, quæ in hanc rem multis columnis & paginis allegantur Iuris. responsa dubia, nec tamen in veritate agnita fortiter satis (ut doctos & strenuos decuerat) perstitisse.

AD EPIGR. LXXXI.

LQuacem Mathonem quendam insectatur, quinec sanus, nec æger numquam cessabat loqui, & in medio febris ardore summo conatu declamabat. Hanc demum existimabat ipse rem magnam esse. Docet Poëta maiorem rem esse eo tempore tacere.

1. DECLAMAS in febre Mathon.] hunc Mathonem existimant interpres celebrem esse caussidicum, de quo Iuuenal. sat. i.

nam quis iniqua.

Tam patiens urbis, tam ferreus ut teneat se,

Causidici nona cum veniat lectica Mathonis Plena ipso.

Sed ego existimo hoc nomen fictum esse, & à Nostro & à Iuuenale etiam; cum Mathonis causidici nulla sit apud Historicos mentio illis temporibus. Neque Iuuenalis tam incautus fuisset, ut diuitis Causidici verum proferret nomen, & forte factum fuit nomen ~~Sanus~~ ~~maris~~, nam ut insanum hunc vterque Poëta notat: Sic etiam Itali Mato, insanum vocant.

2. NON es sanus amice Mathon.] ludit in nomine *sanus*, quod tam ad corporis, quam ad animi valetudinem accommodatur, ut sup. de Zoilo, lib. 2. ep. 16.

Si facerit sanus, coccina quid facient?

3. DECLAMAS Hemiriteus.] de hoc morbo dictum est sup. lib. 2. ep. 40. cuius etiam meminit Noster lib. 12. ep. 92.

4. SI sudare aliter non potes est ratio.] cum ad leuandam febrim prosit sudor, si tu aliter quam declamandis causis sudare non potes, exigit ratio ut declames.

5. MAGNA tamen res est, &c.] est obiectio Mathonis, nam ardente febri magnam rem cuiuis reputauerit declamare, cui responderet per subjectionem: verè res magna in febri non est declamare: id enim phrenesim notat: Sed tacere, quod sanum esse mente indicat.

AD EPIGR. LXXXII.

Pendet hoc epigramma à superiori 71. quod fingit Fabullam legisse & rogata eius preces bis terque neglexisse. Purgat se Fabulla, quod quamvis negare iussit, non tamen iussit pernegare. De hoc epigr. & de aliis eiusd. argumenti dictum est sup. lib. 1. epig. 58.

AD EPIGR. LXXXIII.

Mittit ad Ruffum duos epigrammat^{ur} libellos, quos vult Venuleio commendari. Præfinitque tempus, quo eos sit lecturus, et si longiores videbuntur, præcipit ut altera plicata charta breuiores faciat.

1 *NON retinac nugas exigat aure meas.*] legendum exigat, pendet enim oratio à verbo, roga. Est autem exigat, examinet, ductâ metaphora ab architectis vel statuariis, qui opera sua ad perpendiculum & ad normam exigunt. Cic. act. 2. in Verr. lib. 1. irridet Verrem, qui columnas exigi ad perpendiculum postulabat, neque ipse quid esset ad perpendiculum, exigere nosset; Vnde dicuntur *exacta opera*, quæ examinata sunt & inuenta perfecta, pro quo Plautus *amusitata* dixit, quasi ad amussim exacta. Sic Nostr. lib. 5. ep. 81. *Dum nostras legis exigisque nugas.*
 & lib. 7. epig. 27. vbi legitur:

Excipe, sed certa quos legis aure iocos.

iam doctiviri ex vett. libris *Exige*, emendarunt. & Propert. lib. 3. eleg. 8.

Exactis calamis semibi iactat equis.

id est, perfectissimis equis, de quibus. Quid.

Vendicat ut calamis laudem quos fecit equorum.

cuius contrarium est, *rude opus*. Quid.

Non exacta satis rudibusque simillima signis.

exigat igitur retinac aure, id est, examine rigida censura, quod alibi tergere dixit, lib. 6. ep. 1.

Quem (librum) si ter seris aure diligenter.

2 *SED nec post primum legat bac summum trientem.*] trientem dixit Syncedochicæ, pro quo quis poculo. Petique, ne post primum haustum, cum adhuc non incaluerit mero, legat epigrammata, neque post ultimum, cum iam finita cena videatur alacritas conuiuij iam friguisse, sed in media cena, cum iam poscunt maioribus poculis, quod tempus medium, Bacchum vocat, id est, potionem inter primas & ultimas: id enim tempus effusam habet hilaritatem: itaque sup. epigr. 8. Euphemum rogat, ut quo tempore hilaris coemet,

Et bonus ætherea laxetur nectare Casar.

tunc suos ei offerat libellos. Dixit autem eleganter, *prælia*, quod Bacchus maximus sit præliator. Vnde sup. ep. 68.

Hinc iam deposito post vina rosa que pudore,

Quid dicat, nescit sancia Terpsichore.

Sauciam dixit, quasi in Bacchi prælio vulnus accepisset, vbi vide quæ diximus de saucio pro ebrio.

3 *TIBI charta placetur.*] eodem sensu dixit, lib. 10. epig. 1.

Si nimius videor sera que coronide longus

Effe liber: legitio panca, libellus ero.

AD EPIGR. LXXXIV.

Næuolum insectatur, qui pro rerum suarum euentu modestum vel arroganteri se ostendebat. Nam cum nullis premeretur curis, despiciebat cunctos. Cum vero sollicitus erat, omnibus se submittebat. Precatur ei Poëta perpetuam solicitudinem.

1 *SECVR O nihil esse Nauole peius.*] securus dicitur sine cura. Vnde

transfertur ad significandum eum, qui sine periculo est, quod idem sine cura sit. Virgil. de Pygmalione Didonis sorore.

Securus, inquit, amorum Germanas. id est, contemnens sororis in matrimonii amorem.

2. *SECVRVS nullos resalutas.*] hunc eundem Næuolum sup. lib. 3. ep. 95. reprehendens ob inurbanitatem, quod numquam diceret Aue, sed redideret semper. Hic autem magis auget eius fastum quod ne resalutaret quidem. de verbo *resalutandi*, ibi satis multa.

3. *D O M I N V M regemque salutas.*] de hac salutatione est epig. 113. lib. 1.

Cum te non nossem Dominum regemque vocabam.

de nomine, *Regis*, vide que dicta sunt, sup. ep. 18. n. vlt. lib. 2.

A D E P I G R. LXXXV.

FEllatricem Thaida urbane carpit epigrammate, quod nemo sit in urbem tota, qui probare possit a se fœdatam esse.

1. *C V M mulis cupiant rogentque mulsi.*] in hoc versu est epigrammati iocuus. nam illud cupiant & rogent videri poterat ad superiora referri, quod multi cuperent eam futuere. Sed reapse refertur ad sequentia, quod cupiant eam irrumare.

A D E P I G R. LXXXVI.

INurbanitatem Pontici notat hoc disticho, qui conuiuis vilia, sibi preciosa vina miscebat & ne ei fucus detegeretur, conuiuis vitro propinabatur, sibi myrrha.

2. *T V myrrha Pontice.*] per metonymiam dixit, *myrrha* pro poculis myrrhinis: Erant autem haec summo in pretio, adeo ut Lucanus dicat:

— non auro myrraque bibunt.

quasi æquiparet myrrham auro. Hint IC. Paulus in L. supellecti. 3. §. 4. II. de supellectili legata. myrrhinorum eximiū pretium esse, &c. his verbis: *De myrrbinis & crystallinis dubitari potest, an debeant adnumerari supellectili, propter eximium usum & pretium. Sed de iis idem dicendum est.* & hic Noster lib. 10. ep. 80. Erotem quemdam inuidum cum depingat,

Plorat, inquit, Eros quoties maculosa pocula myrrha.

Inspicit, aut pueros nobilisue cirrum.

Et gemitus inno promit de pectore, quod non

Tota miser coemat septa ferrataque domi.

nam in septis pretiosissima quæque vænalia exponebantur, ut lib. 9. epig. 60. de Mamurra vano ostentatore.

In septis Mamurra diu multumque vagatus,

Hic ubi Roma suas aurea vexat opes. & inf. eod. epig.

Myrrhina signauit depositaque decem.

Et præterquam quod pretiosa essent, etiam saporem gratum vino ardenti communicabant, ut lib. 14. ep. 113.

Si calidum poras ardentes myrrha Falerno

Conuenit: & melior fit saperinde mero.

De ardenti vino ad hoc epig. 113. dicemus, ubi adducemus Glossarium vetus sub titulo de potionibus. calidum, θρησκευτικόν, feruentem ζέτων. De myrrinis vasis communis locus apud omnes Poetas & Historicos, & apud Iurisconsultos frequens & obvia cuius mentio, & de incivilitate in hoc epigr. notata diximus, ad lib. 1. epig. 21.

AD EPIGR. LXXXVII.

Elegans apostrophe est ad librum suum, quem hortatur & monet ut curet Apollinari placere, quod si obtineat, poterit ceterorum iudicia contemnere: si minus, desperet posse in vulgus placere.

1. **S**i vis auribus Atticis placere.] Attici præter cœteros urbaniores censabantur, & politiores: lege libellum, qui tribuitur Ciceroni, de Optimo Genere Oratorum.

2. **N**ec rhombos metues maligniorum.] de rhombis & aliis subsannationibus dictum est, sup. ad lib. 1. epigr. 4.

3. **N**ec scombros tunicas dabitis molestias.] Pers. sat. 1.

Linquere nec scombros nictuentia carmina, nec thus?

Nam pessima carmina ad falsamentarios amandabantur, qui ea, quæ vendebant, chartis illis malè fortunatis inuoluebant: vel ad coquos, ut lib. 3. epigr. 2.

Ne nigram citò raptus ad culinam,

Cordyllas madida tegas papyro

Vel iheris piperisque sis cucullus.

Erant autem scombre pisciculi falsi, quos Hispani anchoras vocamus, Galli enchoez, de quibus Plin. lib. 31. cap. 8. Tunicas verò dixit molestas, quod illa charta qua inuoluti scombre afferebantur, coniiceretur in ignem à coquo, ibique arderet. Sumta metaphora à tunicis molestis damnatorum, de quibus vide inf. lib. 10. ep. 25.

4. **S**i damnauerit ad salaryorum, &c.] de salaryis dictum est, sup. lib. 1. ep. 2.

5. **I**nversa pueris arande charta.] arare & exarare, per metaphoram dicebant scribere in ceratis chartis, propterea quod stilo sulculis quibusdā literas designabant. Hinc traductus dicendi modus ad scripturam, quæ siebat atramento in chartis. Solebant verò Poëmata scribitantum una chartæ facie, ne molesta legentibus essent. Vnde Iuuenal. sat. 1. taxans longam fabularum seriem in sui temporis Poëtis inquit, vers. 5.

plena tam margine libris

Scriptus & in tergo nondum finitus Orestes.

Et ea quæ in tergo scribebantur, ὑποδιάγραμμα, id est, rétro scripta vocabantur, quod verbum apud Iureconsultos.

6. **S**ALARIORVM.] ergo pueri poëmata hæc nacti in tergo chartarum solebant, vel serio vel ludibrio scribi, ut hodieque fieri videmus.

AD EPIGR. LXXXVIII.

LEmma est verius in antiquis, de Bassa ad Fabullum; facetè Bassam quandam irridet, quæ cum crebido flatum ventris emitteret, in infantulum

infantulum, quem secum semper delitiarum, ut videri volebat, causa haberet, culpam reiiciebat. Detegit Poëta fucum à conjectura, quod non sit nimis infantium amatrix, sed tegendæ suæ turpitudinis causa habeat secum infantem.

1 INFANTARIA.] fictum nomen & nouatum à Poëta, quem admodum alia, ut domicænum, ancillariolus.

AD EPIGR. LXXXIX.

TAxat dissimulatorem quemdam, qui cum epigrammatō forte donum à Poëta accepisset, quinque Saturnalibus diebus nullum ei remisit de more donum. Interminatur ei, nec se aliquid amplius missum affirmat.

1 ET iam Saturni quinque fuere dies.] id est, iam Saturnalia finita sunt, de quibus Macrobius in cognomine libro luculentus doctor.

2 ERGO nec argenti sex scrupula Septitiane.] scrupulum non parūm molestum iniicit hic locus doctis viris. Vnde variae lectiones. Hæc vulgata Septitiane, planior quidem: nam lib. II. epig. 108. ad Septitianum quemdā, qui properanter librum suum legerat scribit. & forte hic dissimulator Septitanus fuit. Sed hanc lectionem sequuti veri fuere dissimulatores: nam quid faciemus, lib. 8. ep. 71. vbi sic legitur:

Libra fuit (missa) quinto (anno) Septitiana quidem.

Qui id animaduerterunt, legunt hoc loco, argenti Septitiani. & ad oram Plantinianæ editionis adscriptis Iunius, Septitianum argentum improbioris esse notæ: & sic interpretatur Septitanam libram in sup. scripto epigrammate, nescio quo auctore. Sed Raderus doctissimus vir ad idem epigramma Septitanam libram, ex Alciato conatur persuadere esse octo vnciarum cum semiuncia, quod primo bello Punico de iusta duodecim vnciarum libra detracto sextante, dextans tantum pro integra libra remanserit, quo tempore scribit Plinius asses dextantario pondere cufos: & deinde vrgente Hannibale, de eo dextante detracta vncia ad dodrantem redacta fuerit libra. Denique Papiria lege ex eodem dodrapte semiuncia detracta fuit, ita ut libra octo vnciarum cum semiuncia fuerit. Hanc existimat esse Septitanā libram: Sed nominis rationem fatetur se ignorare. Vnde cum hanc libram imminutam Septitanam existimet appellari, in nostro epigrammate legit:

Ergo nec argenti sex scrupula Septitiana.

Ego liberum cuique relinquo iudicium, & in tantis tenebris quam facem accendam, ignoro. Hoc tantum liquet, vel argentum vel pondus Septitanum rem fuisse vilē. Nam hæc enumeratio Poëta per seipso concipitur. Vox ergo hoc loco reaperte significat, ut diximus sup.

3 NEC à querulo mappa cliente fuit.] de mappis, quæ mense Decembri mittebantur, dictum est sup. epigr. 46. Querulum verò clientem dicit, quod ad patronum clientes querelas suas deferebant, ut lib. I. ep. 50.

Procul horridus Liburnus & querulus cliens.

4 *ANTIPOLITANI nec quæ de sanguine thynni, &c.]* muriam intelligit, quæ de sanguine thynnorum, facta mittebatur Antipoli Româ; constat ex Disticho & lémate Xeniorum, l. 13. 103. Léma est M V R I A, Distichon:

Antipolitani fateor sum filia thynni,

Essem si Scembri, non tibi missa forem.

5 *Nec qua coctana parua gerit.]* coctana genus paruarum sicuum ex Syria, de quibus lib. 13. epigr. 28.

Hac tibi quæ torta venerunt condita mentha,

Si maiora forent coctana, fucus erant.

solebant etiam hæc mitti Saturnibus, ut etiam oliuæ Picenæ sequenti versu. idque constat ex lib. 7. epig. 52.

6 *DICERE te posses ut meminisse mei.]* acutè Raderus hoc loco formitatem hanc esse putat in mittendis muneribus visitatam, ut amici amicus memor esset, & adducit Catullum, qui linteum à Fabullo sibi missum pueroru[m] sodalis sui appellat.

7 *DECIPIES alios, &c.]* id est, me posthac non decipies.

Nam mibi iam notus dissimilator eris.

Notandum est Martialis verbum quo est usus pro ingrato dissimulante munera. quemadmodum etiam utitur verbo *dissimulandi*, inf. lib. 5. epig. 16. & epigr. 37. & lib. 11. epigr. ultimo, quod ut alia pleraque, desumit ex Seneca, lib. 3. de beneficiis, cap. 1. *Dum, inquit, ingratus est, qui beneficium accepisse se negat, quod accepit. Ingratus est, qui dissimulat.*

AD EPIGR. XC.

VITÆ suæ modum, quem tenebat in rusticatione, exprimit breuiter hoc epigrammate, quo fingit respondere rogatus ab amico quid ageret rure, & simul vult videri epigrammata succiso labore scribere. Qui mos magnis Poetis. Horat. lib. 1. sat. 4. ad fin.

— *vbi quid datur oī*
Illudo chartis.

De vitæ modo, ordine quodam & veluti orbe circumacto, magni illius senis Spurinnæ legere poteris cum fructu & voluptate i. epist. lib. 3. Plinius junioris.

1 *FAMVLOS post arua reuiso.]* id est, viso arua, & postea reuiso famulos.

2 *PARTIBVS atque meis iustos indico labores.]* visus est sectatus breuitatem, obscuritatem etiam affectasse: nam hic versus subobscurus est, quod verborum ordo forte non liqueat multis. Est autem hic, *Atque meis, id est, famulis, indico iustos labores, partibus, id est, per partes.* Est enim quædam metalepsis, id est indico labores iustis partibus. Quod dictum Virgiliana imitatione: nam lib. 1. Æneid. vers. 511. de Didone sic scribitur: *Iura dabat, legesque viris, operumque laborem.*

Partibus aquabat iustis, &c.

3 PHOE BV M Q V E cie, Musamque lacefso.] Synonyma; dicta Poëticæ, pro carminum compositione.

4 H I N C oleo corpusque frico.] sup. ep. 8. nitidas vocat palæstras, quod oleo vnguentur in iis. Ouid. lib. 5. Faſtorum,

Late lyra pulsu, nitida quoque late palæstra.

sic vñctam & pinguem Poëtæ palæstram passim vocant.

5 M O L L I Q V E palæstra Stringolibens.] hæc coniungo, vt sit, stringo lucia corpus, vel forte, stringo palæstræ puluere, quem lib. 7. ep. 66. haphen vocat. Nam vñctione laxatam cutem haphe adstringebat.

6 A N I M O gaudens ac fœnore liber.] imitatus est Horat. qui lib. Epod. od. 2. Beatus (inquit) ille, qui procul negotiis,

*Vt præca gens mortalium,
Paterna rura bobus exercet suis,
Solutus omni fœnore.*

7 P O N D E R O, poto, &c.c.] ex vett. iamdiu emendarunt viri docti, prædeo.

8 D V M parvus lychnus modicum consumat oliui.] lychnum posuit pro lucerna, Virgilij & Cicer. imitatione; ille lib. 1. Æncid.

— pendent lychni laquaribus aureis

hic autem in Orat. pro Muræna: Aliud est lumen lychnorum, & aliud Solis. Grauius enim verbum est lychnus quam lucerna, quod notauit Fortunianus, li. 3. Scholasticæ Rhetoricæ. Epitheta verò lychni & oliui *miseras* faciunt, vt extenuet laborem insumtum scribendis epigrammatiſ, vt diximus in argumeto.

AD EPIGR. XC I.

C Laufula est hoc epigramma totius libri. librum suum alloqui familiare huic Poëtæ. Expoftulat cum eo, quod adhuc post tot epigrammata procedere querat, nec velit in scheda teneri.

1 O H E iam satis est.] ad verbū transcripta hæc verba ex Horat. sat. 5. li. 1.

Tum pueri nautis, pueris conuicia nautæ

Ingerere, hic appello trecentos, inseris obe Iam satis est. Est autem vox Donato teste satietatem significantis, sic apud eundem, sat. 5. lib. 2.

Importunus amat laudari & donec obe iam

Ad cœlum manibus sublati dixerit, vrge &

Crescentem tumidis infla sermonibus virem.

Vbi coniunge duas illas particulas, Obe iam, vt ambæ satietatem & fastidium notent coniunctæ: Quod Hispani imitamur, cum eodem affectu dicimus, *eara*. Iuuenal. sat. 7. vers. 62. cum paupertatem obstat Poëticæ facultati doceat, subiungit:

— satur est, cum dicit Horatius, obe.

Forte quod hæc vox Horatio familiaris fuerit, quæ Plautina est. in Au-lul. act. 1. scen. exi inquam.

Abscede etiam nunc, etiam nunc, etiam obe nunc.

Hinc intelligendus Persius sat. 1.

Auriculis, quibus & dicas, cute perditus, obe.

id est, erubescens crebris laudationibus, ipsorum à quibus laudaris, vel pudore correptus, vel crebritate fastiditus cogaris dicere: *obe Iam satis est.*

2 *I A M peruenimus vsque ad vmbilicos,]* id est, ad finem. Vide adagium, *ad vmbilicum ducere.* De vmbilicis autem & librorum ornamenti dictum est sup. li. i. ep. 91. n. 12.

3 *N e c summa potes in scheda teneri.]* Scheda commune nomen est omnibus chartis. Summa autem scheda est extrema marginis ora, & ut significar, plenum esse libellum, dicit adhuc nō posse teneri in extrema marginis ora. nam cum carmina dimensa sint suis numeris, necessariò relinquaenda est margo in scheda, at si interpolentur alia epigrammata, occupatur margo, ut discimus ex Iuuenal. sat. 1.

— *plena iam margine libri*

Scriptus, & in tergo necdum finitus Orestes.

4 *S i c tanquam tibi res peracta non sit.]* ludit in verbo, *res peracta:* rem enim peragere est suo munere defungi, quod priori versu significatur, nam ibi *res peracta non sit,* est tanquam si tu non iam perfundetis fueris tuo munere, cum plenus sis epigrammatör, in posteriori versu.

Quæ prima quoque pagina peracta est.

significat, iam peregisti quid agere potes prima pagina; nam ea legenda, satietas iam tui lectorum cepit, quod planè dixerat sup. lib. 2. ep. 6.

Lectis vix tibi paginis duabus,

Speculas ergo locorū in Seuere.

5 *I A M librarius hoc & ipse dicit.]* quod scribendo, *fessus iam sit. Library* nomen vulgatae significationis est, pro eo qui libros scribit, ut su. li. 2. ep. 1.

Deinde quod hac vna peragi librarius hora.

& epig. 8.

Non meus est error, nocui librarius illis.

Est autem nomen ut Grammatici vocant, mobile: nam cum *scriptor* commune nomen sit, contrahitur per adiectuum *librarius*, ad librorum scriptorem significandum. Horatius & fixo & mobili usus est in Arte poëtica, ut *scriptor* se peccat, *idem librarius* vsque. Nihilominus tamen *library* nomen pro quocumque scriptore usurparunt antiqui. Sic in glossario veteri *liberarius*, *liberarus*, *λεπτος*. corrupte, pro *librarius*. *λεπτος* verò generale verbum est ad quemcunque scriptorem. Vnde Galli Iudicis actuarium siue tabellionem vocant *gréffier*. Eadem significatione usurpatur *librarius* in l. si *librarius* 92. r. de regul. iur. In re militari librarij dicuntur ij, qui rationes in libros referebant: ut inquit Veget. li. 2. cap. 7. Ad quem locum Godescal. Stevvechius lapidis Tarragonensis cuiusdam elegantem descriptionem adducit, quæ subsequitur: C. TADIO. C. F. IANVARIO PISAVRENSI VIXIT ANN. XXXIV. C. TADIVS LVCANVS LEG. VII. G. F. LIBR. OPTIME DE SE MERITO. interpretatur recte legionis septimæ Geminæ Felicis librarius. Ex quibus intelliges verba Paterni IC, in l. quibusdam vlt. de iure im-

munit. *Librarii quoque, inquit, qui docere possint, & horreorum librarii, & librarii depositorum, & librarii caducorum: vbi library, qui docere possint,* intelligo peritos homines rationum referendarum, qui possint alios ad idem munus instituere. Depositorum autem sunt hi, qui rationes conficiebant pecuniae ad signa à militibus depositæ. Id enim fieri solebat in Romana militia, vt docet Vegetius lib. 2. cap. 20. vbi enumerat multas depositorum commoditates, diuinitusque id institutum esse dicit ab antiquis, sed præcipuam ipse adducit, vt pro signis militaribus fortius dimicarent, nec de deserendis iis cogitarent umquam, quamuis hic mos in perniciem versus est Domitianus tempore, vt legitur apud Suetonium in eius vita, cap. 7. cum ex depositorum fiducia Lille Anton. Saturninus ansam arriperit coniurationis. Vnde Domitianus prohibuit plusquam mille numeros, à quoquam milite ad signa deponi. Harum rationum libros asserabant iij, qui Capsarij vocabantur; vnde nos Hispani, qui præcipuum rationum librum apud mercatores conficit & seruat, vocamus *caserio*, & librum ipsum, *libro de caia*. propterea quod libri in capsis seruarentur. Sic Horat. lib. 1. sat. 4.

— *beatus Fannius vltro*

Delatis capsis & imagine.

id est, delatis libris in capsis ad Apollinem Palatinum, & sat. 10. de Casiō Parmense: — *capsis quem fama est esse librisque Ambustum propriis.* de quibus capsariis mentio est in d.l. quibusdam vlt. de iure immunit. his verbis: *vt sunt mensores, optio, valetudinarii, medici, capsarii, & artifices, & qui fossum faciunt veterinarii, &c.* vbi illud & inter nō capsarii, & nō artifices, abest à pandectis Pisanis. Vnde errandi causa viris doctis, qui existimarent capsarios confiendarum capsarum artifices esse, cùm diuersi omnino sint capsarii ab artificibus. Nam iure militari artifices eos intelligo, qui, quemcumque militaria instrumenta & machinas fabricabantur, cumq; omnes illi qui numerantur in ea lege per *auerse* numerentur, diuersi sunt capsarii ab artificibus. Post artifices autem addita est coniunctio affirmationis causa, ne fossores quis existimaret ab illis esse excludendos, quod illorum opera ad artifices etiam videatur referri. Hinc vernulae, qui ingenios pueros sequebantur, eentes ad ludum, ferebantque libros, capsarii dicebantur. Suetonius in Nerone cap. 36. *Constat quosdam [liberos damnatorum] cum pedagogis & capsariis uno prandio pariter necatos.* & Vlpianus in L. si collectaneus (13. de manumissis vindicta) ait, *vel capsarins, id est qui portat libros.* Ex quibus intelliges Iuuenalem sat. 10. vers. 116.

*Quisquis adbuc uno partam colit asse Mineruam,
Quem sequitur, custos angusta vernula capse.*

FINIS LIBRI QVARTI.

in the same place, and it was there that he found his first opportunity to study the life of Jesus. In the course of his studies he came across a manuscript of the Gospels in Latin, which he had never seen before. This manuscript was written in a very clear and legible hand, and it contained many interesting notes and annotations. He was greatly impressed by the manuscript, and he decided to copy it into his own notebook. He spent several hours copying the manuscript, and when he had finished, he was very pleased with his work. He then began to study the manuscript more closely, and he soon discovered that it contained many valuable insights into the life of Jesus. He was particularly interested in the way in which the author of the manuscript had interpreted the Gospels, and he spent a great deal of time trying to understand the author's perspective. He also found that the manuscript contained many useful tips for studying the Gospels, and he took note of these tips. He then began to use the manuscript as a reference when he was studying the Gospels, and he found that it was a very useful tool for this purpose. He continued to study the manuscript for many years, and he eventually became a very accomplished scholar of the Gospels.

THE GOSPEL OF JESUS

The Gospel of Jesus is one of the most important documents in Christian history. It is a collection of stories and teachings about the life and ministry of Jesus Christ, and it is considered to be the most authoritative source of information about him. The Gospel of Jesus is written in a simple, direct style, and it is easy to understand. It is a very inspiring document, and it has inspired millions of people around the world. The Gospel of Jesus is a testament to the love and compassion of Jesus, and it reminds us of the importance of living a life of love and compassion ourselves. The Gospel of Jesus is a powerful document that can change lives, and it is a reminder of the power of God's love and compassion. The Gospel of Jesus is a document that should be studied and appreciated by everyone who is interested in the life and ministry of Jesus Christ.

INDEX RERVM ET VERBORVM, QVÆ HIS COMMENTARIIS CONTINENTVR.

A

A berratio	190
A berrans	190
A cclamatio	166
A ccusandi rabies	61
A ccusator	90
A cerca	337
A chillas seruus	282
A chillis Scyphus	155.156
A ciliorum familia	320
A cinacis	77
A doptati quomodo nominarentur apud Romanos	115
A adulterium prohibitum	193.194
A adulterium vnius, matrimonium vocatur	104
A adulterorum pena	209
A duocati dicti scholastici	350.351
A edificia publica	6
A edificia properare	6
A edificia suspendere	4.5
A ediles in ludis cum tunicis albis	295
A in Aedilium quendam iocus	342
A gles edentulæ vanitas	106
A Egyptij	97.332.333
A Egyptus	307
A emilia via	222
A neas	233
A olia	24

A erugine capi	194
A eschylus primus docuit magni loquentiam	231
A statem bene ferre	53
A ethiopis serui signa	169
A etna poëma	4
A fer ardolio reprehenditur	363
A fer ostentator	326
A fri serui elephantorum magistri,	
123	
A frica	148
A ger fertilis	256
A gere verb.	112.248
A gitari à populo	58
A gni agnoscunt matres	258
A grippina submersa	352
A jax in spongiam incubuit	306.342
A laðeðor	225
A larum fætor in homine	284.285
A lbani reges	233
A lbatii Romani sedebant in ludis theatralibus	295
A lbulæ	296
A lbus pro delicato & pulchro	92
A lcagnete	121
A lcestis	361.362
A lcides pusillus	250
A lcinij sepulcrum	116.117
A leæ ludus	310.311
A leatores 355.356. eorum duo ge- nera	312

I N D E X.

Alexander Seuerus	254	anteambulo	162
<i>Alindar Hisp.</i>	46	anteambulonum incommoda	241.
Almus	291	242.249	
altini oppidum	318	antenor	318
amare turpe pauperi	195	antipolis	370
non amare	62.63.189	Antonini rescriptum	299
amari & coli simul soli Deo con-		M. Antoninus philos. Imp.	254
ueniunt	189	Antonius Augustinus	216
amatores bene videntes	244	M. Antonius 266.267.306.307.eius	
amatores turpium personarum		voluntas	-214
cæci	244	aper in delicijs	84.253
ambitiosus, <i>pro</i> affectato	30	apicius	180.200.214.234
ambulator Transtyberinus	71	apis in electri globulo	323
amethystine vestes	190	apum labores	323.324
amici diuites famæ amicorum in-		Apuleij fabula de pistore	185
feriorum	224	apulia	346
amici magni 244. reges dicti	331	aqua an inebriet	60
amico se commendare inciuile	222	aqua croco immixta	265
223		aqua dea	220
amicorum raritas,	124	aqua frigida	48.49
amicitiæ vetustas laudatur	129	aqua irrumata	200.201
Ammianus	358	aqua marina corrupta	296
amor & timor non cōueniunt	189	aqua nigri coloris	220
amoris iustæ debent esse causæ	63	aqua calidæ vsus veteribus	48.49
amphoris vinarijs inscripta nomi-		aqua egestas Rauennæ	255.256
na consulum	134	aquam in cœnaculo habere	136
ampulla	280	aquam sumere	185
anaglypta vase	328	aquarum vellus	295
<i>Anchona Hisp.</i>	368	aquas pingere	25
ancillariolus	369	aquarij	169
anima sanguis existimabatur	353	aquarioli	121
anima pro halitu	115	arae virides	235
animati benè, vel male	115	arabia felix	265
animi vera magnitudo	262	<i>Arabius tibicen</i>	125
anna peranna, vel perenna	353	arare & exarare	368
annona	303	arbor consanguinitatis	329
annuere verb.	165	arbores tondere	256
annulus quid	238	arbores iuxta sepulcra sitæ	116
annuli venditio vel oppignoratio		arca 357. diuitis argumentum	182
191		arca flagellat opes	170
annulo signare	100.101	arcam qui habere dicantur	108.109
anser argutus	257	arcam premere, flagellare	244
anserum exta	279	arcanum	12
		Arcarij	

I N D E X.

arcarij serui	108.109	auari est petitionem alterius ante-
archimagiri	89	uertere 181
arcula	183	auaritia summa 183
Ardea op.	350	Augustus Imp. 225. 233. patres se-
ardelio	151.152.362	dentes in curia salutavit nomi-
argentaria	161	natum 199. eius Mausoleum 192
argentum pustulatum	185. purum	ludi seculares 293. iocus 306
& cœlatum	328. 329. pro va-	Augusto primū concessa querna
fis argenteis	327. Septitianum	corona 292
369		Augustus m. 287
argiletus, vel argiletum	36.161	S. Auitus 298
arginus	300	aures raræ 213
argutum quid	32	aurea mensa 240
argonauta	267	aureus 130.263
argonautarum porticus	233	aureus turtur 262
Argyræ, piger	267	aurigæ in honore 206
aricinus cliuus	162	aurum arcanum 12. Callaicum 328
Arperum op.	345	miserum 69. obryzum 185
arpos	346	aurum purum putum 80
artifices in re militari	373	aurum in sepulcris condi prohibi-
arundo Ægyptia	39	tum 106
de aruspice Thusco narratio fa-		autumnus 256.257
ceta	235	
aruspicina ex Hetruria	235	
As	239	
A&ons;	305	B Abylon à Poëtis multum ce-
asper	185	lebrata
aspera vasa	328	Baccariones 121
aspritudo	185	Bacchus 366. cur dicatur liber 135.
assertiones perfusoriæ	90	eius comitatus 336. cum Phœbo
assertor	90	contentio 338
assiduus labor	2	bæticus 274
astra pura	352	bæticus color 125
Atellanæ fabule	273	bætis fl. 125
Atellanæ dictum	74.75	Baiæ op. 350
atracæ ancillæ	285	baiani pisces 322
atrium 243. in atriis nobilitatis in-	246	balnea 236. viris & fœminis com-
signia collocata	329	munia 254. eorum pretium 186
attici aliis vrbaniores	368	187. balnea Lupi & Cyrilli 94.
Atticus Vestinus	360	in balneis delectum facere 54.
auarus	128.129	balneis exeuntes & ad cœnam
auarus in uitator carpitur	234	pergentes soleas aptabant pe-
		dibus 252

B b b

I N D E X.

balnearis Cella	179	cadere	
barathrum	275. 276. 286	caduco frui	95
barba 301. eam radebant Romani 102. ani possit tingi 326. illius cultus	173. 174.	Cæciliani stultitia	216
barbæ depositionis dies solennis 223.		Cærelia puppa	311. 312
bardaicus	296	Cærelicasus	316
bardiacus	296	Caiero, Hisp.	351
bardocucullus	297	calamistris inurere	373
basiabant veteres, quos proba- bant	39	Calatauid op.	173
basiandi varij modi	153	calceamentis altiusculis vrebantur viri grauiores	83
bassa	296. 297. 298. 299. 368. 369	calicem suum propinare	233
Bassus irridetur	250. 274	calices habebant veteres peculia- res	156
bellus quid & vnde	46. 264. 265	calices meretricum	120. 121
Berecynthia	336	Caligula Imp. 144. 189. 223. 233. indigne tractauit Senatores,	
beryllus	351	277	
bessis pocul.	106	Calliope	323
bibere pocola	251	camīnūpē	286
bibliopola 152. necessitudine cum Poëtis coniuncti bibliopolæ, 34.		calor vehemens discutit nebulas,	
in Bibliotheca capsæ numero di- stinctæ	142	296	
Bilbilis op.	83. 84. 346. 347	Calphurniorum familia	330
Bisuntium op.	347	calua	272
Bithynicus	165	caluae fœminæ	171
Bitontum op.	184. 347	caluus, pro depilato	198
bona relicta, parta	128. 129	camenæ	151
Booten lassare	296	cana iura	51
brachia vulsa, rasa	264	candidati	163. 167. 198
bruma	287	candidus quidam taxatur	179. 236
bruti sigillum	207	248	
bucca	75. 76	candor	185
bulbi	273	canis natura	122
Burrus	337	canis per iniuriam aliquis dicitur,	
bustuaria scorta	66. 287	344	
buxus	116	canes ad currum iuncti	342. 343
C		canes leporatij gallici dicti	250
C. litera, pro q.	2	Canius poëta	231. 265
Cadauer	330	canos tingere	246
		cantica Ægyptia, Gaditana	264
		canus choraules	299
		capena porta	312

INDEX.

caper	235. 284. 285. Baccho sacri-	
sicabatur	235. matrem agnoscit	
258		
capillare vnguentum	280	castrandi mos
capillati pueri	191	castrati dicti Galli
capillatus	259. 260	casus
capillatus grex	190	casu viuere
capilli tres	283	cathedra
capilli incompti	55	Cato Uticensis vino indulgebat
capillorum varia formæ	333. 334	213. eius mors
capillos turbare	173. tingere 246	Catullus vixit ante Virgilium 311
247. pectere 173. flectere 173.		eius passer
264		caudex
capra pro meretrice	342	cauere verb.
caprificus	342	Kavua
capsarij	373	capones insectantur Poëtae
captare	15	92.
captatoriæ institutiones	348	93
caput sacrum	267	capones in villa, quomodo
ad caput ensem ponere	76. 77. 78	258
capite censi	96	causas cognoscere lenato velo
Caristus	351	cautus
Carinus habitare	69	celtiberi
carmen Sotadicum	211	censere, verb.
carmen supinum	211	Censetur virtute, &c.
carmina quæ auditoribus præce-		censor
ptores veteres legerint	66. 67	censura pro quacumque reprehen-
carmina lasciva 43. mala ibid.		sione
carmina pessima ad falsamentarios		66
amandata	368	census
carminum recitationes in conui-		95. 96
uiuis	147	cento
carmen instrumentum ferreum,		64
79		cera pro quibusvis tabulis
Carpophorus quatenus à Martiale		358
laudatus	22. 23	cera prima, secunda ima
carptores	189	cerea lacerna
carpus	88	Ceres farta
carruca	263	cereus color
caseus Tholosanus	274	Cerner, Hisp.
casta puella quæ dicatur	359. 360	Cernicalo, Hisp.
Castor	318. 319	ceroma
		certamen quinquennale Ioui Capitolino institutum
		292. 344
		ceruini cuiusdam in amore mutabilitas
		270
		ceruus
		85. 283
		Cespes in sepulcris
		116
		161
		Chalybes populi
		347

Bbb ij

I N D E X.

Charinus	327	clinica facultas	61
charta virgo	100.101	clinicus	287.305
chartæ victuræ	231	Clodia quadrantaria	239
X̄w̄ora	355	clypeus	249
Chione	66.239.241. 281.290	clytus mœchus	305
Chironomos	69	Cobrar, Hisp.	248
Chloë	255.287	coctana	370
chorus natatorum	25	cocus scissoris officio fungitur,	
Chrysendeta	180	89	
Chrysophorum	266	codex vnde	103
C syllaba inserta per epenthesin		codrus	190. 228
147		cœna antiquorum II. recta	223.
Cibi scissores & carptores	227	225. ad Sportulas redacta	223.
cicer variis modis conditum	72	224. cœna à lactucis inchoati	
Cicero inuita Minerua poëma fa-		ri solita	252. 253. in ea legen-
ciebat 213. ab Antonio occisus,		di & recitandi mos	248. cœ-
ibid. eius laus	267	na Zoili	162. Ligurini
cinædi	75.119.149		248
cinerarij	173	cœnas duas explicare	132
ciniflones	173	cœnaculariam exercere	136
einna importunus	262	cœnacularius	136
circitores	62	cœnaculum	136
circitura	62	cœnandi hora	137.302.303
circulati	212	cœnatio à Domitiano extucta,	
circulatores	62.72.73.74	191. 192	
circuli	212	cœnaturi exalceabantur	252
cirratus	62	cœnipetæ	162. 200
citharœdi in honore	221.300	cogere verb.	200
citrei orbes	146.176	cognomenta ex victoria sumpta	
civitatis ius multis impetravit		non communicabant hære-	
Martialis	290	redibus	148
Claudia Messalina	188	colere & amare simul	189
Claudiani ludi seculares	293	X̄m̄uḠ; quid	185
Claudius Imp. 225. 278. eius edi-		X̄λ̄λ̄v̄	150
ctum de aqua calida & carni-		color nativus	126
bus elixis	74	colorare verb.	109.110
Clavius latus, angustus	340	colorarii	109
Cleopatra	307	Colosfus	6
cliens 87. querulus	369	Comæ molles 333. coma tincta 326.	
cliens alterius non debet habere		eam nutriebant ingenui pueri,	
alios clientes	162	190.191	
Kali quid	61.62	comam phœbo confecrare	62
		comœdia palliatæ,togatæ	160

I N D E X.

comœdias exigere	249	corona querna	344.345
concha cytheriaca	184	Corycus mons	265
conchylium	297	Cosconius	205.270
<i>concipilare, pro compilare</i>	147	Cosmus myropolans. 255. eius am-	
congiarium	224	pullæ	280
coniuges eodem sepulchro clau-		Cothurnus	231.232.233
deabantur	140.141	<i>κουρεάκι λαλία</i>	162
C. Considii Nomani nummus,		Crânia humana adducta per con-	
209		uiuia	192
consilium dare non petenti, ridi-		crassus pro ignauo	206.207
cum	170	credere verb.	228
consilium litigatibus in turpi cau-		creditor	228
sa datur	154.155	crescunt ædificia	6
consulum nomina in amphoris vi-		creta	245
nariis	134	crimina rebus inanimatis tributa	
per consules numerare	283	351.352	
conuiua 224. 238. eis quare sèpè in-		crimina plura quam quæ propriis	
uiderent ministri 260. quomodo		nominibus vocentur	29
traditandi 53. 54. singuli mappam		Crispus Neronis vitricus	345
afferebant	174.175	<i>κροκιδίζεν</i>	79
conuiuari 225. item de die 303.	304	crocodili rictus	283
conuiuum 224. tempestiuum 304		crocum	265
conuiua explicare	129	Croton oppidum	348
in conuiuiis frequentes recitatio-		crucium epitheton vini	236
nes carminum 147. vini præ-		crudus	227
bendi mos 147. potentiorum		cruor 353. virgineus	ibid.
fraus	261	crura depilare	173
<i>κυρωροταγεῖν</i>	275	Cuerdos Hisp.	236
copta	210	culcitra	343.344
coqui viles popinas circuire soliti	74	culinam rapere	121
Coracinus irridetur	335	culter venatorius	325
corculum	236	<i>ad cultum se locare</i>	325
cordatus	236	cultus disparitatem fert secum cō-	
cordolium	236	ditionum	189
Corduba facunda	97.98	in cultu timor	190
Corinthia vase	180	cunei quid	60
Cornelii forum	222	cupressus	116
P. Cornelius Scipio Africanus	147	cura rudis	100
cornua in libris	102	cura signata	101
coronæ in ludis	291.292	curia vnde	37
corona ciuica	292	curio quid	143.144
		curius, pro graui viro	289
		curruum axes vngere	206

I N D E X.

cursores	291	Diadumenus	265
curis splendida, sordida	173	Diana	337
κωδπανία	239	Dibapha vestis	158.167.297
cyanea	351	dibaphum malè olere	87
Cybele 335. 336. eius sacerdotes	182 235.276.282.283.	dicacitas	42
cycnus argutus	257	dictum quid	42
cyllarus Castoris equus	318.319	didymus	240
Cynici cultus descriptio	343	dies apud Romanos	303
Cynicus senex	286	diei distributio 301. eius melior & maior pars	304
		de die solido partem demere 303. 345	304

D.

Dacici cognomen	148	digitus index, digitus medius & infamis 31.32. impudicus	119
Damarum pugna	324.325.361	digito monstrare	31
damnari ad gladium	325	ad digitofū crepitum matelię po- nebantur,	278
damnati in metallum notis depi- cti	169	digitum tollere	27
dapes crastinæ	260	digitum medium ostendere	32
Daphnis	222	ad digitum pugnare	27
daphnon	230	Dionysius vnde	336
dare verb.	171.187.190.205	Dionysius tyr.	272
Dafsius	186.187	dirigere	22
datatim ludere	314.315	Dispeream	70.322
dea cœca	342	diffimulare verb.	296
debitor	228	diuites reprehendūtūr 242. fames	
December mensis	242.287	amicorum	243
Decianus poëta	45.149	diuidere verb.	340.341
decies centena fest.	197	diuifisio	341
decima hora	302.303	dolium epitheton cordis	236
defensor	90	dolore percussi veteres deos ipsos	
delatores exacti	8.9	accusabant	196
delicati accumbentium cubitum		domicænum	369
refugiebant	264.277	Domitia	296
deliciae	151	domina	240
demens	274	dominus	37
dentes vincire auro	106	domini montes	353
depilari soliti delicatiores	195	Domitianus Imper. 148. 216. 217. 344.354. Herculis emulus 16.250	
depilatum & caluum	198	Ioui comparatus 44. venabulo	
depositorum librarii	373	feras transuerberabat 14. illius	
deprehendere	15.66	editum de more castrandi 193.	
depugus	286	de cœnis 223. natalis dies 291. lu-	
detrimentum	186		

I N D E X.

di seculares	293.	naumachia	23.	virtus	32
24.294. bellum in Germania	295			epigrammata breuia & longa	205
constantia	295.	pisces Baiani illi		206. 207. nullum seruant ordinem	218.
sacri	322.			succisiuo labore scripta	370
domus longè	261			epistola cur vrantur tragœdi	143
dormientes iocosis contumeliis				epopœia	341.3.2
afficti	245			epotare verb.	167
dotis summa	196.197			Eppia	332
dropax	271.272			epulæ mensæ dicuntur	132
Drusus Liuiæ ex Nerone filius	147			equus non potest esse seruus	113
dubius	194			eques iustus	131.132.356
ducere verb.	244.245			equitibus pecunia in spectaculis	
duracinæ vuæ	78			elargita 47.48. illorum locus in	
dureta	179			theatro	167
durus	3			equestris census	356
				equestris dignitas Martiali	data
				289.eius insigne	238.340
E.					
Echo	305			equo dare	357
edictum	211			equus albus fluminum hostia	221
efferre, pro occidere	143			ergo	319
effete	318			eruca	273
effundere verb.	123			Eryx Veneris filius	209
εἴγοντας	147			εἰρηνογόνος	150
εὐκαλυπτός	212.213			εἰρηνούσας	150
εὐχειδής	34			effedarij	353
electrum	266.323			efuritio	129
elephantorum magistri	133			euge belle acclam.	38
Elis	66			euocati milites	297
elixus	224			Euphemus	301
eluacrum labrum	178			Euphrates fluu.	220
emtione 28.fit emtoris	163			Europe à Ioue vecta	16.17
enchoez Gall.	368			exarare	368
encyclopaedia	212.213			excidere	95
endromidati	313			excitare verb.	289.
Endromis vestis	313			exigere verb.	248.249.360.366.
ἐπίγραμτα vel ἐπάγραμτα	309			exigere tetrica aure	366.
epigramma	30.144.341			exorare verb.	43.44
epigramma vnum opus est	218			explicare conuiuia	129
epigrammata non esse castranda				expulsim ludere	314.315
68. lasciuia 151. eorum propria				exulis comitem ite	164.165

I N D E X.

F.

- F** Aba fresca 338
F Fabianus 241.242.299
 Fabius Maximus 217
 Fabritius & Aquinus 123
 Fabulla Sotæ medici filia 305
 Fabullus 226
 facere verb. 83.171.203
 in faciem transferre subligar 281
 facta res 165. facta cœna 166
 falernum vinum 307.308
 Faliscus venter 338
 fallax 132.133.
 fames vltimum supplicium hu-
 manorum 111
 Fannius Cepio 208
 fas vnde 359. fas esse *ibid.*
 fatum inexorabile 345. ineuitabile
 350.
 fauni 336
 faustina villa 256
 fax 288
 febris semitertiana 176
 felix arbor, &c. 60
 feræ in spectaculis 324. quomodo
 irritarentur in arena 20
 feras cominus & eminus ferire 22.
 23.
 ferculum integrum inter duos 174
 ferculorum reseruatio in crasti-
 num 132
 fererum 208.287
 ferre verb. 145
 ferrugo Ibera 125
 ferrum sœuum metallum 347
 ficedula cerea 257
 ficosus 99
 ficus 98.99. pro ficofo 342
 ficus Libyca, vel Africana 339
 fides prisca 70
 fieri verb. 171

- Flaccus puer in Hebro submersus
 313
 flectere capillos 173.264
 Flora meretrix 35
 floralia 35
 florentiæ pannus 210
 flores sati iuxta sepulcra 116.117
 flos vini, flos Liberi 269
 fluminum dij 220
 fluminum hostia 220.221
 focale 331
 focus signum domus locupletis
 120.215.
 fœdus sacrum 124
 fœmina pulchra facie & fœdo cor-
 pore 220. fœminæ pallio coo-
 pertæ, etiam virili 160. in arenâ
 descendunt 11. post coitum la-
 uare solitæ 185. καλπίνιον 286
 fœmina cathedra 264
 fœmis diuitiarum argumentum
 182
 follis ludus 313.314
 fons rudis 100. vius 215
 fontes sacri 220.348
 formula cadere 95
 fornicipes 173
 fornucapes 173
 fornus 173
 fortis quis iudicandus 45.46
 forum 161
 forum Romanum triplex 243
 frangere 54
 frangere toros 302
 frater 148.149
 frendere 338
 frigere verb. 294
 frigora trita 183
 friguscum 294.295
 fritillus 310.311
 friuola 136
 frons mollis 257. breuis 333. 334. te-
 nera, dura 300
 frontem

I N D E X.

frontem gerere	283	Gaurus eques Rom.	356.357
frontes libri	102	Gedeon	122
frontis splenia	168	Gellia anus	255.316
frui verb.	260	gelu concretum pro succino	349
fuga vulpis	298	geminorū similitudo in pretio	281
fugitiuorum nota	168	gerere frontē, gerere mammas	283
fullo	167	Germania	148
fullonica	167	germanici nomen	147.148
fumo vinum maturare	279	gerres	275
fumofæ imagines	215	Geryonis oues aureæ	125
in fundis vestes depositas habebat		gestatores	353
veteres	158	geſto Hisp.	283
funus antiquorum	217	glaber	320
furtiu nox	64	glabrate verb.	320
furtum 115. pro furtiuo Veneris a-		glabrarria m.	320
etū	64	glabrio	320
futuere verb.	118.170	gladiatorum auctoratorum iura-	
		mentum	145
		gladiatorum munus	228.261.290.
		325	

G.

G Ades iocosa	97.98	gladius in cubiculo seruari solitus	
G aditanæ saltatrices	75	77	
G alba Imp. semper fuit raso men-		gladium ad caput ponere	76.77
to	326	ad gladium se locare	325
galbanati	126	glaniana vasa	328
<i>Galgos</i> Hisp.	250	Glanus fl.	328
Galla anus luxuriosa 172. 253. 254.		glaphyrus	299
349		Glyphi irrisio	182
galli qui dicerentur	182	gordi, i, stulti	206
galli Cybeles sacerdotes 235. 276.		gora	206
282.283.		græci circulatoribus deletabatur	
gallia togata	218	72. numerum & ordinem no-	
galliarum prouincia barbara dicta		tant literis 190. nugarum inuen-	
313. in ea texebantur vestes villo-		tores 211. pueri delicati magno	
sæ	313	pretio venditi 355. iliorum mos	
galliambus versus	211	in colenda amicitia	141
gallinæ Rhodiæ & Numidicæ 257		Graius vel Grauius fl.	345
gallus priapus	68	345	
gallus quidam carpitur	312	372	
Ganymedes	43. 244	gratus, ingratus	51.256
Gargilianus 290. eius vanitas	347	grauij castellum	346
garritus in aurem	237.264	greffier, gall.	372
gaudium crudele	265	gulonum adagio	308

Ccc

INDEX.

gymnasium	161.269	honor, pro rerum pulchritudine 2.3.
H.		
H Abere se	199	
H adrianus Imp.	193.254.302	de Horatio quodam narratio 294
hæredipetæ	205.347.348	horti pensiles 5
haphæ	371	hospes 221.222
harpasti ludus	313.314	hostis pius 54
Harpocras libertus	228	ὑδωρ ἐπιώδεις 295
hasta	21.22	hydrophylæ 169
Hebræi vno sepulcro coniuges condebat	141	Hylas puer casu perit 230
Hecubæ fabula, 240. cur canis ap- pellata	344	Hylus inconstans 300
heliades in arbores versæ	318.349	ὑπαρχόμενοι 368
Heliogabalus	55.110	
Helius caufidicus	124	I.
helix	296	
helespontus	352	I Am, iam 290
hemitritæus mœrbus	176.365	Ianiculum 352
herba ruditis	215	ianitoris munus 63
Herculi se comparabat Domitia- nus	250	Iasonis porticus 233
Herculis fanum	354	Icarium mare 352
<i>ἐπάνεις</i>	106	iætus & iactus 22
<i>Higa</i>	119	Ida tulit Iouem 291
hippocrene fons	323	ieiunium anhelitum malè olere facit 297
Hippodamus	322	ignis pallidus 266
hircosus	284.285.286	ignorare verb. 248
hircus	235.296.	ilicet 217
hircus hirsutus	285	imagines familiarum 215
hircum olere	284. 285	imagines cereæ 329.330
hirpinus eqūus	264.265	imagines cubiculares. 76.77
hirsutus	36	imaginibus maiorum fumosis il- lustris 215
Hispani multos habent hebraï- mos	154	immittere pro sternere 340
Hispan. pallium muliebre	160	Imperatores soli manum præ- bant basiandam 163
<i>hombre de poco, hisp.</i>	332	improbus 126.294
homo bellus	263.264.265	impuritatis scelera 166
hominum inconstantia	270	impurus 194
horarum diei distributio	301. horæ primæ diei	incerare verb. 121
	304	incessus tardus grauitatis signum 190
		incisum os. 262
		incitega 146.147
		incitegere 147

I N D E X.

Indorum mos in sepulcris amico-		ius trium discipulorum	217
rum	141	iuuare	49.50.135
indulgere	133	iuuentus indetonsa	191
infantaria	369		
infantes sordidi	85	L.	
ingeniosus	107		
ingenuum latus	249	L Abor	45
ingratus	256	labrum	178
inigere verb.	248	labra linire	245
innocentia	248	lacajos hisp.	251
inscriptiones in suris, cruribus,		Lacedæmon cur libidinosa dicta	
brachijs, & manibus	169	346	
instratum	157.158	Lacedæmonij	313
insula quid	45	lacerna 190. 294. purpurea 167. ge-	
interiora	268	lida	243
interiungere verb.	151.268	lacerta in phiala excusa	244
intertrimentum	185.186	lacuna	296
intertritura	186	lacus pro torculari	336
inuidi natura	140	laetula 281.282. in principio cœnæ	
inuidus vngues corredit	319	252.253	
inuitator bonum vinum sibi reti-		Ladas cursor	212
nens, facem ponit conuiuis	251	lades	66
iocus Venerem præcedit	40.41	Læda serua	195
Iphigenia	283	læuis	174
iris	315	lagena Pamphili, Pontiæ	357
irrumare verb.	209	lana Istriæ & Liburniæ	181
irrumatio à ruma	203	lancea	21.22
ita viuam	70	laniena	161
Iudæi sabbatarij dicti 298. fœten-		lanificium	313
tes	ibid.	lanugo dubia	194
iudices mali taxantur	154.155	laquaiz gall.	251
in iudiciis pecunia deponi solita		lares 222. vrbani 240. cubiculares	
13.		76.77	
iugulare Falernum	53	laronia	264
Iulia gens	233	laruæ in conuiujs	192
Julius Cerealis	221.222	lasciuus	39.40.41.81
Julius Martialis	352	laticlauium	340
iunctura 263. argentea & aurea		Latinus	281
ibid.		Latinus mimus	42
Iunius Otho declamator	117	latrunculi lusorii, vitrei, gêmei	317
Iupiter 295. Capitolinus	292	latus pro sodali	183
ad Iouem matutinum ire	304	lauabantur pauperes quadrante	
ius trium liberorum	216	238.239.	

Ccc ij

I N D E X.

lauandi hora	301.302	libra Septitiana	369
lauandi mos post coitum	120.121	librarius	152.372.373
lauatio 179. post eam quiescebant Romani soleati	302	libri barbati	101.102
lautus	128	librorum ornamenta	219.305
laudantur pauci ante obitum	32.33	libro de caia hisp.	373
Laufella fatua	271	Liburnus præco	299
laureolus	12	Libyci orbes ebore suspensi	180
laurus	116	Libys impius	312
laurus meræ	261	licere verb.	359
lectica 208. sellas habet	363	Licinus poëta	345
Lectius	289	Licinius Sura	87
lectus	208	Ligurinus	251
lectus genialis & funeralis	287	lilia vitrēis vasis condita	316.317
lectus communis	331	limen primi tecti	222
lecti sternendi modus	159.160	liniae hisp.	329
lecti tres in triclinio	234	lindo hisp.	46
lecti cubiculares	282	lineæ in stemmatis	329
Leda meretrix	298	Lingonicus bardocucullus	90
Ledæ curta testa	276	lingua maledica impura	194
ledæ palæstra	346	lingula calcei	168
Lentinus	246	linire os alicuius	245
lentus	183	linteo præcinctus	277
Leonidæ dictum	155	linteorum vſus in orbibus citreis	
leonis ori manum inferere	204	146	
leonis cor alstrum	348	Linus quidam irridetur	354.355
leones accumbentes recipiebant lepores discurrentes	43	Liris fl.	328
lepus	85	literæ in fronte	168
leuare verb.	271	littora sacra	348
Leustricus Brutianus	317.318	lomentum	245
λιβελλος	337	loqui Curios & Camillos, &c.	56
libellus breuior longiori præstan-		lotium in tintura purpuræ indi	
tior	145	solutum	87
Liber cur dicatur Bacchus	135	lotus arb.	308
liberalis	128	lucanica	338.339
liberales in re tenui, in summis di-		Lucanus	330
uitijs sordidi	128	lucernæ in lupanari	298
liberaliores in rebus reliqtis, quam		Lucius Antonius Saturninus	
partis	128.129	306.	
liberorum trium ius	216	Lucullus	220.223
liberos in acta referendi mos	56.	ludere verb.	41.193.228
		ludere raptim, datatim & expulsim	
		314.315	
		ludi à Domitiano exhibiti	291

INDEX.

ludi in municipiis	295	163. manuum pumicare	174
ludi seculares	293	mappa laticlavia	340
ludorum magnificentia in porticibus depicta	233	mappam singuli conuiuæ afferebant, 174. 175. in Saturnalibus	
ludus de la olla, Hisp.	314	mappæ mitti solitæ 339.340.369	
lumbos pumicare	174	marauaninus	94
luna calcei	168	Marcellinus	223
in lupanari celle meretricum non minibus inscripta	64	mareotis	333
luperci sacerdotes	320	Marius	303
lupini aqua macerati	72	Marsus Poëta	321
lurco	121	Marsia	196
luscus	354	Martia turba	205
lustrum	293.337	Martialis cocus dictus 1. 2. solus epigrammatarius 152. 153. orbus	
lusus leporum & leonum	43	216. Tribunus honorarius 289. eius laus 32. 33. domus	222
luxuria fœminarum	68	Massicum vinum	307.308
Lychnus pro lucerna	371	Massilianum vinum	279
Lycisca	312	Massilianus	300
Lycoris	244.318.351	mater	130.131
lympha	220	Mato Poëta	364.365
Lyris	204	Matho, Ital.	365
M			
M Acclum	161	Matrinia vetula	240
macte	307	Matronæ in arenâ descendunt	11
Magirus	89	matronarum habitus stola	144
Malaca vrbs	282	Mausolea in aëre pendentia	34
Malchionis fastus	278.279.280	Mausoleum D. Augusti	192
malua	282	Maximi recitaturi excusatio	229
malum quod tegitur, minus creditur	246	Maximiana vetula	176
mamma 130.131. mamma pannosa		Medea	172
271. mammas gerere	283	medici Clinici	61
Mancinus quidam mendax	350	medicorum mos cum præbent ægris pharmaca amariora	246
mane, & manus	50	medicina	161
manes Dij	50	meiere, verb.	343
Cn. Manlius eq. Rom.	256	mel 308. omnia dulcia significat, 80.81	
mantilia pura	101	Melandrys	275
manuale	34	Meleagri de confecto apro histria	21.22
manus pro seruo amanuensi 131.		Melchus luxuriosus	195
manus larga, contracta 128. manum basiandam dare , porrigere		Melimela	80.81
		melior	345

Ccc iii

I N D E X.

melos longum	323	mœcho cuidam abscissæ nares	193
Melpomene	323	209	
membra in conuiuio fricare	278	Mœrentium habitus	154
mendici	162	Moguntina inscriptio	139.140
mens vulsa	174	Molorchus	354
mensa pro ferculo	132. sordida	mollis 3. 126. 127. mollis vir	271.
nummulariorum	129. pauper-	molles depilari soliti	195. eorum
rum	180	mores	173.174
mensæ inæqualibus pedibus	92.	mölles veterum deliciae	278
frigidæ	253	moneta noua, trita	185.186.320: ni-
mentagra morb.	III	gra	129
mentum durum	101.102	monstra facere	118
Mercurius somni præses	106. eius	montes domini	353
poculum	106	morbus pro virtu	117.118.128
méreri verb.	242	morientes dicūtur cœnaturi apud	
meretrix togata	67. 144. nimbata	inferos	155
334. culcitra	343. vulgatae pre-	mors quatenus oppetenda	46. Ro-
tium	239. meretrices post coit-	mana III. blanda	265
tum laubant	120. 121. 187. de-	mortis memoria ethnicos ad vitæ	
formes	187. Summenianæ	lautitas excitabat	192
publicæ	286. prostrabant ad lu-	morti propinqui credebātur ton-	
cernas	298	deri à Proserpina	246
Merus	364	mortui lectica delati	208
messes benè olentes	265	mortuis vale & salue cur diceren-	
L. Metellus Creticus	147	tur	217
mica aurea	191.192	mortuorum cadauera vngi solita,	
milites euocati	297	227	
Miluius pons	227	mortuos lugentium mos sedere,	
mimorum duò gehera	177	178	
minare verb.	112	motus	273
minari irrumatione	209	mugire	38
Mineruæ quinquatria exhibita,		mularum iunctura	263
292		muliebria pati	56
miraculum sauum	54	mulierculæ palliolatæ	160
miscere verb.	146.251	mullus	180.248
de Mistio sene narratio faceta	282	multsum	307.308
missio	27	munera dari solita Saturnalibus,	
μισθίω, verb.	88	242	
Mistyllus cocci nomen	88	muneris exhibendi potestas non	
miträ	173	omnibus concessa	228
mœchæ toga indutæ ad suppli-		munerū mittendorū formula	370
cium ferebantur	173	munificentia maior liberalitate,	
mœchi castrabantur	193	348	

I N D E X.

munna	216	Nestor quidam	237
murex 297. aureus	280	Nestoris Pylij calix	155
muria	370	nidus pro capsa bibliothecæ	142
musarum fons	323	Nigrinæ liberalitas laudatur	361
muto quid	54.55.93	nihil negare	307
mutoniati vnde	55.271	nilus fl. eiusque inundatio 7. cur imbrifer dictus	96
Myrmillo glad.	144	nimbatus	334
Myropolium	161	nimbus	333.334
Myrrhina pocula	367.368	Niñerias, Hisp.	332
myrtus	308	nix 295. 324. decoctæ	310
N			
NÆvia carpitur	227	nobilis	148
Næuolus rabula	127.288.366	noctem promittere, &c.	134
Nasica irridetur	208	nõua quid	27
nasus 334. subdolæ irrigioni dica- tus 37. pro acri iudicio	38	Noen, Noenmaël, Belg.	303
naso suspendere	38	nomen verum	28
nasutus	38	nominis deriuatio	29
natalem diem parentum celebra- bant filij, & contra	223	nomina à Græcis desumpta quo- modo ad Latinam consuetudi- nem accommodanda	88
natali die munera dari solita	338	nominare proprio nomine	198
natatorum peritia	25.26	nomenclatorum officium	198
naturæ ordo turbatus	139	nona hora	301.302
Naumachia 23.268. Domitianii 294		Norica prouincia	21
ne valeam	70.149.322	norici populi	347
ne viuam	70	notæ seruorum	168.169
nebulæ crudæ	296	nouerca	312
nec fallo	335	nubere quid	56.57
Nectar ætherium	304	nuce ardenti depilare, &c.	174.272
nefas	359	nucibus ludere	356
Negotia plura quam nomina pro- pria	29	nugæ 255. difficiles	211.212
Neptuni hostia taurus	220	numerus finitus pro infinito	145
nequam	332	Numidicæ gallinæ	257
nequitia	137.332	nummus plumbeus 1. æreus 130. albus 185. asper 185. 186. pro- bus, reprobus 186. Augusti 292	
Nereides apud Martialem	25.349	nupta noua domum ducta primo die mariti pueros capillatos ton- debat	259
Nero Imp.	185.199.223.224	nuptias seminarum diuitum expe- tebant pauperes	47.165
Nerones ex familia Claudia	191	nuptis nouis tedaꝝ præferebantur	288
Neronianæ thermæ	236.302		
nescire verb.	36.37		
nescius passiuꝝ sumitur interdū	37		

I N D E X.

nutricius	130. 131	Orphei fabula	19
nutrix	130. 131	O <small>ρρεωνύμον</small>	286
mutus	41	os 283. præcidere , percutere	202.
Nymphae	349	203. oris fætor	284. 285
Nysias οζην	296.298	offeus cunnus	286
O			
O Belisci	116	ostrea	262
obesus stultus	207	otia sordida , discincta	91
<i>Obiffillo</i> , Hisp.	286	otiosa myrteta	256
occide, vre, verbera	144.145	oues aureæ Geryonis	125
Oceanus	289	Ouidius solus Pelignus Poëta di-	
octaua hora	301.302	citur	176
P. Octavius	180	P	
oculorum defectus in fæminis,		P <small>ædagogi</small>	131
171		pædagogis solis parebant pueri	
oculus effusus	123	capillati	260
odisse gratis	63	pænula	144.160.294
ohe	371	Palæmon Poëta	212
olere bene	154.264	Palæstra ledæa	346
olla ludus	314	Palæstra nitida, vñcta	371
ollares vuæ	78	Palæstrita	258.259.279
olli faceta irrisio	251	Palinurus	275
olus versicolor notatur	326	pallium	157.158.160
opera exacta, amissitata	366	palliis olim accubuisse	264
opus rude	366	palliis stracti lecti	160
opus tectorum Lacedæmone Ro-		palma	28
mam translatum	7	palus	296
oratio frigida	236	Pamphilus veneficus	357
oratores quando starent vel sede-		panis aridus	358
rent	90.91	panniculus seruus Latini	203.281
orbes citrei	146.179	pannicus quidam carpitur	172
orbes suspendere Indis dentibus,		panos dei simulacrum	105
179. 180.		pannosus	271
orbis pro mensa rotunda	146	pannuceus	271
orbis in triclinio	234.235	papa	131
orbitatis commoda	171	papia lex	216
orca	311	Papiniani I. C. vrnæ inscriptio	139
orci victima	247	Papinij Psittacus	137
ordo minor Equestris , maximus		παραστάτης	9
Senatorius	295	parazonium	193
Orion	337.338	Parcarum stamina pulla	360. alba
		stamina, <i>ibid.</i>	
			parentes

I N D E X.

- | | | | |
|------------------------------------|---------------|---------------------------------|-----------|
| parentes in acta referri soliti | 57 | personæ saltantes | 144 |
| parmæ pecus & lana | 327 | Persij præfatio | 229. 230 |
| meq; pūflī; , verb. | 205 | petrificosus | 265 |
| Parthenius | 337. 363. 364 | petrifica | 28. 265 |
| Parthorum reges | 188 | pestis | 287 |
| particeps | 361 | petasón dubius | 194. 275 |
| partiri | 279 | petauristæ | 212 |
| pascer oculos | 362 | petaurum | 212 |
| Pasiphæc | 10 | petitores candidati dicti | 167 |
| pastilli quid | 115 | pexa toga | 181 |
| Patarium vrbs | 97. 318 | plexus | 181 |
| pater 130. 131. pro auctore | 101 | Phædrus Poëta | 231 |
| paterfamilias | 113 | Phaéthon | 318. 340 |
| patres dominos à filiis vocari in- | | pharia coniux | 307 |
| solens | 112 | philautiæ vitium | 236 |
| Pathici | 341 | phileros | 172 |
| patulus lumbus | 257 | Philippicæ orationes Ciceronis, | |
| Paulinus | 275 | 213. 214 | |
| pauo gemmeus | 257 | Philippi nummi | 320 |
| pauper luxuriosus | 195 | Philippus apud Horatium | 289 |
| pauperes quadrante lauabantur, | | Philistio mimus | 177 |
| 238. 239 | | Philoctetes paridis interpector | 209 |
| peccere capillos | 173 | philomelus | 240. 300 |
| pectus glabrum, pilosum | 174 | philomelus ridetur | 226 |
| pectus mulieribus pro corde tri- | | Philosophi cynici dicti canes | 344 |
| buitur | 236 | philosophus Cynicus fictus | 343 |
| pecunia priuata in templis depo- | | Phimus | 311 |
| nebatur | 13 | Phœbi & Bacchi certamen | 338 |
| pecunia sinu condita 150. ærosa | | Phœbus quidam irridetur | 213. 281 |
| 186 | | phœnicopteri periphtasis | 257. pen- |
| in pecuniae permutatione quid | | nae | 278 |
| considerandum | 185. 186 | Photinus Ægyptius | 266. 267 |
| pedo, verb. | 341 | pica | 90 |
| pensio | 243 | pictores Mineruæ clientes | 131 |
| peragere rem | 372 | picturæ & Poëseæ cōparatio | 309 |
| peranna | 353 | piger | 296 |
| percidere verb. | 89. 202. 203 | pila pedibus ludere | 315 |
| percussum os | 202. 203 | pila in thermis | 232 |
| perfundere verb. | 123 | in pilæ ludo tria notanda | 314 |
| ad exaudi | 157. 158 | pilæ quatuor genera | 313. 314 |
| ad perpendiculum exigere | 366 | pileatum incedere | 237 |
| Persæ fluminibus sacrificabant | 240 | pili | 301 |
| persona capitii | 247 | pinguis pro stulto | 206. 207 |

D d d

I N D E X.

placenta	229.274	in popina quid vendi permiserint
plagiarius	90.163	quidam Imp. 74
platanon	230	porcellus lacteus 250
platanus	256	Porcia Catonis filia 76
platea op.	347	porci spina, imbrex 174
plaudere, verb.	356	porci villicam agnoscant, sonum sequuntur 258
plausus in balneis	54.55	porrum sectiuum 250
Plinij mors	336.337	porticibus historie pictæ à Ro- manis 233
plumbeus	130	poscere verb. 187
pluteus	282	possessio 364
Pluto hominibus odiosissimus	345	Posthumus molestus Martialis 198
pocula sacra 106, myrrhina	367	— 329
pocula singulis conuiuiis in mensa		potandi mos apud veteres 105.106
ponebant plena 81. mos vete- rum	146	τομέλον ἐρυῆς 106
poculorum diuersa genera 105.106		potiri 18
poculum vltimum ad somnum		præceps unde 15
conciliandum	106	præcidere verb. 89.202.340
poculum parcum	304	præcincti serui 277
poëmata veterum nouis prælata		præcones 114.299
201. difficilia reprehenduntur 211		prædia urbana 240
vna chartæ facie scribi solita	368	præfatio 229.230
pœna hilaris	265	prægustatores 89
Pœustum op.	350	præstare & præstari 172
Poëtæ facere dicuntur, quæ ca- nunt 309. cothurnati 232		præterire 58
Poëtæ Cordubenses	206	prætorum ludi 292
Poëtarum communis querela 201		prehendere, verb. 290
schola	350	prehensare verb. 163
Poëtica facultas imitatrix dicta 309		Priapus 261. eius sacra 269.270
ποιητὴς 309		principes quidam memoria reti- nebant singulorum nomina 199
Polla Lucani vxor	330	in principum aulis cancelli ante portas, & ad ostium velum 65
Polla quædam irridetur	245	prior, primus 218
Pollio Asinius	302	priuignus 312
polyhymnia	323	probare 50
pōma arroſa mittere	265	probitas 248
pōma pannacea	271	Probus Gram. 219
Pompeij laus	267	Procillus quidam inuidus 140
pondera plumea	315	proletarij 96
ponere vina, vel obsonia	146.251	pronum bibere 122
ponere verb.	81.357	properare verb. 82
Pontia	335	
ponticus patronus	171.208.367	

I N D E X.

- properare vivere 214
 propinare calicem suum 156. 157
 propinatio 280
 Proschelion 65
 Proserpina 246. 247
 προσέρπηνας 150
 prouerbia: Tolle digitum 27. comes facundus in via pro vehiculo est 33. vultum ducere 71. quicquid in buccam 76. male cœnato nullæ deliciæ gratæ 94 qui cadit à syllaba, cadit à causa 95. ad vmbilicum perducere 102 103. caluus comatus 107. tanquam canis ē Nilo 122. labra vndantia 127. non otiosis labris, oculos pascere, oculis deuorare, *luy faire venir l'eau à la bouche: Repaire les yeux* 127. columbæ osculo purius 137. tricæ apinæque 139. finu vacuo remittere, finum implere 151. vultus tacet, 153. vultus concidit 154. nāsus tangit terram, Lurconi cœnare domi summa calamitas; *il demeura avec un pied denez* 154. cœnare apud inferos 155. lippis & tonsoribus notum 161. per freta & scopulos 164. mater deterrior Medea 172. *mai'la cora à q'lo q'lo q'lo* 179. oderint dum metuant, 189. *vender hasta la camisa* 191. ad pileum vocare 199. cum sarcinis enatare 199. os præbtere 203 Minerua rudi aliquid facere, 206. colosso longior 207. se intra pelliculam continere 228. 229. Sophocleus cothurnus 231. cor habere 236. Ialeno frigidior 236. Dij lanceos pedes habent, 237. os sublinire 245. asino pi- grior 267. quadra aliena viuerè 274. fumos vendere 299. castior
 virgine 300. rompre son ieuſne 303 à tout perdre il n'y à qu'un coup 310 iacta est alea 310. piper les dez 311 cū mors venerit, in medio Tibure Sardinia est 350. relinquerre nuces 356. a beau pain sec. 358 Psilothrum 271 Pudentis & Claudiæ epithalamiū, 307 pudor 249. 250 puellæ quæ debeant ridere 177 puellæ olim mittebant amatori- bus suis poma arrosa, &c. 265 puellæ præcipua laus ingenua fa- cies 241 puellarum Romanarum facilitas, 319 pueri locari, commodari & in lu- panari prostitui soliti 331 pueri intonsi 62. capillati 191. 259. 260. pugio sub puluino 77. 78 pugnare ad digitum 27 puguer 119 pulchritudo ferè omnis in oculis, 171 pullus color 125 pumice libri extremitates æqua- bantur 102 pumice molles se leuigabant 174 punica mala quomodo rofas imi- tentur 81 pupillares substitutiones 358 pura puella 194 pura toga 101 purpura 125. 126. malè olet 87. di- bapha 297 purpureæ vuæ 78 purus 80 putare verb. 79 putare lanam 80 putidè profere literas 316 putidus 316

I N D E X.

putus	80	recitatores importuni	247. 248
pyramides in sepul.	116	252	
pyrgus	310.311	recitatoribus domum suam com-	
		modabant diutes	300
		reclamare, verb.	144
Q		recumbere verb.	162
Q Vadra	274	reddere verb.	175
Q Quadrans	94.239	redditus	175
quadrans pocul.	106	redemptor	175
quadrantaria Clodia	239	redimere verb.	195
quaestores pecuniam ad libellam		refrigerare	236
exigere soliti	186	refrigeratus	295
quercus Ioui sacra	345	regelare, verb.	266.287
querna corona	292	regulus	204
quincunx	145.146	relinquere nihil	226
quincunx pocul.	106	rem facere	60
quinquatria	291	renta, rentar, Hisp.	175
quinquennale certamen Ioui Ca-		repere, verb.	349
pitolino institutum	292	reprocum	147
Quintilianus senator Romanus,		requirere, verb.	209
214		resalutare, verb.	289.367
Quinctus quidam Martiali iratus		resina	268
225. 226		restis arida	358
Quirinalis eques R.	113	retiarius	144
		rei	87. 299.
		vestem mutant	164.
R		ecorum barba & capilli	173. 204.
R Adere brachia, &c. loc ad	264	absoluti, tonsi	204.
R Raia, Hisp.	210	anhelitus	
Ramum ducere	329	malè olet	298
rapere, verb.	314	rex	199.367.
rapo	284	reges dicuntur amici	
raptim ludere	314	potentiores	162.331
rastris arenam theatri vertere	205	rheda	250.263
ratio	239	rhetores qui	196
ratione viuere	243	rhinocerotis nasus	38
raucitas vnde	229	rhodia gallina	257
Rauenna	255.283	rhonchus quid	37.138.368
recedere, verb.	362	rhytium	172
reciperare, pro reparare	147	rhytum poculum	172
reciprocum	147	richtus	283
recitandi modus	165.166	tigere electrum	266
recitare quisnam potuerit	253	risus in Dijs	132
recitatio	165. 166	risus signum annuentis	132
		rogare, verb.	331.332
		rogatores	322

I N D E X.

rogus <i>pro</i> nece	112	in sacrī antequam pecudes im-
Roma domina vrbs	219. 353.	molarentur, capitī setā ferro
quentia incendia	255	seabantur
romani à Marte oriundi	37.	247
toga		sagum
deferebātur	159.	39
gens togata	218	saguntina vasa
fluminibus sacrificabant	220.	339
cœna sola in diem pascebantur		salarij
225.		74
historias depingebāt in por-		salariūm
ticibus	233.	225
ab exactis regibus		Saletanus irridetur
249.		196
mulis vecti	263.	falsamētorū diribitores dicaces
illorum e-		74
logium	18.	saltare
ingentes opes	170.	69
mores corrupti	242. 243. 599.	salutandi mutuum officium
cor		288
ruptum iudicium	221	salutantium volūtaria seruitus
romanum forum Palladium, item		198
Latinum, vel Latium dictum,	35	salutare proprio nomine
rosæ hybernæ	321	198. 199
rosæ in vasis vitreis	317	salutations qua hora fierent
roscida ædificia	312	301
rota pro corona aleatorum	311	salutatores 91. 92.
rude opus	366	sportulam acci-
rudis	28. 100. 242	piebant 199.
rudis toga	181	antelucani 241.
Ruffinus diues	240	ru-
Rufus auarus	288	sticus 260.
rufus color in fœminis	171	inanis 260
rumor	203. 271. 281	famia vasa 276.
rumpere	54	testa 282
rus verum	256.	famiare verb.
beatum	261	276
rustici alta voce clamant	250	famigator
rutrum	205	276
S.		famos inf.
S Abbatarij iudæi	298	Sancta gulosus
Sabellus irridetur	338	174
Sabidius	63. 229	sandapila
Sabineus rhetor	236	208. 287
facci vinarij	176	fanus 158
sacramētum, pro pecunia depo-		σαποραρεῖν
sita in sacro	13	275
sacramento contendere	13	Sardanapalus
sacrificabant veteres Dijs fluminū		110. III
220		Sardinia
sacrificium pauperum	337	350
sacrorum formula communis.	235	sardonyx
		351
		fatureia
		273
		saturnalia 237. 242. 309. 310. 338. 369
		Saturninus Tribunus pleb.
		306
		Saturnus laneo vinculo tenetur
		237.
		serui libertatē adepti ei vin-
		cula dedicabant
		237
		satyri
		336
		faucius <i>pro</i> ebrius 269. 355. 366
		Saufellus fastuosus
		204
		faxa ministrari
		279
		Scabro
		284
		σκέπτος
		161
		scheda
		372
		schema Iouis & Cæsaris
		16.
		schola 233. 350. 351
		D d d iii

INDEX.

Scholastici	350.351	serpere verb.	349
sciens fallo	335	Sertorius festinans notatur	275
scindere verb.	226	Sertorius pathicus	209
Scipio Nasica corculum	236	seruus non potest esse eques	113
scire nefas	359	seruus fugitiuus ceruus dictus	283
sciscitator vrinæ	278	serui domini vocati à dominis su-	
scissores	88.89	is 112. Äthiopes 169. vendeban-	
Scombrus	368	tur via sacra 195. saturi alacres	
Scorpus agitator	357	seruiunt 215. vinculis soluti cō-	
scorta publica	286	pedes Saturno dedicabant 237.	
scribendi mos apud veteres	306	cursores 251. stabant, cœnanti-	
scribere quid	225	bis eos resalutabat domini 289.	
scriblita	229	eorum notæ 168.169.234	
scriblarij	229	festertiolum	93
scrinarij	34	festertium	170.356
scrinium vnde	34.100.101	festertius	170.239
scriptor	372	sexta hora	301.302
secretarium Iudicium	65	sicambri	7
secretus	100	Sigerius	363.364
seculares ludi	293	signata quæ dicantur	100.101
Secundi cognomen multis fami-		silicernium	288
liis commune	35	Silius italicus	309
securus	366.367	simiæ in spectaculis	324
sed coniunct.	141.142	sindon	158.159.316
sedere verb.	117.178	sinu gestare	150
Selij: impietas	316	sirenarum cantus	265
sella balnearis 179. gestatoria	191	sirius canis astrum	355
semis pocul.	105	eritheos	225
senatoria dignitas per latum cla-		smaragdus	351
uum significata	340	socij qui dicantur	361
senatorij calcei	167.233	sol vñctus & nítidus 110. eius ca-	
senatorum locus in orchestra	167	lor dicitur tactus 110. sole colo-	
Seneca tres	96.330	rari	109.110
senes inutilis 214. pesti minus ob-		solatia punctis consequi	59
noxij	287	foldum	326.327
sepeliendi mos apud veteres	159	soleati è balneo exibant Romani	
septima hora	301.302	252	
Septitianus	369	solicitare	273
septum quid	190.367	solum quid	178.179
septunx pocul.	105.106	soluere qui non potest, suum facit,	
sepulcra veterum 116. sacra 139.140.		quod mutuò accipit	148
amici omnes vno sepulcro clau-		somnus 135. vitæ beatæ necessari-	
debantur	140.141	us	216

I N D E X.

- sonare meros Parthenios & Sige-
 rios 363.364
 sonores vbi verbigerari soliti Romæ
 161 auditors 231
 Sophocles 231
 Sophonius Tigellinus 234
 Gōē acclamatio 38
 sordidus & niueus 324
 sordidorum hominum mos 180
 foror 148.149
 Sosibianus irridetur 324
 fotadæus versus 211
 Σωτήρ, σωτηρία 305
 σωζω 305
 spatiale mammosa 186.187
 spatha 73
 spectacula 294. in ijs feræ & man-
 sueta animantia 324. spectaculū
 nauale 23
 spectare verb. 186
 speculum caluum 198
 splenia 168
 sponda 282
 spongia 305.306
 sportulæ 199. 243. 261. 262. edicto
 sublate 223.238. centum quadrā-
 tibus constant 224. per iocum
 pro munere gladiatorio 225. de
 ijs fabula 227.228
 sportularij 224.225.238
 stagna Rauennæ 283
 stare verb. 271.273.330.343
 statua equestris agitatoribus da-
 tae 357
 stellæ columba 137
 stellio quid 29
 stellionatus crimen 29.30
 stemmata 329. stemmatis origo,
 ibid.
 stigmatias 166.169
 stigmatij serui 168
 stiria decidente puer iugulatus 312
 stola 67.144.175
 stolatus pudor 67
 stomachi vitium secretius 275
 stomachi calor cura minuitur 298
 stomachum exonerare 278
 Strabo 284.285.286
 stragula vestis 157.158
 stribita 229
 strophæ 224.225
 subligar adaptare ori 220
 subsellia in orchestra 166.167
 substitutio pupillaris 358
 suburræ 161
 succinctus 145.183.277
 succinum 265.266.349
 suffragia populi in creandis magi-
 stratibus 58
 suffusiones ceruleæ 258
 sulphurata fractis vitreis permu-
 tandi mos 71.72
 sumen 174
 summenianæ meretrices 65. 188.
 276
 summenianum 276
 sumere aquam 185
 supellex spatiofa 262.263
 supercilia ponere, &c. 41. pro fastu
 41. prisca 42
 superciliosi 41
 supinior 151
 supinus 211
 supplicium puerile 193
 supra quod nil fieri potest 171
 fuscitare verb. 289
 fuscitator vrinæ 278
 suspendere verb. 179.180
 suspendium inuidorum est 140
 suspensuræ balneorum 5
 suspirium 138
 futor gladiatorum munus exhib-
 bens 228.290
 futoria tabernæ Romæ 168.169
 suus 222
 syllabæ pro numeris 94. pro ver-

I N D E X.

- | | | | |
|---------------------------------------|--------------------|--|----------|
| bis | 95 | tholosanus caseus | 274 |
| synthesis | 144. 183. 339. 355 | tholus | 191. 192 |
| fyrij tumores | 338. 336 | Thracum mos in sepeliendis ma- | |
| syfma | 341 | ritis & vxoribus | 141 |
| T. | | Thrasea Pætus | 45. 345 |
| Abernae Romæ pilis designa- | | Thymele | 42 |
| bantur | 36 | Tiberius Imp. 292. eius conquestio | |
| tabulæ secundæ | 358 | + 180 | |
| Tagus auriferus | 84 | Tibur | 348. 350 |
| talorum ludus | 310. 311. 355. 356 | tigris improba | 133 |
| tarenti ludi | 293 | timanus fons | 318 |
| tata | 130. 131 | timor cum amore non miscetur | |
| taurilia | 221 | + 189 | |
| Taurus quidam carpitur | 196 | tinctus | 158 |
| taurus quomodo irritetur in arena | | tinea | 183 |
| 20. eius impetus quantus | 18. 19 | tingere pro vngere | 110. 192 |
| taurus Neptuni & fl. hostia | 220 | titiones sopiti | 245 |
| teda | 288 | toga pura ior. pexa, rudis, trita, re- | |
| templa auro ornata 12. in ijs depo- | | cens 181. 242. lenis 210. rasa, de- | |
| sita priuata pecunia 12. tabulæ | | trita 210. romana 218. cerea 343 | |
| pactionum | 13 | reposita 354. sordida, niuea 324 | |
| tenere verb. | 167 | vestis anteambulonum 136. pro- | |
| tesseræ | 355. 356 | pria Romanorum 144. in vrbe | |
| testa 256. 257. hamia 276. gelata 339 | | tantum ferebatur 158. candida- | |
| testamentum | 358 | torum 167. meretricum 173. to- | |
| testamenta virginibus vestalibus | | ga indurum saltare prohibitum | |
| commendata | 13. 14 | 144. ea deferebantur mortui 159 | |
| thalassio quid | 67. 288 | togam petit Martialis 210. togā | |
| Thaïs | 225. 342. 367 | sumere 294. togis superinducta | |
| Thalius vel Thallus | 357 | lacerna | 294 |
| theatrum 294. in eo edebantur bel- | | togatorum comitatus honorificus | |
| laria 48. arena tincta sanguine | | 136. 137. 204. eorum vanitas | 221 |
| 204. 205. rastris versa 205 | | toletani cultri & gladij | 325 |
| in theatris aqua croco immixtaper | | tollere quid | 21 |
| tubulos emittebatur 265 | | tomaculum | 74 |
| Thelesinus | 244 | tomarfe de orin hisp. | 194 |
| thermæ 236. Neronianæ 184. 302. | | tomentum | 210 |
| Cæciliani 207. Titi Imp. 234. Ti- | | tomus | 99. 100 |
| ti & Agrippæ 242 | | Tongiliani domus | 254 |
| in thermis pila exercebatur Rom. | | Tongilius gulosus | 176 |
| 252 | | tonsis in pueris | 259. 260 |
| | | tonforis officium | 161. 272 |
| | | ad tonstirinā conueniunt otiosi | 161 |
| | | toreu- | |

INDEX.

toreuma 339. in phiala elaboratum

241	
toros frangere	302
torta	229
tractatores & tractatrices	278
traducere	8.9.90.272
tragœdia	143,341
tragœdiarum actores cothurnati	
232	
πράξιας δικού βλεπειν	286
πράξης	284
Traianus	199
tribas	118
tribunus militaris	193
tricæ	265
triclinij tres lecti	234
triens pocul.	106.366
Trigonis ludus	313,314
tristis, i. seuerus	31
trita toga	181
triumphalia carmina	42
in die triumphi militibus licebat	
Imperatorem conuitijs prose-	
qui	42
Tryphon	360
Tucius	227.228
tumores Syrij	335.336
tumuli	116
tunica molesta	368
tunicata fœminæ	160
turbare capillos	173
turdorum corona	250
turricula	310.311
turtur cereus 257. aureus	262
tussis signum deploratæ valetudi-	
nis	47
tyranni semper timent	189
Tyria dibapha	297
tyriæ virgines	232.233
tyrocinij dies	223
Tyros improba	126
tyros pro purpura	167

V.

V	Alere verb.	217
	Varonillæ sorores	357.358
	Varus reprehenditur	362
	vafa	193.209
	vafa anaglypta	328
	vasati	193
	vasorum synthesis	339
	vectigalium redemptor	195
	vel,coniunctio	219
	velare medicamine	220
	velum tribunali prætendi solitum	
	65	
	vela in lulanari	64.65
	vena	355
	venabulum 21.22. tecto ferro	15
	venatio, non præda delectat venatores	85
	venatores Deorum habitum induere soliti	10
	venatorum munus	325
	vendendi mos per præcones apud veteres	114
	veneras hisp.	184
	Veneti basiant, quos probant	39
	venter Faliscus	338
	ventrem linire	245
	venire verb.	86.87
	Venus 184.209.232.233. plebeia 132. 188.239. sollicitata	273
	Veneris Erycinæ templum	209
	Veneris similitudinem referre in venationibus	11.12
	Venerem iocus præcedit	40.41
	verba dare	205
	verbena	235
	vernæ 219. corona focum cingentes 258. capsarij 372. eorum licetia	
	verrere solum	174

Eee

I N D E X.

versus supinus, Sotadæus, Galli-		
ambus	211	
vesica	341	
Vespasianus Imp. 225. eius trium-		
phus Iudaicus	148	
velpillo	61.62.83.287.288	
vestales virgines	13.14	
vestis 157.158. vestes natuæ 126. in		
fundis seruatæ 158. reorum 164		
pexæ 181. prælis pressæ 183. ame-		
thystinæ 190. detritæ, villosæ,		
rasæ 210.313. Galbanæ 277. diba-		
phæ 297. aridæ	358	
veterator	299	
veterosus	268	
veterus	268	
vetulæ cur solicitarentur	299	
vetustas amicitiæ & vini laudatur		
129		
Vetustina	283	
Vesuuui mons	336	
via sacra	195	
via longè	261	
vicarius	162	
viæ confessio	27	
viæ mares mactatæ castrabâ-		
tur, antequam excoriarentur 235		
viduæ	348	
vincere fabam	250	
vindex	219	
vina resinata	275	
vinum fundi solitum capitibus		
stantium ad aras viæmarum 235		
vinum merum & dilutum	134	
vinum Nomentanum 133. Cæcu-		
bum, Falernum 176. Massilianū		
279.		
vipera	230.231	
vipera succini visco inclusa	349	
viperæ cubile grauiter fœtæ	298	
viperæ sepulcrum	349	
Vipsana porticus 136. 222. 230.		
312		
vir	200	
vir non existimatur, qui manus si-		
bi infert	45	
vir nubit vxori	57	
viri non possunt vti pallio mulie-		
bri	160	
viri steriles	282	
Virgilius Catullo ætate posterior		
311		
virgo. i. signata cura	101	
virgo charta	100.101	
virgines specie tantu pudicæ	270	
virginis defloratio in luponari vir-		
guncula signabatur	188	
virgineus crux	353	
virilitatem amputare	276	
visio verb.	341	
Vitelliani pugillares	150	
vites rodit caper 235. tardæ	78	
vites vlmis maritatæ frondibus		
denudari solitæ 79. illarum pu-		
tandarum tempus	78.79	
vitiorum maxima reprehensio 128		
vitrum	317	
vitrum parcum	176	
viuere de vino dictum	53	
viuere ratione & casu	243	
vmbilici in plurali	103	
vmbilicus	102.103	
vmbo	249	
vmbra omnis nigra	336	
vigere axæ	206.207	
vngere ad solem	109.110	
vnguen	207	
vngues tondere	272	
vnguum corrosio	319	
vnto melos labros hisp.	246	
vocabulum vnde	29	
vocare verb.	86.175	
vocationes	86	
vocatores	86	
volumen	99.100	
ad voluptatem quid maximè inci-		

I N D E X.

taretethnicoſ	344	vxor grabati	343.344
vocare verb.	186	vxor viro dat custodem	189
vribiaſtores	75	vxor ducit virum	58
sub vrſa parrhafia	306	vxor pro femina vnius adulteri	
vxtores	288	104	
vſtrina	288	vxoribus succedere qui poſſent	
vuæ quæ feruari poſſunt hyber-		216.	
no tempore	78		
vulpeſ cum vrgetur à canibus, ex-			
crementa emittit fœtida, &c.			
	298.		
Vulteius Menas	289	Z	Elotypia amatorum grata 335
vultuſ 283. ſacri	267	ζυτειος ιχθυς	33
vxor illius ſemper dicitur eſſe, cu-		Zoilus carpitur 208.237.238.276.	
ius eſt dum moritur	172	362	
vxor ne ſit nimis docta	215.216	Zoticus	89

F I N I S.

111

- 111
82
81
80
79
78
77
76
75
74
73
72
71
70
69
68
67
66
65
64
63
62
61
60
59
58
57
56
55
54
53
52
51
50
49
48
47
46
45
44
43
42
41
40
39
38
37
36
35
34
33
32
31
30
29
28
27
26
25
24
23
22
21
20
19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1
0

112

UNED



026542

UNED.



MARTIAL

F.A.
067